Eunuchus. Eunuchus est ille qui trūcatis genitalibus est castratus. In q̄busdam enim partibus mulieres castrantur. vt ipsis pronectis mulierum custodia securius committatur. Signat enim eunuchus in bono ꝛ in malo. In bono enim denotat castitatem atqꝫ mundiciam. In malovero designat sterilitatem ꝛ impotentiam. Dicam ergo q̄ teste scriptura sunt eunuchi qui sic ex vtero matris nati sunt: ꝛ isti sunt illi quos frigidos ꝛ ad generationem inhabiles reputamus. Sunt eunuchi: quos facit hominum violentia. scilz illi qui ex certa scientia castrantur ꝛ detruncantur. Unde ad idem: Sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Sūt eunuchi quos fecit virtutis continentia. Illi scilz qui seipsos quantū ad actus libidinis castrant ꝛ in castitate et mundicia perseuerant. Unde ad idem. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celoꝝ. ¶ Dicam ergo moraliter q̄ per eunuchos significantur quandoqꝫ viri steriles et vitiosi. Quandoqꝫ viri nobiles et virtuosi. ¶ Primo dico q̄ eunuchitas signat virtutum omniū sterilitatem. Peccatores enim eunuchi dicuntur: q̄ virtutem generatiuam bonox opex perdiderunt: q̄ vires pstantis fortitudinis ꝛ virilem audaciam amiserunt: q̄ barbam atqꝫ prudentiam dimiserunt: q̄ cantum spūalem. i. dei laudem ꝛ gratiarūactionem pmere cessauerunt. Animalia eñ castrata perdunt audaciam ꝛ fortitudinem. ptz q̄ bos ꝛ capo non ita pugnāt sicut thaurus ꝛ gallus perdunt decentiam ꝛ pulchritudinem: q̄. ſ. homo perdit barbam ꝛ gallus cristam perdunt leticiam ꝛ mentis latitudinem: perdunt etiā generandi efficaciam ꝛ pductiuam aptitudinem. Sic vere dico q̄ peccatores perdunt audaciaz ꝛ contra tentationes nesciunt pugnare: ꝛ decentiam perdunt: q̄ cristam ꝛ barbam. i. honestam ꝛ virilem conuersationem nesciūt gestare perdunt leticiā: q̄ deū laudando nesciūt cātare perdūt generādi potentiā: q̄ bona opera nesciūt generare. De talib⁹ ergo eunuchis ꝛ peccatoribus dicitur Geñ. xl. Accidit vt peccarent duo eunuchi pharaonis ira tusqꝫ ꝓtra eos misit eos in carcerez. Breuiter ergo tales eunuchi. i. peccatores eterna gl̄ia priuabunt. Uñ. Deut. xxiij. dicit. Non introibit eunuchus attritus aut amputatis testiculis in templum dñi. Ista est ergo eunuchitas que signatꝰ tutū omniū sterilitatē. Scꝺo dico q̄ eunuchi signāt oīm virtutuz pluralitatē. Eunuchi eñ q̄ a carnis immūdiciys sunt liberi viros pueros ꝛ mūdos designāt qui p votū cōtinentie vel p pstantiā boni ꝓpositi sese castrāt. ꝛ societatem castrarum personarum frequentant. Hester. ij. Egeus eunuchus custos virginum. Sicut ergo eunuchi truncati et castrati sunt puritatis maioris. pietatis amplioris. et dignitatis etiam eminentioris (solēt enim palacia frequentare. Regum seruicijs insudare Et reginas ꝛ regum filias custodire ꝛ cum eis habitare. sicut dicitur. iij. Regum. xx. Erant eunuchi in palacio regis et in multis alijs locis) sic dico q̄ illi q̄ ipiritualiter sunt casti et castrati. sunt mundi per innocentiam. Sunt pij per clementiam. Sunt et erunt digni per finalem dignitatem et ꝥeminentiam. De pietate enim talium habemus exemplum Hiere. xxxviij. In abdemelech ethyopie eunucho: qui hieremiam de lacu extrahi procurauit ꝛ eum de mortis periculo liberauit. De puritate habemus exemplum Act. viij. de illo eunucho cādacis regine ethyopum: qui venerat ad adorandum in hierusalem: ꝛ fuit baptizatus: lotus et purificatus. De finali vero dignitate et celi felicitate que talibus dabitur dicitur Esaie. lvj. Non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum: quia hec dicit dominus eunuchis. Dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a filijs ꝛ filiabus ꝛc. Ut de supra de castitate ꝛ castrare ꝛ similibus.

Euomere. Vide infra de Uomere.

Ex. Mota

Ex. Mota q̄ ista ꝓpositio ex. semper signat aliquā cām: siue efficientē: siue formalem aut certe materialem: aut finalem: siue quocūqꝫ modo principiatiuā. Semp enim vī supponere p termino incobatiuo ꝛ alicui⁹ rei vel negocij pductiuo. Sic ergo dico moralr q̄ ex significat.

Eternam diuinitatem.
Uirtutum vtilitatem.
Bonorum societatem.
Gratie sinceritatem.
Eterne glorie societatez.
Dei filij humanitatem.
Celorum immensitatem.
Demonū peruersitatem.
Terrenam vanitatem.
Mundanam varietatem.
Filij a patre.
Filij a matre.
Spūssancti a filio ꝛ patre.
Bonox omniū ab ipa beatissima trinitate.

Primo ergo dico q̄ ex signat pcessum q̄ spectat ad summam diuinitatē. ꝛ sic signat pcessum filij dico a patre. Joh. viij. Ego aūt ex deo pcessi. filij etiā a virgine matre. Ruth. iiij. Dicit stella ex iacob. Et in symbolo apostolox. Natus ex Maria virgine. Spiritussancti a filio et a pre. Unde in symbolo Athanasij. Qui ex patre filioꝝ pcedit. Bonox etiam oīm ab ipsa trinitate Joh. viij. Qui ex deo est verba dei audit. ꝓpterea vos nō auditis: q̄ ex deo nō estis. Sicut eñ oīs radij luminis sunt ex sole sicut ex quodā pncipio. cātuo. Sic oēs iustiꝛ oēs iustox virtutes ex deo pcedūt ꝛ p q̄ndā spiritalē emanationē ab eodē oriūt ꝛ fluūt. Uñ ap⁹lus dicebat. ij. Cox. iij. Nō q̄ sufficiētes sim⁹ cogitaꝛ aliq̄d a nobis tā q̄ ex nobis: sꝫ sufficiētia nra ex deo ē. Nō solū āt bona immo ēt mala boni cause ex deo sunt. Uñ. Job. iij. Nos ex deo sum⁹ q̄ aūt nō est ex deo: nō audit nos. Signat ergo ex pcessum qui spectat ad suprēmā diuinitatem.

¶ Scꝺo dico q̄ signat pcessum spectantē ad virtutuz vtilitatē. Justus eñ ꝛ sua iusticia exꝰtutib⁹ pcedunt. Deveste eñ sacerdotali: ꝺo. Exo. xxviij. Nō ipsa quoqꝫ textura ꝛ cūcta opis varietas erit ex auro ꝛ hiacynthoꝛ purpura: coccoqꝫ bistincto. De ciuitate ēt noua hierusalē ꝺo. Apoc. xxj. Nō structura muri eiꝰ erat ex lapide iaspide. Ipsaꝰo ciuitas aurꝫ mundū. Uñ in hymno canimus. Platee ꝛ muri ei⁹ ex auro purissimo. Sic reuera dico q̄ ciuitas noua hierlm. i. iteriox pscientia: vestis sacerdotalis. i. exteriox apparentia: ex auro ꝛ iaspide. i. exꝰtutū pficositate pcedit, ꝛ varijs bonis habitib⁹: opibus ꝛ actib⁹ fabricak. Dnik eñ ex bono cogitatu interiori. Mat. xij. Ex abūdantia cordis os loquit. Jtē ex affatu exteriori. Jbidē. Exꝰbis tuis iustificaber. Jtez ex fructu seu actu verboꝝ ꝛ utilitoꝝ. Jbidē. Ex fructu arboꝛ cognoscit. Signat ergo ex pcessus spectantē ad virtutū utilitatē. ¶ Tertio dico q̄ ex significat pcessuz spectantē ad iustox societatē. Ex eñ denotat congregationem bonox. Act. ij. Erāt aūt in hierlm viri religiosi ex oī natione q̄ sub celo est. ¶ Quarto significat pcessum spectantē ad gr̄e sinceritatē. Uñ de gr̄a baptismi ꝺo. Joh. iij. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsancto nō intrabit in regnū celoꝝ. ¶ Quinto signat celestis gl̄ie satietatē p̄s. Cibauit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos. Sexto dico q̄ ex signat dei filij humanitatē: ꝛ sui sacri bonitatē. vñ Luc. j. de xp̄i incarnatiōe dicit beata vgo. Ecce eñ ex hoc beatā me dicēt oēs gl̄iations. De sacro vero altaris ꝺo Joh. vj. Siq̄s māducauerit ex hoc panevinet in eternū. ¶ Septimo dico q̄ ex significat immensitatē. Testimonio. Geñ. j. vocauit deꝰ firmamentū celū. Celū ꝺo moralr diuinā scripturā repsentat. De qua in gl. interlmiari sup ꝺo fiat fir. in me. a. Geñ. j. ꝺ. Celū sicut liber plicabitur. Et Apoc. vj. Celū recessit sicut liber inuolutus Uere celū. i. sacra scripturā liber inuolutus ꝛ plicatus est: itavt nulla arte: nullo ingenio: nulla ratiōe possit oīmode explicari vel alicui⁹ calami longitudine mēsurari: q̄n potiꝰ iurta p̄s. Ex hoc in hoc inclinat ꝛ induxit puta de sensu hystorico in allegoricū: ꝛ de litera ad intelligentiā moralem. De terrenis ad celestia: de humanis ad diuina. itavt iure poteris ꝺ illa dicere. Illud Job. xj. Excelsioꝝ celo est. profundioꝝ inferno. longioꝝ terra mensura eius: ꝛ latioꝝ mari. Signat ergo ex: celorum immensitatem p̄s. Ex hoc in hoc ꝛc. ¶ Octauo dico q̄ in malo signat maloꝝ oīm cōitatem ꝛ pcessuz qui spectat ad dyaboli peruersitatem. oēs enim mali ex dyabolo procedunt. Joh. viij. Vos ex patre dyabolo estis. Et Joh. x. Non creditis quia non estis ex ouibus meis. ¶ Nono signat bonoꝝ terrenoꝝ vanitatē ꝛ inualiditatem. Job. xiij. Omnis qui bibit ex hac aqua sitiet iterum. q. ꝺ. ista nō replent. ¶ Decimo signat mūdi status varietatem ꝛ mutabilitatem. Ps. Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terre ꝛc.

Exaltare. Mota exaltare idē est q̄ extra saltare. Unde exaltatio idem est q̄ quedam excellens ꝛ superior saltatio ꝛ eleuatio. Et potest significare in bono ꝛ malo. Diuide sicut in alijs titulis filibus. Et ideo vide. s. de Altitudo vbi ponitur illa auctoritas. ſ. Ascendam super altitudinem nubiuz. Et adiunge illud. Sup astra celi exaltabo solium meum. Item vide. s. de Eleuare. vbi exponitur illa auctoritas. Ecce intelliget seruus meus Jacob. eleuabitur ꝛ exaltabit ꝛ sublimis erit valde. Item vide. s. de Ascendere de Ambitione. de Erigere. Et infra de sublimitate. Et vide supra de Adducere: vbi exponitur illa auctoritas. Eleuauit me spiritus ꝛ adduxit in hierusalem. Et infra de excelso. vide si vis in Mauricio de exaltatione christi vbi satis bene prosequitur. Sed si vis dic q̄ in scriptura reperitur multiplex exaltatio. promotio seu honoratio. videlicet Dei. Impij et Justi.

Deus enim exaltatur humanis vocibus
Impius exaltatur humanis opibus.
Justus exaltatur diuinis nutibus.

¶ Primo ergo dico q̄ inuenitur exaltatio dei qui exaltatur laudibus humanorum. Exaltatio enim dei nihil aliud est q̄ eius laus ꝛ honoratio: et sue potentie estimatio ꝛ cogitatio. Deus enim de se nec minuitur nec exaltatur. sed ex estimatione humana eius virtus ꝛ magnificentia exaltabilis predicatur. Proprie autē deus altus ꝛ exaltatus dicitur: quia eius altitudinis ꝛ immensitatis cognitio nunqꝫ ab humano corde attingitur. immo quanto plus cogitauerimus et locuti fuerimus de eo de: ipsumqꝫ cognoscere tentauerimus tanto supra cognitionez nostram amplius exaltatur. ps. Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus. Et Eccli. xlij. Glorificate dñm q̄ntumcunqꝫ potestis superualebit adhuc: ꝛ admirabilis magnificētia eius. Benedicentes dominum exaltate eum quantum potestis: maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute: non enim comprehendetis. Aduerte autem q̄ dei quantum ad humanitatem triplex est exaltatio. videlicet In cruce sicut in equo bellum aggressurus. In celo sicut in solio regnum obtenturus. In iudicio finali sicut in palacio iura redditurus. ¶ Dico q̄ fuit exaltatio dei in cruce: in qua fuit exaltatus ad mundū redimendum. Joh. xij. Sicut moyses exaltauit serpentē i deserto: sic exaltari opz filiū hois. Jpe eñ exaltatꝰ fuit in cruce sicut in palatio. ꝛ ēt ipse p hoc exaltauit crucē: ꝛ magnificauit gl̄iam ligni crucis qō antea inuiti⁹ erubescebaf. ps. Exaltabunt cornua iusti. ꝛ Ezec. xvij. Exaltaui lignū hūle: florere feci lignū aridū. Et in ps. Exaltabunt ligna cāpi: ꝛ cedri libani qs; plātauit illic passeres nidificabūt. Pone si vis qūo crux fuit exaltata ꝛ honorata. ꝛ qūo factū est oīa mētū impatoꝝ: que fuerat supplicīū malefactoꝝ. Pone qūo helena claui in freno trudi fecit ꝛ cum alio ferro miscuit. vt cā esset victorie pstantinoꝝ qō quidē ostēdit hodie i carpētorate, ppe auinionē in ecclia sancti christofredi. Et breuiter ꝺ cornu. i. de cruce cornuta. ꝺ. Reg. ij. Exaltatū est cornu meū in deo meo. ꝛ Eccli. xlvij. Exaltauit cornu gētis sue. Jsta est ergo exaltatio dei q̄ facta est in cruce ad mūdū redimēdū. ¶ Jtez dico q̄ est exaltatio dei q̄ facta fuit in celo ad cūctis pfidenduz.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut eñ ór ꝓbit.ij. Xps humiliauit semetipm factꝰ obediēs vsqꝫ ad mortē: ꝓpter qđ deꝰ illū exaltauit: et dedit illi nomē qđ est sup oē nomē ꝛc. qđ petēs dauid dicebat in ps. Exaltare sup celos deꝰ: ꝛ sup oēm terrā gl̄ia tua. Quāto eñ sagitta plus in arcu deprimit: tanto emissa altius exaltat. Sic qꝫ xps in arcu. i. in ligno crucis magis ꝙ mortem fuit depssus: tanto ad altitudinem paradisi ipsius patris dextrā fuit amplius exaltatus. Esa. lv. Sicut exaltant celi a terra: sic exaltate sunt vie mee. a vijs vestris dicit dñs. Jsta est ergo exaltatio dei in celo ad cunctis p̄sidendum. ¶ Insuper dico ꝙ erit exaltatio dei in iudicio ad malos puniendum. Sua enim iusticia que nunc videtur perdita ꝛ depressa: tunc erit famosa: sublimis ꝛ exaltata. Et nota ꝙ deꝰ in iudicio exaltabit. Tūc eñ paupes Advindicandū paupes potenter. de ꝓpssis iniu-
Ad iudicandū humiles clemēter. rijs vindicabit.
Ad eradicandū supbos patenter. ps. Exurge dñe ꝛ exaltet manus tua: ne obliuiscaris paupeꝝ. Jtē tunc humiles misericorditer liberabit ꝛ iudicabit. Esa. xxx. Exaltabit dñs parcēs vobis: qꝛ deus judicij est. Item tunc impios seueriter eradicabit. Esa. ij. Exaltabitur dñs solus in die illa: qꝛ dies domini super oēm supbū ꝛ excelsum: ꝛ arrogantē ꝛc. Et in ps. dicit. Exaltare q̄ iudicas terrā: redde retributionē supbis. Patet ergo ꝙ est exaltatio de qua exaltat immensis laudibus. Et
D hoc est primus p̄incipale. ¶ Scđo principaliꝛ dico ꝙ in scriptura inuenit exaltatio impij qui exaltat mundanis opibus vel qui eleuat peruersis motibus. Constat eñ ꝙ illa que sunt amplius leuia ꝛ inania: facilius exaltant. ꝛ inde est ꝙ nubes que nullaꝫ habēt in se firmitatem aut stabilitatem exaltant in aere ad altā sublimitatē. Sic verein moribus illi q̄ sunt inanes ꝛ virtutibus vacui: q̄ sunt instabiles ꝛ nubei facilius inaltantur ꝛ mentaliter ꝛ tpaliter exaltant. Exaltant eñ mentaliter per p̄sumptionem ꝛ supbiam. ꝛ̄baliter per electionē ꝛ iactantiā: realiter ꝙ vanā opationē ꝛ inanem gloriā. tpaliter ꝙ terrenā, pmotionē ꝛ potentiā. Quia breuiter mali exaltant in corde. In ore. Invisu. In ope ꝛ in effectu. In rebus seu in statu. In corde dico superbiendo ꝛ irascendo. Prouer. xvij. Anteꝯ ꝓterat exaltatur cor hoīs: ꝛ anteꝯ glorificet humiliatur. Et Eccli. xxviij. Homo iracundus exaltabit iram suam. In ore iactando ꝛ deridendo. Eccli. xxj. Fatuus in risu exaltat vocem suā invisu alios despiciendo. ꝛ elate oculos circūferendo. cuius tamen contrariuꝫ facit iustus dicens cum dauid in ps. Domine non est exaltatum cor meum neq; elati sunt oculi mei. In actu superbe agendo ꝛ cuncta sua opera pompatice faciendo. Unde de golia superbe agente ꝛ de suis viribus p̄sumente ꝛ̄ba superba dicente. dicit Eccli. xlvij. Mō dauid deiecit exaltationem golie. Et. ij. Esdre. viij. Jniquitates nostre exaltate sunt vsqꝫ ad celuꝫ. Opera enim iniqua ad celum exaltari dicuntur: quando sursum ad diuine iusticie noticiam peruenitur vt exindevindicta sumatur. Jn statu etiam exaltantur. bonis mundi pre ceteris abundando. et altas seculi dignitates sibivendicādo. Judith. j. Exaltatum est, regnum nabuchodonosor. Et aduerte ꝙ alicuius rei exaltatio hꝫ fieri q̄ñq; ꝓ radicis vegetationem sicut arbores.
Per continuam appositionem sicut turres.
Per desuper attractionem sicut vapores.
Per violentā impulsionē sicut sagitte vel lapides.
E ¶ Primi sunt qui exaltantur a parentibus sicut nobiles nostri. radice eñ. i. parentū successione sunt exaltati. De quo Ezech. xxj. Ecce assur quasi cedrus ꝛc. Atque nutriuerunt illū. abyssus exaltauit eū. Sequit. Erat eñ radix illius super aquas. Unde cuilibet taliꝫ pōt illud ps. Exaltabit te vt hereditate capias terraꝫ.
¶ Secundi sunt qui exaltant lucris vigentibus: sicut sunt vsurarij ꝛ mercatores: qui postea fiunt milites: qꝛ sc̄z tales appositione grossoꝝ lapidum. i. acquisitione nouoꝝ ꝛ grossoꝝ lucroꝝ alti fiunt sicut turres Judith. j. Posuit turres eius i altitudine cubitoꝝ centū.
¶ Tertij sunt illi q̄ exaltant suis agentibus. i. auxilio suoꝝ: sicut cōpatriote: familiares ꝛ nepotuli platorū: vel officiales tyrannoꝝ. Isti eñ per desup attractionē sicut vapores exaltant. Virtute eñ aliena sursum trahuntur: ꝛ a sole suo. i. ab auunculis vel dñis ad altas dignitates ꝛ officia ecclesie vel seculi exaltantur. vnde Hester. iij. Rex assuerus exaltauit aman filū amada thi. de quo etiā pōt dici illud Eccli. xv. Exaltauit illuꝫ idest fortuna. apud primos suos. ¶ Quarti sunt illi qui exaltantur causis latētibus seu fortune flatibus ꝛ isti sunt illi qui sine causa apparenti subito ꝓmouentur. vident eñ sicut vna sagitta subita sursum iacti: et quasi fortune impetu sublimati: qđ quidem potest facere ꝛ procurare dyabolus: vt per ipsos bonis noceat velvt eos tandem in pfundū infortunioꝝ mundialiū: ꝛ tormentoꝝ infernaliuꝫ demergat. Et hoc dicit in ps. Jnimicivero dñi moꝝ vt honorificati fuerint ꝛ exaltati deficientes quemadmodū fumus deficient. Mali eñ sunt sicut locuste que subito saliunt ꝛ exaltantur: sed q̄ in alto stare aut p̄seuerare nequeunt: subito cadere cōprobant. Negocia eñ subita nō sunt bene stabilita: sed potius defectibilia ꝛ trāsitiua. Unī. ps. Vidi impiū superaltatū ꝛ eleuatū sicut cedros lybani: transiui et ecce nō erat. quesiui eū ꝛ nō est inuētus locus eius. Et breuiter oīes qui iniuste exaltant: necesse est ꝙ finaliꝛ deprimant. ꝛ ꝙ q̄ñq; tpaliter semp aūt eternaliꝛ ꝓfundant. Unī pars rote que se exaltando erigit: qñ ad altū ꝛ ad altitudinis seu vltimū punctū venerit: ptinꝰ ymaperit: ꝛ vsqꝫ ad vltimū depssionis punctum descendit.
Jmpij rota sunt: qꝛ. s. ꝓtinue de malo ad malū: de statu ad statū; de officio ad officiū variabiliter fluunt et currūt. j. Regū. xxv. Anima inimicoꝝ tuoꝝ rotabitur quasi impetu ꝛ circulo funde. Jsta ergo rota ꝛ si nunc exaltatur ꝛ erigit per mūdi pmotiones ꝛ ꝙ mentis elationes. finaliter tū rotando cadit ꝛ deprimit ꝙ tribulationes. Plangete eñ que inyno signo exaltant ꝛ regnāt in eius oppositio cadunt deprimuntur ꝛ exultant ꝑm astrologos. Sic tales qui hic in hac vita indebite exaltantur ꝛ impetrāt in alteravita que huic est ꝓtraria: ꝙ tribulationes ꝛ depssiones corruūt atq; mutāt. Econtra etiam est de bonis. qꝛ. s. si in isto signo. i. in istavita ꝓmunt ꝛ tribulant: in eius ꝓtrario. s. invita futura exaltabunt. Et hec est ſnia saluatoris. Luc. xiij. ꝛ. xvij.
Qui se exaltat humiliat: ꝛ qui se humiliat exaltabit.
Jnuenitur ergo in scriptura exaltatio impij qui eleuatur peruersis motibꝰ ꝛ hoc secundū principale. ¶ Tertio dico ꝙ inuenitur exaltatio iusti q̄ exaltat gratieviribꝰ. Justus eñ est sicut arbor cuevsqꝫ ad debitū cōplementū semp exaltat ꝛ crescit. Humor eñ q̄ latet interius in radice: ꝛ calor solis qui ipam penetrat inuisibiliter sub cortice. ipm in altum faciūt crescere ꝛ trāsire. Sic vere dicā ꝙ calor solis. i. radij de ine gre desursum veniēs: humor deuote ac lachrymose mentis intꝰ obediens: it a vegetant ꝛ imbuūt spirtualiter corda iustorum ꝙ sursum ad dñm eleuantur: ꝛ varijs bonis ꝛ pficuis eleuationibus exaltantur. Unde in ps. Dextra dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem: non moriar sed viuam: ꝛ narrabo opera domini. Cum ergo sit ꝙntupler bona bonoꝝ exaltatio. videlicet. Exaltatio
Mentalis que yma abdicat. Mr videlz iusti exaltant mentaliꝛ celestia
Moralis quā virtus duplicat. desiderādo ps. Accedet hō ad cor altum ꝛ
Vulgaris quā fama p̄dicat. exaltabit deꝰ. ꝛ Eccli.
Tpalis quā bona honoꝝ iudicat. lj. Dñe deus exaltasti
Supnalis quā deus vēdicat. sup terrā habitatiōes
¶ Et sic inuenit exaltatio. meā. et Ezech. x. Eleuātia cherubin alas
Affectionis. suas exaltata sunt a
Perfectionis. terra. Moraliter: vir
Fame seu reputationis. tutes accumulando. Eccli. xl. facultates et virtutes
Dominij seu prelationis. exaltāt cor super omnia timor domini. Vulgariter seu
Celi seu celestis saluationis. opinaliter

opinaliter famā ꝛ nomen acq̄rendo. Eccli. xv. Exaltabit illū apud primos suos. Sequit. Et nōie eterno hereditabit illū. Tpaliter ad platonē ascendendo. Ps. Exaltaui electū de plebe mea. Et alibi exaltēt eū in ecclesia plebis: ꝛ in cathedra seniorum laudent eū. Eternaliter celestem gloriam adipiscendo. ps. Exaltabit te vt hereditate capias terram. Jste sunt ergo exaltationes bone quibus scilicet exaltantur. Viri.
Humiles quos firmat patientia De humilibꝰ dicit
Simplices quos domat tpantia. Luc. j. Et exalta-
Prudētes quos ornat sapiētia. uit hūles. Et Jac.
iij. Humiliamini ꝛ exaltabitvos. De simplicibꝰ dicit in ps. Exaltabit māsuetos in salutē. De prudētibꝰ vō dr. Eccli. xj. Sapiētia humiliati exaltabit caput. Valde plura dici possent qꝛ tñ de talibꝰ exaltatiōibꝰ supra in locis pluribus vr dictū est sit mentio: supsedeo quo
G ad p̄sens. ¶ De exaltatiōe tñ qua beata vgo: vel quelibet sancta anima q̄ñq; modis p̄dictis vel aliquo eorundem exaltatur a deo potest dici illud. Eccli. xxiij. Quasi cedrus exaltata sum in lybano. ꝛ quasi platanus exaltata sum iuxta aquas ꝛc Vide eam infra de Quasi. Et dic ꝙ ista fuit exaltata. Propter
Cedrum contemplationis. Proseq̄re si-
Cupressum fortitudinis ꝛ duratiōis. cut ibi si vis
Oliuam compassionis. vide de Sur-
Montē syon ꝓtemplationis ꝛc. sum infra. Et
supravbi Ascendere. Eleuare ꝛ similia.

A **Exaudire**, idē qđ cum ꝓsensu audire. vel audit vocē alterius: qui eius p̄cibus annuit ꝛ applaudit. Et ideo exaudire signat. Misericordiā. Pietatē. Benignitatē. Indulgentiā. Liberalitatē. Cōcessionē. Consensum ꝛ cōplementi executionē. Est ergo exaudire idē qđ aduertere. Attendere. Auscultare. Cōcedere. Cōsentire. Et generaliꝛ in scriptura exaudire pertinet ad deū. ꝛ vix aut nunq̄ inuenit exaudire nisi ad ꝓsonam dei referatur. Possumus ergo notare ꝙ quatuoꝝ genera personarum solent a deo exaudiri. videlicet
Feruentius amantes. Primo ergo dico ꝙ exaudi-
Attentius clamantes. ri merent illi qui feruentius
Dulcius miserantes. amant. Jsta est rō naturalis
Amplius indigentes. ꝙ ille q̄ amat plus facilius impetrat. Fumus eñ q̄to a fortiori igne p̄cedit tāto ascēdit altius: ꝛ penetrat intimius. Sic oratio q̄to ab igne charitatis fortiore nosc̄it p̄cedere tanto solet ad intima diuini bñplacti ꝓfundius ꝛ altius penetrare vnde ps. Dilexi qñ exaudiet dñs vocē orationis mee.
¶ Scđo dico ꝙ exaudiri merent illi q̄ attēti clamāt: Diligētia eñ supplicātis facit supplicationē exaudiri: qñ eñ pulli in nido clamant ad matrē: solet eis alimenta p̄curare. Pauper vō qñ clamāt ad piū elemosynariū solet eos misericorditer exaudire. Jdeo dicebat ps. Ad dñm cum tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me. Jdeo dicit ps. in ꝓsona dei. Clamauit ad me ego exaudiam eū: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum. ꝛ glo. cum. Jn quib vō bis adueꝛ ꝙ deus tripliciter exaudit clamantes ad se. scilicet
Ipsos in terris associando. Cum ipso sum.
Ipsos in penis auxiliando. Jn tribulatione eripiam.
Ipsos in celis beatificando. glorificabo eum.
B ¶ Exaudit ergo istos vt amicissimus visitator. Cū ipo sum. Esse enim cū aliquo signat p̄sentialē visitationē: qvere deus semp est p̄sens inuocantibꝰ eū. Juxta illud ps. Prope est dñs oibus inuocantibus eū. Cum ipsis eñ sicut doctor ad docendū: sicut tutor ad ꝓtegendum sicut doctor ad dirigendū. Est ergo deus nobiscū sicut doctor vt nos doceat: quia ipse dñs q̄ docet manus nostras ad p̄lium: ꝛ digitos nostros ad bellum. Item nobiscum est sicut tutor vt nos protegat. Esa. xliij. Cum transieris per aquas tecū ero: ꝛ flumina non operiēt te. ꝛ Ps. xxvj. Holi timere qꝛ ego tecum sum. Jtē iste est nobiscum sicut doctor vt nos dirigat. j. paral. xvij. Fui tecum quocunq; perreꝛisti. Jste est ergo visitator amicissimus. Jste enim sicut verus amicus ꝑsiderat nobiscum esse: ꝛ nos per gratiam ꝛ charitatem secum habere. Hūes enim societates ꝛ vicinitatem hominū amant. ꝛ ideo iuxta hominū habitacula faciūt nidos suos. Canis etiam societatem hominis amat. et ideo q̄ verberatus fuerit ꝛ repulsus. semper se solet in societatem hominū ingerere: et cum ipsis malis gratibus habitare. Sic vere deus amicissimus visitator nosꝛ: semper diligit nobiscum per gratiam esse ꝛ societatem nostram per charitatem ꝛ amiciciam frequentare: ꝛ maxime si fuerimus homines. i. viri rationabiles ꝛ perfecti. Cum ipso sum inquit. vnde Prouer. viij. Delicie mee esse cum filijs hominum. Fuit ergo amicissimus visitator. Jste enim frequentauit societatē scz
Societatē paternam. fuit enim dico in societate
Societatē maternā. paterna. Jdeo in persona
Societatē fraternā patris sibi potest dici illud Luce. xv. Fili tu semper mecū es: ꝛ oīa mea tua sunt. Jtes fuit in societate materna. Unde angelus dixit virgini matri sue. Dñs tecū benedicta tu. Luc. j. vbi dicit Augusti. Dñs inquit tecū: tecū in ventre: tecū in mēte tecū in vtero. tecū in auxilio. Item ipse fuit in societate fraterna. s. cū animalibus in p̄sepio. cū discipulis in secu-
lo: cū latronibus in patibulo cū captiuis in infer-
no: cū angelis in paradiso. fuit ergo cū animalibus q̄ que intelliguntur simplices ꝛ innocentes quos deus libenter visitat ꝛ frequentat. vnde Marci. j. Erat Jesus cū bestijs: ꝛ angeli ministrabant ei. Jtē fuit cū discipulis per quos intelliguntur viri humiles ꝛ obedientes. Job. xj. Jbi morabat cū discipulis suis. Jtē fuit cū latronibus qui erāt in cruce: per quos designant viri afflicti ꝛ penitētes. Esa. liij. Cum sceleratis reputatus est. Item ipse fuit cū patribus in inferno per quos intelliguntur viri sperantes ꝛ expectātes Unde illi possunt dicere illud Judith. xiij. Aperite portas qꝛ nobis-
cum deus. Et Au. xiij. Dñs nobiscū ꝛ nolite timere. Item ipe est ꝛ fuit cū angelis in paradiso: per quos intelliguntur viri discreti ꝛ contemplantes. Matth. xvj. filiꝰ hois venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Justorum enim solet deus frequentare societatē. s. Simplicitū ꝛ innocentiū: humiliū ꝛ obediētiū: Contritoꝝ ꝛ penitentiū. Sperantiū ꝛ expectantium. Prudentium ꝛ ꝓtemplantiuꝫ. Cum ipso inquit sum. Jdeo cuilibet tali pōt dicere ipse deus illud Mat. vlti. Ego aūt vobiscum sum vsqꝫ ad ꝓsummationem seculi. Dico igitur ꝙ deus exaudit nos vt amicissimus visitator. Esa. xlix. Jn tpe placito exaudiui te. ¶ Jtē dico ꝙ C
deus exaudit clamantes vt strennuissimus defensator qđ ostēditur cum dicit. Jn tribulatione eripiam eum. Jstud est eñ certū ꝑ verū: ꝙ homo qui est in tribulatione: si deuote ad deū clamauerit: exaudiet ꝛ liberabitur ꝛ eripietur. ꝛ ideo cessante causa inferiori adiutorio ad ꝓsupiores est recurrendū. Sicut eñ a grauamine iudicis inferioris ad ꝓsupiorem est appellandū. Sic vere charissimi qñ cause ꝛ iudices inferiores. i. mundi tribulationes ꝛ miserie inevasibiliter affligunt nos: tunc debemus ad ꝓsupiorem deum ꝙ orationem recurrere. ꝛ nos totos sibi cōmittere: ꝛ tūc ꝑcerto ipse exaudiet nos ꝛ misericorditer liberabit. Tunc eñ vt dicit quidā sanctus ꝓmptius sentitur dei auxilium quando deficit humanum p̄sidium. Deus enim est sicut cetus q̄ pisces marinos solet a crocodillo defendere ꝛ ꝓtegere: ꝛ iō pisces videntes crocodillū ipsos devorare vel occidere: et contra ipsos fumum venenosum et fetidum emittentem: solent se post caudam ceti ponere. cetus vero solet pro ipsis contra crocodillum pugnare. et sic pisces ab eius malicia cruere et saluare. sicut dicit Jorath et Plinius. Sic vere charissimi si crocodillus. idest mundus vel dyabolus vult nos inuenire per delectationes vel deuorare per tribulationes: nos procerto debemus deceto. idest de deo scutū nostrum facere. rcum sequi: ꝛ nos sibi per spem et orationem cōmittere: ꝛ sic ipse pugnabit ꝙ nobis ꝛ clementer eri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piet ⁊ saluabit. In tribulatione inquit eripiā eū. Ideo dicebat dauid. Dñm tribulor: velociter exaudi me. Et sic poterimus dicere illud ps. Eripuit me de inimicis meis fortissimis:⁊ ab odientibus q̄ oderūt me: q̄m ꝓfortati sunt sup me. Istō figuratū fuit in thobia iuniore quē piscis volebat comedere: nisi ipm angelus eripuisset. vnde ipse dixit Thobie.vij. Me inq̄t sanū duxit ⁊ reduxit: pecuniā a gabelo suscepit: vxorem me habere fecit: demoniū ab ipsa cōpescuit: gaudiū parentibus eius fecit ⁊ me ipm a deuoratiōe piscis eripuit. Iste ergo exaudit clamantes: et strēnuissimus defensator. ¶ Denicq̄ dico q̄ ipse exaudit egentes vt benignissimus erogator: q. d. iste dat ⁊ erogat p̄miū eterne glie: qđ ostēdit. cū dicit. Glorificabo eum. i. in glia beatificabo. Sicut em̄ rex solet militē post labores ⁊ victorias glorificare ⁊ p̄miare. Sic deus post labores huius mūdi: ⁊ post victorias vitioꝝ ⁊ tormentoꝝ: solet homini honorem et gloriam distribuere ⁊ dispensare.). Reg.ij. Muicunq̄ honorificauerit me glorificabo eum. ꝑs. Gloria ⁊ honore coronasti eum domine. Ideo dicebat Dauit. Exaudiet me in latitudine: dominus saluum me fecit quoniam voluit me. Sic ergo patet deum esse.

Benignissimū distributorē. Et ideo ipse exaudit
Strēnuissimū defensatorē. clamantes ad se. Ui-
Amicissimū visitatorē. sum est ergo qđo deus
E exaudit firmiter amantes. fortiter clamantes. ¶ Tertio dico q̄ libēter exaudiet deus magis vel amplius indigentes: cuiusmodi sunt innocentes. ꝑccatores. ꝑauperes. Indigent em̄ innocentes custodia ne ruant Gen.xx. Exaudiuit dñs vocē pueri. i. innocentis. ⁊ custodit innocentis viaꝫ ꝑouer.xiij. Indigēt peccatores venia ne pereāt Exo.xxij. Exaudiā quoniā misericors sum: ⁊ auferetur iniquitas tua. ⁊ peccatum tuū mundabitur Esa vj. Indigent pauperes alimonia vt viuant. ps. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. dans. s. victui necessaria ps. ꝑaupes eius saturabo panibus. Exaudiunt ergo a deo.

Multipliciter egentes. Uide supra de audire in di
Dulciter donantes uersis titulis. De Oratio-
Fortiter clamantes. ne. Et supra de clamare ⁊c.
Firmiter amantes. Sufficit.

A **Excelsus.** Nota q̄ excelsus idem est qđ. Altus Sublimis. Erectꝰ. Eleuatꝰ. Exaltatus. Et ꝑt accipi multiplr i scriptura. Est ei Excelsus
Deus. Est em̄ excelsus deus p dñationē. vñ ps.
Status. Excelsus sup oēs gentes dñs Est excel-
Locus. sus status. s. status ꝓlationis p iurisdi-
Actus. tionem. vnde Eccli.xlv. Excelsum fecit Aaron fratrem suū. Est excelsus locus. s. paradisus p eleuationē. vnde Matth.xvij. dicitur. Qđ ihesus assumpsit petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannē: ⁊ duxit eos in montem excelsum seorsum. Est etiā excelsus actus per contemplationem. vnde Esaie.xxxviij. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso. ꝑotest enim accipi excelsitudo in bono ⁊ malo: in bono enim significat.

Uite perfectionem. Istis enim quatuor modis po-
Status ꝓmptionē. test homo esse spūaliter erectꝰ
Mentis erectionē. vel excelsus. vt de tali excelsitu-
Celi possessionem. dine exponatur illud Deuter. xxxij. Constituit eum super excelsam terram. vt comederet fructus agroꝝ: vt sugeret mel de petra: oleumq̄ de saxo durissimo. In quibus ꝙbus ostēditur q̄ homo qñq̄ a deo quadrupliciter fit excelsus. s. qñq̄. Per ꝓlationem tpalem. Constituit inquit eum. Per ꝓmptionem eternalem. Super excelsam terram. Per pfectionem virtualem: que notatur per fructus agroꝝ. Per contemplationem vel affectionem cordialem que notatur per suctiones olei ⁊ mellis. vt inquit sugeret mel de petra ¶ Primo ergo dico q̄ est celsitudo tpalis p̄lationis: qđ ostenditur cū dicit. Constituit eum. Constituere em̄ idem est qđ in aliquo officio statuere ⁊ ponere: sicut dicit in ps. Ego aūt ꝓstitutus sum rex ab eo super syon montem sanctū eius. Et de Joseph etiā legitur in ps. Constituit eum dñm domus sue: ⁊ principem oīs possessionis sue. Constitutio ergo nihil aliud est q̄ ad aliquem gradū facta per supiorem eleuatio. superiores em̄ oꝝ in officijs ⁊ dignitatibus viros bonos ꝓstituere. ⁊ sine affectione vel acceptione personarum ipsos ꝑm seruitutes ⁊ merita ꝓmouere. Unde pharao rex egypti ꝑcepit. Joseph qui erat dispensator domus sue de fratribus suis: si quos inquit nouisti cum eis viros industrios cōstitues eos magistros pecoꝝ meorum. Et reuera magistri pecoꝝ. i. ꝓlati subditoꝝ non debent constitui nisi viri industrij ⁊ discreti. Tales em̄ qui sic constituuntur debent esse discussi ⁊ examinati si quos inquit nouisti. Discretꝰ: illuminati: industrios ꝑfectꝰ: fortificati: viros iquit. Tales ꝙsulebat ietro sacerdos madian socero suo moꝙ si q̄ ipse ꝓstitueret sup ꝑ populū dicens. Exo.xviij. Prouide inquit de oīi plebe viros potentes ⁊ timentes deum: in quibus sit veritas ⁊ qui odiunt auariciam: ⁊ constitue eos tribunos: cēturiones ⁊ decanos. Tales em̄ ꝓstituendi sunt. Cum deliberatione. Prouide. Sine omni acceptione: q̄ ex omni plebe. Pleni magna ꝑfectione: q̄ debēt esse viri potentes. Taliter enim ꝓstituti debent esse ꝓ ceteris. Discretiores. Perfectiores seu maturiores. Audaciores ⁊ benigniores. Discretiores dico: q̄ sicut aq̄la que super oēs aues clarius videt regina est auiū ꝓstituta. Sic vere illi reges ⁊ ꝓlati aliorꝫ debent cōstitui: q̄ clarioꝝ discretionis visu ꝑe ceteris sunt muniti. iij. Reg.). dicitur iam illud ꝓdictum. Constituit eū dñm. Et sequit. Ut erudiret principes eius: ⁊ senes eius prudentiam doceret. ¶ Itē debent cōstitui ceteris maturiores. Bos enim qui est animal maturissimū. patientissimū: laboriosissimū: est ꝓstitutus rex oīm iumētoꝝ sicut dicit Grego. super Ezech. Ad denotandum q̄ illi qui alios debent ꝑeesse: maturi ⁊ humiles. fortes ⁊ patientes ⁊ stabiles debene esse. vnde. Dañ.iij. Dñatur excelsus in regno hoīm ⁊ hoiem humilem ꝓstituet super illud. Item debent esse audaciores. Leo em̄ est rex ferax: qui super oīa animalia audacior fertur esse. vnde ꝓuer.xxx. Leo fortissimus bestiaꝝ ad nullius pauebit occursum. Ad denotandū q̄ illi qui dñantur ⁊ qui super alios impant atq̄ regnant: debent esse audacissimi ad malos corrigendū: ⁊ ad iura ecclie defendēdū vt dictū fuit Hiere. j. Ecce ꝓstitui te super gentes ⁊ regna: vt euellas ⁊ destruas: edifices ⁊ plantes. ¶ Item dico q̄ isti debent esse ceteris benigniores. Homo em̄ qui est animal mansuetū: naturaliter est rex omnium aliorum animaliū. Unde in ps. Constituisti eū super opera manuū tuarum. Rex etiā apū aculeo carere dicitur Quis aliꝫ apibus maior in duplo esse noscatur. Ad denotandū q̄ illi qui sunt aliorꝫ reges. dñi ⁊ ꝓlati debent esse humiles ꝑ et benigni. vnde Luce.vij. Mā ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus. Et breuiter charissimi ista sunt vera q̄ illi qui ꝓlati constituuntur: prudentiores: sapientiores: audaciores ⁊ etiam benigniores esse tenentur. Quod est procerto contra multos in dignitatibus constitutos quivere non habent prudentiam aquilinam. patientiam bouinaꝫ audaciam leoninam. benignitatem humanam. immo multi procerto sunt qui alio modo possunt dici Aquila. Bos. Leo. Homo: quia scilicet multi sunt.

Aquile per crudelitatem. Et ideo multi videtur
Leones

Leones per voracitatem. figurati in ꝓla
Boues per ignorantiā ⁊ tarditatē. tione abimelech
Hoies vo p debilitatē ⁊ fragilitatē. qui ꝓstitutꝰ rex
occidit oēs fratres suos sicut dr Judic.ix. Mirere multi sunt qui statim qñ sunt cōstituti reges. i. prelati iudices ⁊ maiores: ipsi cōuertūtur ad crudelitatē ⁊ iniquitatem: ita q̄ fratres. i. subditos suos depellunt: exheredant et deuastāt. Et ideo de cōstitutiōe taliū pōt dici illud. s. Machab. ix. vbi dicit. Mō bachides elegit viros impios ⁊ ꝓstituit eos dños regionis. Adhuc si vis exemplum q̄ iperator dedit ramis regē truncū qui nihil faciebat eis: postea hydrū qui oēs deuorabat ⁊c. Sic ergo ꝓpter q̄ est quedam celsitudo ꝓlationis tpalis que ostēditur cum dicitur. Cōstituit eū. Ideo de tali celsitudine potest dici illud Judic.ix. Erat turris excelsa in medio ciuitatis. vbi aduerte q̄ ꝓlatus debet esse.

Fortissime roboratus. Turris.
Altissime sublimatus. Excelsa.
Equissime regalatus. In medio ciuitatis.

D Dico ergo q̄ est celsitudo ꝓlationis tpalis. ¶ Secūdo dico q̄ est quedam celsitudo supernalis seu eternalis ꝓmotionis: que ostēditur cū dicitur. Sup excelsam terrā Excelsa enim terra paradisus est vbi procerto est status sublimitas: super. Loci securitas: excelsam. Uite stabilitas vel victus fertilitas: terrā. Terra enim est stabilis ⁊ fertilis. Status sublimis est superior. Locus excelsus est securior terra infima est fertilior. Dico ergo q̄ iste locus habz dignitatē q̄ sup. vñ Esa.vij. ꝑete tibi signū a dño deo tuo in ꝓfundū maris siue in excelsū supra. Itē iste locus habz securitatē: excelsam. Loca enim ⁊ castra que sunt excelsa et alta: sunt magis tuta et secura. Et ō de isto loco securo et excelso potest dici illud ps. Super excelsa statuēs me: qui posuit manꝰ meas ad ꝓlium. Posuisti vt arcū ereū brachia mea. Itē iste locꝰ habet fertilitatē: terram. vñ. Ezec.xxxiij. In montibꝰ excelsis pascam eos Sequtur. Ibi requiescēt in herbis virētibus Ista est ergo celsitudo eternalis ꝓmotionis. ¶ Tertio dico q̄ ē celsitudo virtualis perfectiōis. Sicut em̄ aggregatio et cumulus paruarū arenarū facit qñq̄ montem magnū ⁊ excelsum: sic qñq̄ particulares virtutes in hoie aggregātur: vir magnus: perfectꝰ: excelsus et iā efficit; qđ ostenditur cū dr. Fructus agroꝝ. Fructꝰ em̄ agri sunt virtutes gratie q̄ merita boniviri q̄ ꝑm faciūt perfectū et excelsum. vñ Luc.vij. hoīs cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit. Ideo de tali celsitudine pōt dici illud. Eccli.xlij. Sol in aspectu annuncians in exitu vas admirabile opus excelsi. Ubi em̄ perfectus dicit sol ꝓpter claritatē honestatis. Dicit vas ꝓpter capacitatē caritatis. Dicitur admirabile ꝓpter plenitudinē sanctitatis. Et sic ista celsitudo est virtualis pfectiōis. ¶ Quarto dico q̄ est celsitudo cordialis affectionis. Et ista est quādo cor efficitur altū ⁊ excelsum per supernorū affectionem ⁊ contēplationē. vñ Job.xvj. Ecce in celis est testis meus ⁊ conscius meus in excelsis. Et hoc ofiditur cū dicitur: vt sugeret mel de petra oleūq̄ de saxo durissimo. Contēplatio em̄ ⁊ affectio sugūt attrahūt ⁊ sibi incorporant mel ⁊ oleū. i. dulcedines gloie paradisi. Mel enim qđ est dulce signat dulcedinē fruitionis. Oleū aūt quod ignē nutrit ⁊ lampadū lumina signat plenitudinem dilectionis et claritatez beatissime visionis. quia vere gloria eterna cōsistit in perfecta fruitione: ⁊ cōpleta dilectione: ⁊ clarissima visione: ⁊ ideo cōtēplatiuo q̄ tam bonis eternis nutritur potest dici illud Ezech.xvj. Similam ⁊ mel ⁊ oleū comedisti: ⁊ decora facta es vehemēter. Sicut enim agnus pōlices flectit: caput erigit et vbera matris sugit: ⁊ exinde suū nutrimētū extrahit Sic debemus pollices cordis flectere per humilitatez caput erigere per intētionis ad deū eleuationē. vbera matris nostre. i. dulcedinē illius que sursum est buccinque est mater nostra sugere ⁊ nobis incorporare p cōtēplationem. Esa.lxvj. Gloriā gentū sugetis et ad vbera potabimini. Sed ꝑcerto multi sunt qui alio mō sugūt q̄. s. nō sugūt superiora ꝙ inferiora nō eterna ꝙ terrena nō supernalia ꝙ tpalia. Isti sunt diuites ⁊ auari q̄ sunt
f similes araneis q̄ nō cessant sugere: haurire humiditatem muscarū. Sisses etiā sunt sanguisugis q̄ nō cessant sanguinē membrorum quib⁹ insidēt sugere ⁊ haurire. Sic vere tales non cessant sugere. attrahere haurire et auare rapere ⁊ sumere humiditatē ⁊ sanguinē. i. tēporalem substātiā aliorū ⁊ maxime muscarū. i. pauperū ⁊ illorum quibus insident. i. vicinoꝝ. De tali ergo sucticōe dicit Job.xxx. Caput aspidū suget ⁊ occidet eū lingua vipere. Caput ei aspidis est intētio auari que nō cessat sugere bona aliorū: ⁊ ideo lingua vipere eas finaliter occidet. Non sic ergo sed sugam⁹ eterna ⁊ superiora: et sic per cōtemplationē erimus alti ⁊ excelsi: vt sic de nobis et nostrū quolibet possit dōs dicere illud esa.xl. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon ⁊c. Patet ergo q̄ est quadruplex excelsitudo. scilicet.

Ꝓlationis tpalis. Et sic patz q̄ quidā sunt ex
Ꝓmotiōis supnalis. celsi in bono. ¶ Sz si forte
Perfectiōis ⁊tualis. alio modo velis distīguere
Cōtēplatiōis cordialis ⁊ excelso: dic q̄ in scriptura reperitur multiplex celsitudo. videlicet celsitudo.

Potentis fulminans. Est dico quedā celsitudo po
Mentes cōtaminans. tentis fulminatiua. Et ista
Malos exterminans. ē celsitudo dei et sue potētie
Mentes illuminans. iactitabilꝫ magnitudo iob
Celum examinans xj. Excelsior celo ē ⁊ qđ facies
Honorem geminans. Ista ē em̄ celsitudo potētie
Perpetuę dominans. diuine: que scilicet est.

Ad impetrandū satis egregia. Ista est ergo celsitudo sūma et
Ad miserandū satis propicia. impatiua vñ ⁊c
Ad operandum satis proficua. filio dicit pater
Ad considerādū satis ꝑspicua. in ps. Et ego primogenitū ponā illū excelsuz ꝑe regib⁹ terre. Et ponā in mari manū eius ⁊c. Res enim celsiores sunt ceteris potētiores. Ptz de fulmine qđ de excelsis venit sic dico ꝑm ps. Mīm excelsus est dñs: terribilis rex super oēs deos. Itē ista est celsitudo dulcis ⁊ miseratiua. Res em̄ excelsiores: sunt ⁊ fleribiliores ⁊ molliores: ptz in arborū summitatib⁹ respectu stipitū ⁊ ramorū. Ptz etiā in nubib⁹ excelsis q̄ ita sunt hūide ⁊ tenere: q̄ ros ⁊ pluuia ab eisdē descēdit. Sic a deo ros gr̄e: pluuia misericordie: ⁊ flexibilitas indulgētie ꝓuenit. Iste em̄ hz gratiā immutatiuaz a culpa. ps. Hec mutatio dextere excelsi. Et gratiā liberatiuā a pena ps. Deꝰ excelsus redēptor cōiū est. Itē ista est celsitudo virilis et optatiua. Uñ de ipa dr in ps. Ipe deduxit filios isrl de egypto: in manu potēti ⁊ brachio excelso. Itē ista est celsitudo sublimis ⁊ ꝑsideratiua. Excelsa em̄ corpa ꝑspicua sunt ⁊ luminosa sicut dr in ps. Excelsus dñs et humilia respicit et alta alonge cognoscit. Oculos em̄ hz aquilinos ⁊ luminosos. qui de excelso videt ps. Prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrā aspexit. Itē est ergo excelsus ⁊ summꝰ cui. s. mali male ⁊ tradicūt: officiūt. ps. In ira erexit auerunt excelsuz in inaquosa. Boni nō ei obediūt atq̄ seruiunt. Et ō gratiā ⁊ gliam ab ipo f. naliter perpendūt ⁊ petunt. Unde bonis dicitur in ps. Ego dixi dū estis et filij excelsi omnes. Ista est ergo quedam celsitudo potenter fulminatiua. ¶ Adhuc est quedam celsitudo cordiū maculatiua seu etiā eleuatiua. Et ista si
h gnat altitudinē supflue ⁊ mētalis ꝓsumptiōis accerui qñ. s. quis in suis oculis est excelsus: ⁊ se putat in exteriubus genere ⁊ pulcritudine ⁊ opib⁹ ꝑeminentez. Talis em̄ excelsitas superbie valde est abhominabilis deo. Cōstat em̄ q̄ antiquiꝰ demones in excelsis colebātur: ꝓpter hoc excelsa destrui a deo ꝓcipiebātur ⁊ mandabatur: sicut ptz Numeri. xxxiij. Sic ⁊e dico q̄ excelsus locus i. cor qđ est excelsum ꝓ superbia ē ꝓprie locus demonibus dedicatur: ꝙ cultib⁹ demoniū ⁊ vitioꝝ aptatus: iō deus talia excelsa. i. superbie elationem mādat destrui nec vult talia altaria seu tales superbie cultus in terra israel fabricari: sed potius fideles suos vult in ymo humilitatis sacrificia bonorum operum consecrari ꝙ. paraly. xxxij. Numquid non iste est ezechias qui destruxit

Universidad de Deusto

excelsa? De multis ei regib⁹ israel legit q̄ boni fuerunt scz deū adorauerūt ⁊ idola ptemserunt: verūtñ in hoc reprehēsibiles iudicātur: q̄ excelsa nō abstulerūt: et q̄ populū in excelsis sacrificare etiā dño pmiserūt cōtra prohibitionē diuinā. ¶Populus eñ in excelsis imolare delectabatur: qui tñ solū sacrificare in tēplo dñi tube batur. iij. Reg. iij. Attamē populꝰ imolabat in excelsis Et de salomone ꝛ ibidē. Mō ipse ābulauit in vijs pris sui: excepto q̄ in excelsis imolabat. Sic ñe dico q̄ mlti sunt qui ¶uis sint boni ⁊ bonorū opm ministri excelsa tñ. i. superbiā ⁊ fastū: ⁊ quādā elationē ⁊ p̄sumptionē: laudēcz ⁊ iactantiā quā ex bonis suis pcipit solēt dili gere ⁊ i gloria se plurimū delectare. Nix eñ est dare ali quē ita sanctū quin glorīet ⁊ eleuetur: si cōmēdare au diat factū suū. Talis ergo deū colit ꝛ excelsa nō aufert qñ scz bene quidē operat: ꝛ exinde eleuat in gloriā pro pter laudē quā aliena adulatio sibi affert. iij. Reg. xv. Fecit asa rectū in ꝓspectu dñi sicut dauid pr ei⁹ abstulit effeminatos: purgauit sordes idolorꝫ: subuertit speczꝫ priapi: destruxit ydolū turpissimū: excelsa aūt nō abstu lit. Soli eñ tres de oībus regib⁹ iuda abstulisse excelsa legūtur: vcz Josias. Josaphat ⁊ Ezechiaz De iosia. iiij. Reg. xxiij. Excelsa quoqz q̄ erāt in hierl'm polluit rex ⁊c De iosaphat. ij. paralip. xvij. Etiaz excelsas lucos de in da abstulit. De ezechia. iiij. Reg. xviij. Dissipauit excel sas: ⁊ ezechias. Ad ꝓnotandū q̄ pauci sunt q̄ talia excel sa. i. inanis glorie laudē ⁊ elationē nō libēter admittāt Ista est ergo excelsitas cordiū elcuatiua. ij. ¶Para. xxxij Instaurauit excelsa et fecit lucos. ¶ Tertio dico q̄ est excelsitas malorū dissipatiua Et ista est altitudo sta tus ⁊ ꝓsperitatis: ⁊ eminētie malignoruz q̄ causa ē sue Cānationis ⁊ mortis. Istud potissime dico de illis q̄ p vsuras ⁊ rapinas: et per vana fortune lenocinia subito efficūtur excelsi: ⁊ de humili plebe ad sublimē statum erecti: sicut patet de multis burgēsibus ⁊ aduocatis. ⁊ alijs de nihilo ꝓcreatis: tandē ad statū militie assum ptis: ⁊ inter maximos cōputatis: ita q̄ ⁊ de multis pōt in telligi illud. Deute. ij. Fuerūt habitatores eꝝ ppls ma gnus ⁊ validus: ⁊ tā excelsus vt de enachim stirpe qua si gigātes crederētur: quasi diceret. ¶Multi talium ita sunt magna ꝓsperitate leuati ⁊ ita in diuitijs ⁊ pompa ornati q̄ per gigātes. i. nobiles antiquos videntur esse ꝓgeniti ⁊ creati: vt talib⁹ dicak illō. Esa. xxij. Excidisti in excelso memoriale Aduerte aūt qō mūdanoꝝ statuū celsitudo cōtenenda est ⁊ timēda q: est Status

Incertus ⁊ periculosus. Deserti ⁊ penuriosus. Molestus ⁊ laboriosus.

Loca excelsa Ad ascendē dum sunt difficilia ⁊ labo riosa. Ad remanēdū sunt inutilia et penuriosa. Ad descendēdū sunt terribilia et periculosa. Inuenik ergo labor difficilis in ascendendo ¶Per multas eñ ambages: p mētos laboriosos ne⁹ per multos graues accessus ꝓruenūt hoies ad excelsa Sic per multas ambages fraudū: labores corpozum: ⁊ sollicitudines mentū ascendūt hoies ad suprema Esa. xvj. Laborauit moab super excelsis suis. ¶Itē inuenik squalor seu horror inutilis in possidendo: excelsa enim loca sunt alijs magis sterilia. Sic mundi dignitates et officia alta et magna: sterilia dicūtur: vel q: bonorū spi ritualiū ubertate priuātur: vel q: mēs humana nūq̄ ab eis nec in eis satiatur. Esaie. xlij. Desertos faciā mōtes excelsos: cōcomitatur vt in pluribus frigus ⁊ fames: si cut de monte ventoso prope Auinionē dicitur. Mō quis quis ad summitatē eius ascenderit. se famelicū experik Sic dico de celsitudine mūdi officiorū ⁊ statuū. Sic pro certo ibi viget frigus indeuotionis: ⁊ fames auaricie et ambitionis. Aerbilitas q̄z omnis sufficientie ⁊ repletio nis. Unde ꝓprie ilta sunt excelsa baalim qui interpre tatur deuoratores: quia. i. illi qui ibidem ascendūt solēt mundi bona continue occupare: et deuorare: et tamen nunq̄ se possunt reficere vel replere. Hiere. xxx. Edifica uit excelsa baalim. Item inuenitur terror tristabilis in descendendo seu amittendo. Loca enim excelsa pericu losa sunt et hoc ideo quia per terremotum faciliter de

struuntur ⁊ cadūt: ⁊ quia illi qui ibi sunt facile corruūt et inde vix sine malo descendūt. Sic vere de excelsis mū di statibus. faciliter eñ a deo concutiūtur: et per terre motum infortuniorū ad nichilū deducūtur et ipsi q̄ ibi habitant mortis eterne periculū consequētur. De quo esaie. ij. Ecce dies dñi super oēm superbū et excelsum: et super arrogantē oēm ⁊ humiliabit: et super oēs cedros lybani sublimes et erectas: sed super oēs quercus basan et super omnes mōtes excelsos et colles elcuatos: ⁊ sup omnē turrim eleuatā: murū munitū: ⁊ super oēs naues tharsis: et super omne lignū quod visu pulcrū est. ¶Itz ergo ꝙ inuenitur excelsitas malorum subuersiua seu tri bulatiua et destructiua. ¶ Tertio dico ꝙ inuenik celsi tudo cumulatiua ⁊c. Unde supra de quadruplici celsitu dine. videlicet que sequitur in distinctione. videlicet.

Virtuali. Actuali dico quā facit elevata cumulata mor ꝓfectō Cordiali. Cordiali quā facit elevata mentis affectio. Tpali. Tēporali quā facit vēdicata digna platio. Eternali. Eternali quā facit occupata celi possessio Unde supra ⁊ eodē in principio in autoritate diuisa ⁊ p secuta. Et supra de exaltare et locis alijs sufficit.

Exclamare. Idē ē quod ex toto conatu cla mare vel excessiue clamare vel ex cellēter clamare. Et iterū pōt significare feruorē oōis predicationis et similia. Unde supra de Clamare.

Excitare. Nota ꝙ excitare idē est qō aliquē de somno euigilare. Et qz p somnū intelligitur status peccati: indeo per excitationem seu euigila tionem potest intelligi exurrectio a peccato. ¶Possum⁹ ergo breuiter notare quod tribus modis excitatur ho mo a somno peccati scilicet.

Per timorē. Per clamorē ¶oīez eniz excitat ti mor dānationis. Rigor correctionis Per rigorē. Per clamorē. Clamor monitionis seu preconis.

¶Primo ergo quidā excitātur p dānationis timorem. Grues eñ q̄ aliarū seruāt excubias: solēt lapillū in pe dem ponere. vt ex eius casu si dormierint possint a som no euigilare ⁊ excitari. Casus etiam horologij q̄n fluxit vsq̄ ad certū punctū suū: dormiētes ad surgēdū excitat et inuitat. Sic ⁊ clarissimi dico ꝙ lapidē. i. pene eterne vel iudicij diuini duricia debem⁹ p̄sideratione ponere ⁊ casum horologij. i. mortē aliorū attēdere: vt sic p ti morē inde ꝓceptū possim⁹ excitari ⁊ euigilare. Tonitruū qō est son⁹ terribilis hoiem excitat ⁊ ipsum ne dormiat impedit ⁊ retardat. Mare si quis tonitruū diuini amo ris: terroꝛēqz sue sentētie ⁊ iudicialis clamoris attende rit nūq̄ ꝓ petrū dormitabit. ¶Sñ ergo monet apl'us. j. Cor. xv. Euigilate iuste ⁊ nolite peccare. Dicit ei plini. Mō si hō ꝓpter morsuz alpidis efficit litargicus. i. vio lenter dormiēs ⁊ sopitus tūc cum mustele cōbustus bi tus excitat patientē. Mz vere cinis. i. ꝓsideratio mor tis: ⁊ maxime multi ele cōbuste. i. malorū hoīm cōbusto rum in inferno ⁊ dānatorū etiā excitat hoiem a somno desidie et peccati. Tales ergo excitātur a petō timore dā nationis. ¶Sc o dico ꝙ quidā excitant a rigore correctionis. Sicut eñ litargici fortib⁹ ꝓberib⁹ ⁊ medicinis asperis vtpote sinapi vel pipere excitātur sic in naribus mittatur. Sic isti sunt ita dormiētes ⁊ sopiti in vitijs et peccatis q̄ nō possunt euigilari: nisi duris et asperis correctionibus excitētur: sicut dicitur eli. xxviij. Sola veratio dat intellectū. Mō bene figuratuz fuit in petro cathenato dormiente ⁊ incarcerato. De quo ꝛc. Act. xij. Quod angelus percusso latere petri excitauit eum di cens: Surge velociter. Quia vere clarissimum qñ hō est p peccatū dormiens ⁊ sopitus: qñ etiā est per malas com placentias alligatus et incatenatus et per malas con suetudines incarceratus: tūc necesse est q̄ angelus. i. ꝓ latus per correctionem ipsum percutiat et affligat ad hoc vt a tali somno euigilet et exurgat. Isti ergo excitā tur rigore correctionis. ¶ Tertio dico quod aliqui excitantur clamore monitionis seu preconis. Clamor eniz tubarum solet equos ad prelium excitare. Clamor etiā leonis solet catulos suos a morte suscitare. Sic ⁊ re charissimi clamor preconis ⁊ exhortationis solet mouere nos

petōres

peccatores a somno peccati excitare ⁊ ad preliū virtutū monere et alare Osee. xj. Leo rugiet et formidabunt fi lij maris. Sic ergo patet ꝙ sit excitatio. ¶Per clamorem ¶Per rigorem et per timorem ⁊c. sufficit.

Excutere. Nota quod excutere dicit quasi ex tra cadere idest extra proijcere vel ex pellere. Dicam ergo q̄ excutiuntur scilicet.

Primus ergo ignis. s. pfecte dilectionis est inextinguibilis Ista em̃ nũq̃ pot extingui: quia verus amor non potest ab alio dissipari Unde ad Romanos. viij. dicitur. Quis nos separabit a caritate christi? tribulatio? an angustia? ⁊ neq; mors neq; vita ꝛc. q. d. Nec aduersitas nec ꝓsperitas possunt verã caritatem extinguere. Vera enim caritas est sicut carbunculus cuius splendor de nocte non extinguitur sed amplius augmentatur. Sic vere nor tribulationũ veram caritatem non extinguit. sed eam potius manifestat et reluscere facit. Unde prouerbi. xxvj. dicitur. Nõ extinguetur in nocte lucerna eius. ¶ Secundus ignis inextinguibilis est ignis scilz auare affectionis. Et quo enim aliquis igne auaricie semel fuerit inflãmatus vir aut nunq̃ potest amplius extingui. vnde eccli. xxij. ỏr Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat. ¶ Tertius est ignis eterne damnationis quia. s. sine aliqua extinctione vel refrigeratiõe corpus et anima damnatorum eternis ignibus succendentur. Unde Esaie. j. Succendetur vtrũq; simul. ⁊ nõ erit qui extinguat. Damnati enim sunt sicut lapis qui dicitur albeston qui semel accensus perpetuo non põt extingui quia breuiter sicut dicitur Esa. lxvj. ⁊ Marci. ix. Vermis eorum non morietur. ⁊ ignis eoꝝ nõ extinguetur ꝛc. Unde in tabula.

Extra. Exterius. Exterior.

¶ Nota q̃ ista vocabula signiãt diuersimode i scriptura. Possunt enim denotare circunstantiã loci et circũstantiam rei. Quando enim ista ꝓcernunt rem. signãt illa que nobis sunt apparentia atq; nota. sicut sunt bona tẽporalia ⁊ facta corporalia. Ista enim sunt quedã extrinseca que hominibus possunt apparere. et que extra et preter rei substantiam velut accidentia possunt esse. Unde ista proprie signant exteriorem conuersationem et conditionem. vel exteriorem subuentionem seu possessionem. Quando vero concernunt locum signãt a loco exclusionem. elongationem ⁊ remotionem sicut dicitur. Johannes est exterius vel extra. vel exterior. Moraliter ergo accipiendo. ista verba exterius. et extra possunt mihi notare scilicet.

Exteriorem conditionem.
Exteriorem possessionem.
Exteriorem electionem.

Preparanda.
Detestanda.
Formidanda.

Primo ergo dico q̃ est quedã exteritas conditionis que ꝓparãda et ordinanda est exterior cõuersatio. Sicut em̃ color ⁊ pictura ponitur in superficie nõ in cẽtro pulcritudo consistit in pelle exteriori non in carne interiori. Sic vere color: pulcritudo et pictura cõuersatiõis in exterioribus principaliter cõsistit Ista ei exteriora. s. opatio et ꝯuersatio principalr ab hoibus aspiciuntur et aspectibus hominũ principaliter obꝺiciuntur. Et tõ a prudentibus ista mundus et pulcrius et honestius ornantur et gubernantur. Sicut enim radij solares inclusi in ventre nubis causant exterius arcum celestem in quo pulcerrimi colores apparẽt. Sic vere radius diuine gratie: si in ventre nubis tdeſt in corde nostro habitauerit. ipse procerto exterius in apparentia colores pulcerrime ⁊ honeste cõuersationis efficiet et causabit Et cetera omitto. quia nullas habeo autoritates. Ad ledicatur qui in cõcordantijs dimisit. Sed vide infra. vbi foris ⁊ foras. vbi satis poteris inuenire. Unde etiaz supra de apparere. et de conuersatione. Et vide de hypocrisi. qz. s. hypocrite magis studẽt exteriora parare q̃ in teriora magis laborant circa honestatẽ exteriorẽ: q̃ circa honestatẽ interiorem. Cuius tamen contrarij facit natura qz primo formatꝫ mẽbra interiora: scz Cor. Epar Cerebrum et talia. Et postea membra exteriora. scz manus. pedes ⁊ similia. Ad denotãdũ q̃ primo ⁊ principaliter debemus curare de interiori conscietia parãda: ordinãda ⁊ ꝯtutibus perficienda ⁊ postea de exteriori cõuersatione ⁊ apparentia est tractandus. vñ Matt. xxiij. dicitur. Munda prius quod intus est calicis ⁊ parapsidis: vt fiat et illud quod deforis est mundũ. Et mundicia enim interiori solet exteriori mundicia redundare. Sic ergo patet q̃ exteritas signat exteriorẽ ꝯditionẽ que est ꝓparãda. ¶ Scõ. dico q̃ signat exteriorẽ possessionẽ q̃ ẽ ꝓtenẽda. s. bona tẽporalia ⁊ mũdana que exteriꝫ apparent. Ista enim sunt causa multoꝝ malorũ Calor enim accidẽtalis ⁊ exterior solet esse causa mortificationis ⁊ euaporationis caloris naturalis. Aperit enim pores et vias per quas calor interior euaporat. Et inde est q̃ quanto homo est frigidior exterius. tãto solet esse interius calidior ⁊ dispositior. Sic vere charissimi. bona tẽporalia que causant calorem auaricie exterius sunt causa q̃ conscientia et cor interius caloꝛe diuine gratie priuantur et euacuantur. Quando enim homo est exterius frigidus et pauper ỹ tum ad tẽporalia tũc est interius calidior q̃ tũ ad spiritualia. Exteriꝰ em̃ picture freneticis ⁊ melancolicis sunt nocue. augent enim melancolicam ⁊ furorem. ⁊ ideo tales infirmi non sunt in locis pictis vel coloratis ponendi. Sic vere exteriora bona que non sunt nisi picture quedam quia scz nõ habent existentiam veram infirmis pctõibus non sunt necessaria. Augent enim imagines malorũ desideriorũ et sunt causa furoris et melancolie. ideſt diuersoꝝ peccatorum Et breuiter talia exteriora non sunt querenda vel diligenda. sed magis timenda et fugienda. Unde greg. v. li. moral. ca. j. Sancti inquit viri cum sibi supplere et prospera cõspiciunt pauida suspitione turbant Timent enim ne hic laborum suorum fructus recipiãt timentq; q̃ diuina iustitia eos exterioribus muneribꝫ cumulans ab internis repellat. Ista est ergo exteritas que est contẽnanda. ¶ Tertio dico q̃ est alia exteritas formidanda et hec est exteritas peccati mortalis que ponit hominẽ exterius a statu gratie vel ista est damnatio infernalis que extra paradisum ejcit peccatores. Ideo de peccatore in die iudicij quando rex veniet de paradyso vt videat discumbentes: et videbit ibi non habentem vestem nuptialem ideſt gratiam. Ipse procerto ligatis manibus et pedibus faciet eum mitti in tenebras exteriores. sicut dicit Matthei. xxij. et Jheremi. xxij. Sepultura asini sepelietur putrefactus ⁊ ꝓiectus extra portas hierusalem Et sic patet triplex exteritas. Sed adhuc nota quod quidam proijciuntur. Extra gram per iniquitatem. Extra mundum q̃ mortem. Extra veniam per desperationem. Extra gloriam per damnationem. ¶ Primi ergo per iniquitatẽ extra statuꝫ gre

statum gratie ejciunt. Uñ talis est recte. sicut piscis exiens extra aquã q̃ necessario moritꝫ. Sicut ouis exiens extra tectũ que a lupis deuoratꝫ. Sicut etiã malefactor exiens extra locũ priuilegiatum qui a balliuis suspenditꝫ et capitur. Ista bene figuraliter dicunt. Nũc. xxv. vbi dicitur. Mõ interfector q̃diu erat in aliqua ciuitate refugij tutus erat: sed statiz qñ erat extra erat in periculo. qz occidi poterat ab amicis ⁊ parẽtibus interfecti. Sic vere illi qui animã suam occiderunt ⁊ interfecerunt per peccatũ mortale. debẽt ꝓcerto recurrere ad ciuitatem refugij. s. ad statũ gratie vel penitẽtie als si extra istã ciuitatẽ inuentunt. mortis eterne periculo subiacere noscunt. qz vere in die iudicij qñ venient amici ⁊ parentes istius anime sic interfecte. s. deus ⁊ angeli. nisi istũ malefactorẽ. s. peccatorẽ in loco tuto ⁊ priuilegiato inueniãt. i. in statu gratie ipm occidũt. Status em̃ gratie est. sicut vmbra cuiusdã arboris. que dicit ꝓsidiõn. in qua vmbra q̃diu colũbe manserint draco nõ pt eis nocere. statim vero qñ extra vmbram exierint. solet eas deuorare. qz procerto q̃diu in vmbra. i. in refrigerio gratie mãserimus. a dracone dyabolo nõ ledemur. Si vero extra istaz vmbrã. i. extra statũ gratie fuerimus a dracone dyabolo rapiemur. Ista potissime videmus ỏ apostatis. cũ q̃bus recte ludit dyabolus sicut lupus cũ boue ludit. vt ipm extra societatẽ vsq; ad nemus paulatim deducat. quẽ cum in nemore tenuerit. ipm strangulat ⁊ occidit. Sic vere dyabolus per malas suggestiões ludit cum religiosis. ipsosq; extra religionẽ vsq; ad nemus mũdi ꝓtrahit. vbi per diuersa peccata ipsos permit. Ista figurauit in vitula illa. Nũc. xix. quam extra castra tantummodo erat licitũ cremari. Deus enim ⁊ dyabolus fecerũt partitiz ludũ. qz illa que sunt intra sunt dei. ⁊ q̃ extra sunt dyaboli. Ideo de pessima athalia dicit. iiij. Reg. xj. ⁊ ij. Paralip. xxiij. Educite eam extra septa tẽpli ⁊ interficite ibi. Tales ergo p culpam extra gratiã ejciunt. ¶ Scõi per mortem extra mundum ꝓiciunt. Sicut em̃ facto ⁊ finito conuiuio. ianitor solet inuitatos extra emittere. ⁊ bene cauet q̃ secuz de bonis hospicij nihil portent. Sic vere mors qui est ianitor in conuiuio huius mũdi. omnes finaliter extra cõuiuium huius mũdi mittit. ⁊ de bonis huius mundi portari aliquid nõ ꝑmittit. vñ de morte põt dici qõ de iudeis. ỏr Act. vij. c. Mõ ejcientes stephanũ extra ciuitatẽ lapidabãt ꝛc. ¶ Tertio p desperationẽ extraveniã constituunt. Istis. accidit sicut accipitri qui extra manus magistri sui dimissus. ita fortiter indignat q̃ redire renuens extra taliter diuagat. q̃ siluestris efficitur. Sic ꝯe charissim. sepe accidit. q̃ dũ homines extra manũ dei per peccatuz mortale ponunt. ita qñq; desperant ⁊ obstinant. q̃ vlterius redire ad ipsum per penitentiam dedignant. Figurati in corvo Gen. viij. Qui extra archã dimissus redire ad noe amplius noluit. sed cadaueribus ꝓtetus circa ea penitus se occupauit. Isti sunt similes corallo. qui dũ est in aqua radix dicit cum vero extra ponit: in lapidis duriciã commutat. Quia vere multi sunt qui libenter exeunt de archa ⁊ de aqua. i. de statu gratie per peccatũ: sed vere cum extra fuerint. vix aut nunq̃ tractant amplius de reditu. immo circa bona tẽporalia. ⁊ circa cadauera carnalia taliter occupantur. q̃ eis totaliter contenti. de aliys curare non videntur. sed quod peius est in lapideam duriciam vertuntur ⁊ commutantur per obstinationem. de quibus dicit illud Job. xlj. Cor eius indurabit quasi lapis ꝛc. Isti ergo extra veniam per desperationem constituuntur. ¶ Quarti extra gloriam per damnationem stabiliuntur. Sicut enim apes expellunt fatores suas mortuas extra alueare suum. nec secum habitare permittunt. Sic deus ⁊ angeli expellent in die iudicij a focietate sua peccatores: qõ figuratur de leproso. Leuit. xiij. Qui solus extra castra debebat habitare. quia vere leprosi et infecti peccatores in die iudicij de castris ideſt de angelici exercitus congregatione expellẽtur. ⁊ extra paradisum scilicet in inferno dãnabũtur ⁊ relegabuntur. Unde. Nume. xij. dicitur. Separentur septem diebus extra castra. Sic ergo patet q̃ est quadruplex malum extra. ¶ Sed adhuc possumus dicere. q̃ illud vocabulũ extra potest sumi in bono significato. sicut cũ aliquid ponitur. Extra periculum. Extra peccatum. Extra malum consortium seu locum. Et sic loquitur apostolus. ad Hebreos. xiij. Exeamus ad eum extra castra improperium eius portantes ꝛc. Unde supra de. Egredi ⁊ Exire. quia ista denotant recessum extra locum ꝛc.

Extraneus.

Nota qõ extraneus idem est q̃ peregrinus. aduena alienus. Et potest significare in bono ⁊ in malo. Extraneus enim significat virum perfectum. a mundo ⁊ a mundi lego eius alienum. sicut fuerunt sancti quos mundus extraneos reputabat. ⁊ velut extraneos a suis promotionibus repellebat. Unde Sap. xix. dicitur. Inuiti recipiebant extraneos. In malo vero illos qui nullam habẽt nobiscum familiaritatem. sicut sunt pauperes ⁊ ignoti. Spiritualiter etiam loquendo extranei sunt illi. qui per peccata sua a deo sunt alieni. ⁊ qui in hereditate paradisi nihil habẽt. scz sicut extranei ideſt extra nati ipia ꝓpetuo priuabiꝫtur. Unde. Prouerbi. xxij. dicitur. In gaudio eius nõ miscebit extraneus. Boni ergo pauperes possunt dici extranei in hoc mundo. Nam sicut extranei non cognoscuntur. Non honorantur. vilipenduntur. et nulla certa domo vel hereditate ditantur. Sic vere pauperes et viri perfecti in hoc mundo sunt sicut extranei: quia scz ipsi sunt sine honore ab omnibꝫ contempti ⁊ conculcati. nullus enim vult ipsos cognoscere. immo etiam fratres ⁊ amici dinoscuntur de talibus non curare. Aspides enim affris et mauris. non nocent. extraneos vero letaliter occidunt vt dicit Jsidorus. Ideo affri ⁊ mauri volentes probare de pueris an sint filij sui. solent eos aspidibus apponere. ⁊ si aspides eos non leserint. solent eos vt proprios retinere. Si vero ipsos aspides momorderint: solent eos tanq̃ extraneos ⁊ degeneres refutare. Sic vere aspides ideſt venenosi tyranni balliui mauros ⁊ affros ideſt mũdi nigros peccatores. ⁊ maxime vsurarios non ledunt. immo sicut notos ⁊ amicos ipsos protegunt ⁊ defendunt Sed procul dubio extraneos ⁊ ignoros ideſt pauperes ⁊ debiles: rapinis ⁊ excoriationibus vulnerãt ⁊ occidũt Ideo dicunt tales cũ psalmista. Extraneus factus sum fratribus meis. et peregrinus filijs matris mee. ¶ Itẽ nota. q̃ sicut ciues ⁊ non extranei ad ciuitatis officia ⁊ consilia solent admitti. Juxta illud. Eccle. viij. Coram extraneo ne facto consilium. Sic in ciuitate ecclesie: boni ⁊ non mali debent promoueri ⁊ ordinari. Cuius tamen contrarium fit hodie. Ideo modo plangunt veri filij ecclesie dicentes Treno. v. Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostre ad extraneos ꝛc. Cetera omitto. qz pauce sunt autoritates. Et inuenies de extraneo supra de acceptione. ⁊ de equo. Et infra de peregrino. Et supra de alieno ⁊ aduena. Et breuiter multa inueniremus exẽpla. scz copia auctoritatũ deficit ꝛc.

Extrahere.

Nota q̃ extrahere idem est qõ extra locum trahere. Et potest significare in bono ⁊ in malo. In bono enim signat de peccato seu aliquo periculo creptionem ⁊ saluationem. Unde. ij. Regum. xxij. Misit de excelso et assumpsit me ⁊ traxit me de aquis multis. Et Danielis. xiij. Extraxerunt danielem de lacu leonum. In malo autem signat de propria hereditate electionem. vel de mundo expulsionem. Sicut enim hyena extrahit mortuos de sepulcro eos deuorat. Piscator etiam extrahit pisces de fluuio vt eos manducet. Sic raptor extrahit hominem de propria domo. Dyabolus extrahit peccatores de fluuio. ideſt de deliciarum vriguo. Mors vero extrahit omnes de corporis hospitio. Unde de peccatoribus dicitur. Ezec. xxix. Ecce ego ad te draco magne q̃ cubas in medio fluminum extrahã te de medio fluminum. Pauperibus etiam possunt dicere vsurarij ⁊

raptores illud Ezec.xxij. Extrahā te in sagena mea tc. Multa exempla habemus de extrahere. sed auctoritates deficiunt. Unde supra de eiēcere ⁊ de expellere. ⁊ infra de trahere tc.

Extremus. Extremitas. Nota ꝙ extremus idem est qđ vltimus seu nouissimus. ⁊ signat finem siue posteriorē partem rei. Et ideo loquendo moraliter possumus dicere ꝙ extremitas potest significare. Humilitatem. Tepiditatem. Moralitatē Et ideo possumus dicere: ꝙ est quedam.
Extremitas commendabilis
Quedam detestabilis.
Quedam formidabilis.
¶ Prima est desideranda.
Secunda vituperanda.
Tertia consideranda.
¶ Primo ergo ē quedā extremitas cōmēdabilis ⁊ desiderāda. ⁊ista est extremitas humilitatis. Ut em̄ humilis semp aliis se postponit. seq̄ aliis nō ingerit aut ꝓponit. immo respectu oim̄ alioꝝ se omniū extremoꝝ ⁊ vltimum reputat. ⁊ supponit. Catuli em̄ fm. Plt. qui nascuntur vlteriores. sunt vt communiter ceteris meliores. Sic vere illi qui vltimi ⁊ extremi sunt per humilitatem. ⁊ qui etiam ab aliis vltimi reputantur ꝓpter corporalem miseriam ⁊ paupertatem. sunt quo ad deū meliores. quod figuratum est in benyamin. qui inter fratres Joseph fuit vltimo natus. qui tamen a ioseph amplius fuit dilectus. ⁊ in mensa sua ferculis amplioribus satiatus. Sicut dicitur. Gene. xliij. Quia vere charissimi. verus ioseph x̄pus illos plenius in mensa paradisi reficit: quos in hoc mundo vera humilitas ⁊ paupertas vltimos ⁊ extremos facit. Ideo de tuda machabeo in figura x̄pi dicit. j. Machab. v. Erat tudas congregans extremos. Et Isa. xlix. Salus mea vsq̄ ad extremum terre. quia breuiter fm regulam saluatoris Erunt primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi. Matth. xx. qꝫ sicut dicit Matth. xx. Paterfamilias ꝛcepit a nouissimis denariū diurnū seu salariū dispensare. Ad denotandum. ꝙ illi qui sunt nouissimi per humilitatem ⁊ te n̄poralem paupertatem. erunt primi in gloria paradisi Sic ergo patet. ꝙ est quedam extremitas commēdabilis ⁊ desideranda. ¶ Scōo dico. ꝙ est alia extremitas detestabilis ⁊ vituperanda. Et ista est extremitas illorum. qui ad omne bonum faciendū volunt esse vltimi atq̄ tardi. ⁊ ista est extremitas atq̄ vltimitas pigritie. negligentie seu accidie: que valde est vituperabilis Tales enim extremi: si fugiūt. primi a persecutoribus comprehenduntur. Extremi etiam pauperes per elymosinas minus laute reficiuntur. Illi etiam qui extremi ad operandum veniunt minus de labore reportare merentur. Sic vere illi qui volūt esse vltimi ⁊ extremi ad bene operandum. minus in paradiso de premio reportabunt: ⁊ persecutoribus. inuasoribus ⁊ tentatoribus subiacebunt. Exemplum habemus Numeri. xj. vbi dicitur. Nō ignis deuorauit extremam partem castrorum. Extremum enim fructus ficuum que scilicet circa autūmnum nascuntur nihil valent. quia scilicet nunq̄ possunt matureſcere Quia vere charissimi illi qui bene operando volunt esse extremi. sicut sunt illi q̄ tempus autumni. idest senectutem expectant. vere tales vix possunt in moribus matureſcere. vel ad bonum aliquod peruenire. Unde Numeri. xxiij. dicitur. Principium gentiū amaleth cuius extrema perdent. Ista est ergo extremitas detestabilis ⁊ vituperanda. ¶ Tercio dico. ꝙ est extremitas formidabilis ⁊ premeditanda. Et ista est extremitas vite. ⁊ finis corporis. termin⁹ ⁊ meta prosperitatis: que procerto timenda sunt ⁊ considerāda. Celum enim habet duas extremitates immobiles. scz polum articum ⁊ polum antarticum. que sunt stelle immobiles. inter quas tota celi substantia contenue rapitur ⁊ mouetur. Sic vere homo habet duas extremitates scilicet natiuitatem ⁊ mortem. Isti em̄ sunt duo poli. idest duo termini sibiinuicem contrarij. in quoꝝ vtroq̄ homo immobilis reperitur. Ante enim natiuitatem ⁊ post mortem homo non mouetur. sed vere infra istos terminos vita humana voluitur. ⁊ continue diuersis variationibus agitatur. Totum enim celum. idest tota mens nostra debet continue volui per considerationeꝫ infra istas duas extremitates. scz nūc cogitando de natiuitatis vilitate. nunc de mortis acciditate meditando. Unde sicut Eccl. xlviij. dicitur. Spiritu magno vidit vltima. Ista enim vltima ⁊ extrema sunt que finaliter contingent. scilicet mors. iudicium. infernus paradisus. sunt spiritu magno preuidenda ⁊ consideranda Animal enim quod extremitatem idest caudam perdidit a sacrificio repellebatur. sicut dicit Leuit. xxij. Sic vere illi qui talem extremitatem. idest extremorum considerationem non habent. nec deo sacrificari. nec ab eo acceptari merentur. Ideo dicitur in psal. Si sumpsero pennas meas diluculo. ⁊ habitauero in extremis maris. etenim illuc manus tua deducet me. Extrema enim maris sunt ista eo ꝙ multis amaritudinibus sunt respersa. ¶ Ediuerte tamen ꝙ quidā sunt sicut symie. ⁊ sicut homo qui sunt animalia ingeniosa que tamen talibus extremitatibus scz cauda carere noscuntur. Ad denotandū ꝙ illi q̄ ingenio ⁊ ratione amplius vigent. de mortis cōsideratione minus habent. Istis facit dyabolus sicut formica grano cui scz extremitates aufert ne possit fructificare. Sic dyabolus aufert peccatoribus futurorum cōsiderationes ne aliquod bonū opus possit facere. Nō sic charissimi tc. Sufficit replica distinctionem.

Exurgere. Nota ꝙ exurgere idem est qđ ex to surgere vel ex affectu vel ex appetitu surgere ⁊ se supertus eleuare. Sicut de beata virgine dicitur Luce. j. Exurgens. Maria abiit in montana cum festinatione. Potest ergo referri ad deum ⁊ ad hominem. Deus enim exurgit.

Ad adiuuandū per potentiam.	Deus enim aliquos
Ad puniendū per iustitiam.	adiuuat per potenti
Ad miserandū per clementiā.	am. Unū in ps. dicit.

Exurge dñe adiuua nos. Item aliquos cruciat per iusticiam. Unū ps. Exurgat deus ⁊ dissipent inimici eius. Item aliq̄bus parcit per clementiā. Unū ps. Tu exurgēs misereberis syon tc. Item exurgit homo. A cadendo. A sedendo A dormiendo. ¶ Sic vere exurgere debet homo spiritualiter. Quando cadit per iniquitatē. Quādo sedet per tepiditatē. Quādo dormit per carnalitatē ¶ Surgam⁹ ergo a casu iniquitatis. Unū Michee. vij. Ne leteris amica mea: qꝫ cecidi consurgā. Item a somno carnalitatis. Unde Ephe. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te x̄ps. Item surgamus a segne seu quiete tepiditatis. Unū Luc. j. Exurgens Maria abiit in montana cū festinatiōe. Unde supra de eleuare ⁊ erigere ⁊ exaltare. Et infra de surgere ⁊ desursum. Et si vis ponere illam autoritatem. Exurgens saul de spelunca pergebat cepto itinere. Item dicit: sicut in illo sermone. Exurge in occursum meum ⁊ vide tc.

Exuere. Expoliare. Nota ꝙ expoliare siue exuere idē est qđ vestes deponere. seu exterioribus apparatibus se nudare. Et ideo sicut sunt tria genera vestimētoꝝ moralium scilicet.

Bona spiritualia.	Uirtuosa est illa qua nos
Bona temporalia.	exuimus ꝓalibus per lar
Bona eternalia.	gitatē. Uitiosa est illa qua
¶ Ideo fm hec possumus	nos denudamus spūalibus per prauitatem. Do
dicere ⁊ distinguere triplicem expoliationem. scz	losa est illa qua primus nos eternalibus per
Quandam virtuosam.	iniquitatem. Prima est
Quandam vitiosam.	seruitorum. qui se expoliāt ut possint melius seruire. Et ista est expoliatio qua se expoliauit dauid ut luderet coraz archa. ij. Regum. vj. De qua etiam dicitur. Canti. v. Expoliaui me tunica mea: quomodo induam illaz. ¶ Secunda est ebrio

rum qui impudenter quandoq̄ se expoliant. ita ꝙ apparent pudibunda sua. sicut apparuit in Noe. Gene. ix. quia scilicet illi qui vino peccati sunt ebrij. vestimentis virtutum se expoliant. ⁊ sic pudibunda suoꝝ malorum operum omnibus manifestant. Unde. j. Reg. xxj. Dicitur. Expoliauerunt saul armis suis. ¶ Tercia est expoliatio miseroꝝ que fit his qui non possunt soluere qđ expenderunt. hi proprijs vestibus expoliātur. Sic vere damnati in die iudicij quando rationem de cōmissis ⁊ omissis reddere non poterunt. vestibus eterne glorie priuabuntur. Unde. j. Reg. xxj. Uenerūt philistei vt expoliarent interfectos. Sunt ergo vt dictum est aliqua vestimenta que debemus exuere. scz vestes exterioris possessionis. vel etiam vestes exterioris male conuersationis. Item sunt alie vestes quibus se expoliauit Judith. vt posset dolofernem decipere et occidere. Iste etiam sunt ille veteres pelles. quibus se solent serpentes expoliare ⁊ exuere. vt iuuentutem possint recuperare. Quia vere charissimi qui contra dolofernem. i. dyabolum vult prevalere. ⁊ iuuentutē moralis conuersationis recuperare. necesse est. ꝙ pelles veteris ⁊ male conuersationis expoliet. ⁊ ꝙ vestibus bonorum temporalium saltem quantum ad affectum se denudet. Sicut de Jonatha dicitur. j. Reg. xviij. Expoliauit se ionathas tunica, suas dedit eā dauid. Ideo de iudith dicit Judith. x. Exuit vestimentum viduitatis sue lauit corpus suum ⁊ vnxit se mirto optimo. In quibus verbis notatur

Quid tu debes deponere.	Rerum facultates sunt
Quid tu debes abstergere.	deponende. Culpe prauitates sunt abstergende.
Quid tu debes corrigere.	

Carnis voluptates sunt corrigende. ¶ Primum probat vestis nudatio. Exuit se vestimentis viduitatis sue. ¶ Secundū probat fecis ablutio. Lauit corpus suum ¶ Tertium probat carnis afflictio. vnxit se mirto optimo. Igitur deponamus rerum possessionem. Abluamus mentis infectiones. Habeamus carnis afflictionem ¶ Que scz denotatur per myrrham. quod est vnguentum valde amarum. Ista possemus valde notare ⁊ deexpoliare. exempla plurima reperire. Sed qꝫ pauce sunt autoritates ideo omitto. Et propter hoc vide de vestimento. de nuditate. de spoliare tc.

Exultatio. Nota ꝙ exultare idem est qđ extra saltare Et est exultatio quedam leticia que intantum abundat interius. ꝙ per certa signa apparet exterius. Est ergo exultatio excellens gaudium seu leticia aliquibus certis indicijs declarata possumus ergo notare. ꝙ multiplex est exultatio. s.
Quedam temporalis ⁊ transitoria.
Quedam spiritualis ⁊ meritoria.
Quedam criminalis ⁊ damnatoria.
Quedam eternalis ⁊ permansoria.
¶ Primo ergo dico. ꝙ est quedam exultatio temporalis. Et hec est illa. quam aliquod bonum temporale seu aliqua temporalis prosperitas introducit. et ista est exultatio puerorum. qui in rebus modicis ⁊ inutilibus magis exultant q̄ in magnis ⁊ vtilibus. Est etiam sicut exultatio nautarum. qui quandoq̄ eadem die qua exultauerunt a mari ablorbentur. qꝫ extrema gaudij. scz temporalis luctus occupat. Sicut dicitur. Prouerbio. xiij. Unde Jacobi iij. Omnis exultatio talis maligna est. Et dicitur Jaco. iij. Terrena animalis ⁊ dyabolica. Unde istam autoritatem prosecutam supra in titulo. ¶ Secundo. est quedam exultatio spiritualis ⁊ ista est iustorum. qui in rebus spiritualibus exultāt. scilicet in conscientie puritate. in amicicia bonorum ⁊ charitate. in spei securitate. in pacis trāquillitate. Unde in psal. dicitur. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Et iterū. Sancti eius exultatione exultabunt. ¶ Tertio est quedam exultatio criminalis: ⁊ ista est quando aliquis exultat de peccato proprio: vel de alterius incommodo. ficut illi de quibus. Prouer. ij. Qui letantur cum malefecerint: ⁊ exultant in rebus pessimis. Et in psal. dicitur. Qui tribulant me exultabūt si mot⁹ fuero. ¶ Quarto ē exultatio eternalis. Et hec est illa quam sancti post huius vite labores superius in paradiso habebunt. quia tunc exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. tunc exultabunt filie syon idest anime in rege suo dicētes. Hec est dies quā fecit dominus. exultemus ⁊ letemur in ea. De talibus ergo exultationibus quibus scilicet sancti in hoc mundo per spem. in alio per speciem exultant. potest exponi illud Esa. ix. Exultant victores capta preda quando diuidunt spolia. In quibus verbis ostenditur ꝙ de tribus est principaliter exultandum. scilicet
De vitiorum superatione. Exultant victores.
De meritorum acquisitione. Capta preda.
De premiorum distributione. Diuidunt spolia.
¶ Exultemus eego quādo vitia superamus. victores. Simulq̄ sicut elephantes. qui scz fm Plinium exultant ⁊ gaudent quando vincūt. tristantur ⁊ dolent qñ vincuntur. Quia reuera bonī ⁊ iusti qui contra hostē dyabolum in hoc mūdo. sicut in stadio sunt locati. qñ hostem dyabolum: ⁊ eius iacula. s. mundi tribulationes ⁊ tentationes superant atq̄ vincunt. valde exultāt ⁊ letantur. quia tunc exultationes dei in gutture eoꝝ: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum. Si vero contingat ꝙ aliquo casu vincantur: ⁊ ꝙ a dyabolo vel eius tentationibus superantur. valde solent per cōtritionem dolere. ⁊ signum doloris per confessionem ⁊ penitentiam ostendere. Unde Judith. xvj. Per tres menses huius victorie gaudium. celebratuz est. Tres isti menses sunt exultatio cordis. vocis ⁊ operis. Sicut enim videmus ꝙ gallus post victoriam cantat ⁊ exultat: exultationēq̄ suam voce ⁊ alis denotat ⁊ demonstrat. Sic vere iusti superato ⁊ victo dyabolo letantur ⁊ gaudent. ⁊ exultando deo regratiantur ⁊ cantant Abacuc. iij. Super excelsa deducet me victor in psalmis canentem. Unde in psal. dicitur. Uox exultationis ⁊ salutis in tabernaculis iustorum. Letemur ergo ⁊ exultemus quando vitia superamus. ¶ Iteruz dico. ꝙ nos debemus exultare. quando merita cumulamus. qđ ostenditur cum dicitur. Capta preda. Preda enim quam debemus sequi ⁊ insequi. venari pariter ⁊ inquirere sunt merita. gratie virtutes. boni habitus. bone dispositiones ⁊ cōditiones. Sicut enim videmus. ꝙ canis nobilis predaz suam diligenter querit: qua inuēta solet saltare ⁊ exultare. ⁊ nouo latrandi genere gaudium sui animi declarare. Sic vere charissimi. Predam virtutum ⁊ meritoꝝ tenemur diligēter querere. quā si acquirere possumus valde gaudere ⁊ exultare debemus. Unde ps. Pingue scent speciosa deserti. ⁊ exultatione colles accingent. Induti sunt aretes ouium: ⁊ valles abundabunt frumento. quasi dicat. Sicut desertum gaudet de pluuie irrigatione. sicut colles letantur de rotis madefactione. sicut aretes exultant de pabuli ministratione. Sicut insuper valles videntur iocundari de frumenti ꝓductione. abundantia ⁊ multiplicatione. Sicut vere boni letantur ⁊ gaudent de virtutum ⁊ meritorum acquisitione. Ista est ergo preda nostra. capta inquit p̄da. Unde de quolibet viro iusto potest dici illud Ezec. xxj. Leo factus est ⁊ didicit capere predam. Talis enim dicitur leo. quia predam quam cepit non solet libenter dimittere. immo si aliquam viderit solet eam cum pedibus, ampleꝛari. ⁊ pro ipsa defendenda preliari. Sic vere predam virtutum quam cepimus ⁊ acquisiuimus debemus custodire. ipsamq̄ viriliter defendere. ⁊ pro ipa ptra hostes infernales strennuissime militare. Et sic dicitur de eo leo factus tc. Ubi aduerte. ꝙ talis qui taliter accipit talem predam debet habere.
Fortitudinis firmamentum. Leo.
Sanctitudinis complementum factus est.
Certitudinis documētum didicit.
Et sic habebit spiritualis plenitudinis nutrimentum. quia capiet predaz. Debemus ergo exultare. scilz

quando merita cumulamus. ¶ Denicz dico. q nos tunc possumus exultare. quando gloriaz occupamus qō ostenditur cum dicitur. Quando diuidunt spolia Istud enim aduerbium quando. signat terminum finalem temporis in quo aliquid faciendū. Et ꝛe istud est quando mortis. in quo sancti diuidunt inter se fm diuisionem meritorum spolia ꝛ diuitias premiorum eternorum. quia fm apostolum. j. ad Cor. xij. Diuisiones gratiarum sunt vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult. Ideo de isto quando dicitur in psal. Quādo diuidebat altissimus gentes. quando separabat filios adam. q. d. In isto quando scilicet in gloria paradisi altissimus diuidit gentes. vnūquēqz fm meritum diuersimode premiādo. ꝛ separabat filios adā idest bonos a malis perbenniter distinguendo. Sicut ergo videmus q naute. post maris pericula valde exultant quando peruenunt ad securum portum. Operarius post laborem exultat. quādo in sero recipit premium. Cursor post cursum letatur. quando pro mercede recipit brauium. Miles etiam gaudet. quādo post triumphum acquirit solium. Sic vere illi in paradiso qui in isto mundo fuerunt. sicut in mari. vt nauigarent. sicut in opere vt laborarent. sicut in stadio. vt properarent. sicut in prelio vt dimicarent. tunc proculdubio letantur ꝛ exultant quando peruenerunt. scz

Ad portum securitatis.
Ad preminm felicitatis.
Ad brauium eternitatis.
Ad solum sublimitatis.

Tunc enim percipiunt q verum est verbum thobie. Thobie. iij. vbi dicitur. q deus post tempestatem tranquillum facit. ꝛ post lachrymationem ꝛ flerum exultationem infundit. Isti enim modo exultāt.

¶ Quia dulcissime recreantur.
Quia cutissime collocantur.
Quia largissime premiantur.
Quia letissime modulantur.

Isti dico delectantur siue recreant, dulcissime. Jō dicūt in ps. Exultauim⁹ ꝛ letati sum⁹. ¶ Itē collocant seu situantur cutissime. scz in protectione ꝛ saluatione domini ps. In velamento alarum tuaꝝ exultabo. ¶ Itē isti premiantur ꝛ remunerantur largissime. Unde ps. Uenient cum exultatione portantes manipulos suos Et alibi. Qui seminat in lachrymis in exultatione metent. ¶ Isti insuper modulantur ꝛ regratiant letissime. Unde in psal. dicitur. Uox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Et alibi. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. Tuncergo exultamus. vt dictum est. quando. celestem gloriam occupamus. quod ostenditur cum dicitur. quando diuidunt spolia. Unde in psal. dicitur exultabo ꝛ diuidaz siccimam. Siccima enim interpretatur laboriosa. ꝛ signat gloriaz paradisi que acquiritur laboribus infinitis: que tamen quando diuiditur seu attribuitur. tunc eternum gaudium ꝛ exultatio in homine cumulatur. Patet ergo. q est triplex bona exultatio. scilz. Una de superatione vitiorum. Alia de acquisitione meritorum. Tertia de distributione premiorum. Explicit litera E.

A Incipit litera. f.



Faber. Fabricare.

Nota. q fabricare idem est qō aliquid artificiose operari vel facere Pertinet autez fabricare, ad illos artifices mechanicos. qui cuz manualibus laboribus percussionibuscz ictibus solent aliquid construere vel formare. ꝛ sic solemus fabrum dicere illum. qui de ferro. ere. ligno. vel lapide solet aliquid fabricare. Moraliter igitur loquendo dicam, q in scriptura reperitur multiplex faber. videlicet faber.

Gloriosus qui fabricat opus mirabile.
Uirtuosus qui fabricat opus laudabile.
Uitiosus qui fabricat opus inutile.
Odiosus qui fabricat opus damnabile.

¶ Gloriosus est mundi creator.
Uirtuosus est iustus viator.
Uitiosus est vanus peccator.
Odiosus est hostis tentator

¶ Primo igitur dico. q in scriptura reperitur faber mirabilis ꝛ gloriosus. Et iste est deus qui sine malleo vel securi fabricauit et fabricat vniuersa. Unde etiam quantum ad diuinitatem iste dictus est faber. quia fuit omnium creator. Psalmi. Tuus est dies et tua est nox. tu fabricatus es auroram et solem. Tu fecisti omnes terminos terre. estatem ꝛ ver tu plasmasti ea. Quantum etiam ad humanitatem iste dictus est faber. quia fuit mundi creator. Unde de christo dicitur. Mathei. xiij. Nonne iste est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? Si enim fabri filius. ergo faber. qz scz nō potest filꝰ facere nisi que viderit patrem facientem. ꝛ quecūqz ille fecerit. hec ꝛ similiter filius facit. Jobānis. v. Quantum vero ad vtrunqz faber dici potest. quia ipse est in viris iustis virtutum omniuz generator. Unde sibi potest dici illud Job. xxvij. Fabricatus es celos qui solidissime quasi ere fundati sunt. Iste enim quotidie fabricat celos. i. viros iustos quos scilicet per interiorem gratie infusionem. ꝛ exteriorem tribulationem ꝛ tunsionem facit solidos atqz firmos. Et sic dico q deus est faber mirabilis ꝛ gloriosus.

B ¶ Secūdo dico q iustus est faber laudabilis ꝛ virtuosus. Justus enim templum dei in seipso fabricat. quando congeriem virtutum aggregat ꝛ ibidem habitaculuz deo parat. Alios etiam fabricat ꝛ edificat quando per bonam eruditionem vel correctionem ipsos ad bonum instruit ꝛ informat ꝛ sic eos in christi habitaculum construit atqz formal. Sibi etiam in paradiso domuz construit quando per bona opera deo seruit. Bonorum enim operum executio eterne possessionis ꝛ habitationis est constructio. Sicut enim dicitur Hebre os. iij. Omnis namqz domus fabricat ab aliquo. Unde de bono fabro. idest de viro iusto virtualiter fabricāte, operante potest dici illud. Esa. xlviij. Faber ferrarius. lima operatus est in prunis ꝛ in malleis formauit illud. ꝛ operatus est in brachio fortitudinis sue. Justꝰ enim faber ferrarius dicitur. eo q contra labores ad modum ferri duratur. In lima etiam operari dicitur. eo q lima penitentie se carpinat. Et alios etiam lima discipline ꝛ iustitie cupit a suis vitijs expiari. In prunis etiam opera sua facit. eo q in feruore charitatis facit ꝛ fabricat quicquid agit. Malleos etiam quando cz adhibet. qz sepe necesse est q seueritatis ictibus ꝛ timoris diuini tūsionibus. se ꝛ alios fabricet atqz vomet Sic igitur in brachio fortitudinis operatur. quando faciendo bonum ꝛ declinando a malo contra demōes fortiter preliatur. De tali ergo fabro videtur dominus loqui. Esa. lviij. Ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas. ꝛ producentem vas in opus suū. Sed heu pcerto pauci tales fabri qui sciant se ꝛ alios in bonis moꝛbꝰ fabricare inueniuntur in mundo. Dicitur enim figuraliter. j. Reg. xiij. Quod in omni terra israel nō inueniebatur faber ferrarius. qō pro tanto erat. quia philistym qui filios israel sibi subiecerāt. ordinauerant q nullus faber ferrarius in terra israel habitaret. ne forte lanceas aut gladios fabricarent. Sic vere videtur bodie factum. Nam quia philistym idest demones israelitas. idest christianos sibi per vitia subiecerunt. ideo eorum ordinatione factum est q de terra israel. id est de statu ecclesie vel fidei christiane. fabri ferrarij. hoc est dictum. boni virtutum fabricatores. vel boni prelati ꝛ predicatores. qui. scilicet alios in moribus fabricāt atqz formant: quasi in pluribus defecerunt. Nolunt enim demones q peccatores a sue seruitutis iugo possint resurgere. ꝛ ideo nolunt q arma spiritualia valeant fabricare. qua propter bonos fabros studuerunt de medio submouere. De quo Iere. xxix. Egressus est faber ꝛ inclusor

ber ꝛ inclusor de hierusalem Non sic charissimi. sed sint in nobis boni fabri. idest boni predicatores ꝛ prelati. ꝛ homines alijvirtuosi. Unde Eccle xxxviij. dicitur. q omnis faber ꝛ architectus noctem tanꝯ diem transigit. q sculpit signacula ꝛc. Sequitur. Faber ferrariꝰ sedēs iuxta incudem considerans opus ferri. Uapor ignis vrit carnes. eius ꝛ in calore fornacis concertatur Uox mallei innouat aurem eius: ꝛ contra similitudinem vasis oculus eius. coz suum dabit in consummationem operum. Expone si vis de bono fabricare. idest de homine virtuoso. qui noctem ꝛ diem transigit in bono perseuerando. in nocte ꝛ die benefaciendo. signacula sculpit virtutum imagines in se pingendo. iuxta incudem patientie sedet ictibus tribulationum se assuefaciendo. Opus ferri considerat omnem difficultatem ꝛ duriciem virtute vincendo ꝛ superando. Carnes suas igne contritionis vrit. abstinentia ꝛ penitētta carnem attenuando ꝛ macerando. In fornace infernali cō certatur ibi iugiter meditando. Uocem mallei. idest cōminationis diuine libenter audit. scripturis ꝛ sermonibus vacando ꝛ attendendo. ꝛ sic ad consummationem operum attingit virtutum multitudinem aggregando ꝛ tandem operum premia reportando. Patet igitur q iustus est faber laudabilis ꝛ vituosus. ¶ Tercio dico. q impius est faber inutilis ꝛ vitiosus. Impius enim faber dicitur. qui in se per peccatum domum dyabolo fabricat. Et etiam pro se in inferno habitaculum operatur. Quodlibet enim peccatum qō facit vnus est ictus vel actus edificij diabolici. hic scz in cōgerie vitiorum. ꝛ postea in congerie tormentorum. Et nota q impij dicuntur. fabri seu fabricatores. quia

Percutiunt iustos crudeliter.
Conficiunt fraudes subtiliter
Decipiunt bonos fallaciter
Recipiunt opes rapaciter.
Superbiunt nimis inaniter.
Inficiunt sese carnaliter.

Et sic dicam. q est vna fabricatio crudelitatis. ꝛ seuicie. Sicut enim fabri percutiunt super ferrum. sic tyranni non cessant tribulationū malleis pcutere pauperē pplm atqz iustū. ps. Supra dorsuz meum fabricauerūt pctōres, plongauerūt iniqtatem suā. ¶ Itez est fabricatio malicie ꝛ iniqtatis. scilicet machinatio fraudum peruersarum. quam viri malicioſi. nō cessant quotidie contra alios fabricare. Ideo dicitur. Eccle. xj. Attende tibi a pestifero: fabricat enim mala. ne forte inducat super te subsannationem imperpetuuz. ¶ Item est fabricatio fallacie ꝛ mendacitatis scilicet a parte ipsorū agentium seu ignorantie ꝛ fatuitatis. scilicet a parte fatue credentium ꝛ obedientium. Sic introductores sectarum malarum fuerunt mali predicatores. ꝛ aliorum deceptores. sicut fuit machometus ꝛ similes. Contra quos dicit Esaie. xlv. capitulo. Abierunt in confusione fabricatores errorum. ¶ Item est fabricatio auaricie et cupiditatis. Constat enim q auari per malos questus fabricant et edificant edificium status sui. et operum congeriem ꝛ structuram Baruch. iij. Argentum fabricant ꝛ solliciti sunt. nec est inuentio operum illorum. Baruch. vj. Accepto auro scilicet ydola fabricata sunt. Coronas certe habent aureas super capita sua. ¶ Item est fabricatio superbie ꝛ pompositatis. sicut patet de superbis qui fabricant alta palacia. qui sibi procurant ꝛ fabricant altos status. ij. Paralyp. xxj. Dereliquerat dōm deum patrum suoruz insuper excelsa fabricatus est ꝛc. ¶ Item est fabricatio luxurie et carnalitatis. Ezechielis. xvj. Fabricasti tibi lupanar. ꝛ fecisti tibi prostibuluz. Sic ergo patet. quomodo peccator dicitur faber inutilis ꝛ vitiosus ¶ Quarto ꝛo dico

D q dyabolus est faber damnabilis et odiosus. Iste est enim qui fabricat omne malum in cordibus impioruz Unde dicitur q dyabolus ita fabricat quemadmoduz Sapien. xiij. dicitur de fabricatore ydoloꝝ. Si quis artifex faber de filua lignum rectum secuerit ꝛ huius do-

Facere.

A Nota. q istud verbum facere est commune omni potentie ꝛ virtuti actiue, ꝛ operatiue. Unde facere proprie est ille actus. qui a potentia immediate elicitur ꝛ causatur. Et est facere idē quod componere. construere agere. peragere. edificare operari ꝛ fabricare. ¶ Et ideo breuiter possumus distinguere. q est multiplex factio. scilicet. Diuina ꝛ superior. Humana ꝛ inferior. Diabolica ꝛ confusa.

Facit enim deus.
Facit iustus et impius.
Facit dyabolus.

In rebus enim nihil est otiosum. nec est aliquid dare quin continue facit opus suum. De deo enim dicitur in Psal. Quia ipse est mare et ipse fecit illud. et aridā fundauerunt manus eius. Et alibi. Tu es deus qui facis mirabilia. De iusto vero dicitur. Prouerbiorum. xxj. Mō gaudium est iusto facere iudicium. De impijs vero dicitur Prouerbiorum. ij. Mō ipsi letantur cum malefecerint. ꝛ exultant in rebus pessimis. De diabolo vero dicit. Math. xiij. Inimicus homo hoc fecit. scilicet seminauit zyzaniam. ¶ Primo ergo dicamus aliquid de factione diuina que est superior. Facere enim dei nihil aliud est q̄ suum velle. siue suum imperare. Et ideo quantum ad deum. facere semper denotat potestatem ꝛ autoritatem. Unde psal. Ipse dixit ꝛ facta sunt ipse mandauit et creata sunt. Sicut enim bonus artifex solet bona opera facere. bona causa solet bonū effectum producere. bona arbor solet bonum fructum procreare. Sic vere deus cum sit artifex qui erroꝛe non decipitur cum sit causa que occasione non deluditur. cum sit arbor. que occidentibus non impeditur. bonorum effectus in mundo producit. ꝛ sicut rex aut imperator omnia ad votum suum facit atqz ordinat. Unde Gene. j. Uidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona ꝛc. Mirabiles enim cause non faciunt nisi mirabiles effectus ꝛ ne iste est mirabilis cā que non necessario aut violenter sed libere ꝛ voluntarie ꝛ omnipotēter atqz supernaliter operatur. ps. Tu es deus qui facis mirabilia. ¶ Item sibi potest dici illud Hester. xiij. Tu fecisti celum ꝛ terram ꝛ quicquid celi ambitu continetur. quia breuiter omnia que sunt siue prospera siue aduersa siue media a deo factione. puidētia vel ordinatione vno modo vel alio procedunt. Et ideo hic possumus videre q deꝰ facit summa facit infima facit media. Ipse enim facit superiorꝝ, psperitatē. que notatur per celum. Inferiorum aduersitatem. que notatur per terram. Exteriorum, varietatem. que notatur per

ea q̄ celi ambitu ꝓtinentur. Ab eius factione procedit
Promotio superiorum
Depressio inferiorum
Conditio exteriorum
Ipse enim facit quandoq; opera notabilia in aliquorum promotione. Opera terribilia in aliquorum depressione. Opera mirabilia in aliquorum ostensione. facit dico delectabilia que bonis placeant. Contristabilia q̄ malos terreant. Admirabilia que cunctos stupeant ¶ Dico q̄ deus multa facit laudabilia. Et ista p certo sunt promotiones bonorum. tam temporales q̄ eterne. que per celum designantur. Quia vere nullus bonus efficitur celum. ideſt vir celestis q̄tum ad bonitatem. vir altus q̄tum ad dignitatem. vir clarus q̄tuz ad honestatem. nisi a deo principaliter fiat, nisi deus ipsum faciat & componat. Unde p̄s. Qui facit celos in intellectu. Ideo de talium factione dicitur Geñ. j. q̄ factum est firmamentum in medio aquarum superiorū & inferiorum. Fecit inquit firmamentū in medio aquarū. & diuisit aquas ab aquis. Sequitur. Uocauitq; deus firmamentum celum. quia vere illi qui sunt firmamentum siue celum per eminentiaz dignitatis debēt esse in medio aquarum. ideſt subditorum per temperātiam equitatis. & debēt diuidere & discernere aquas ab aquis. ideſt bonos a malis per sapientiam veritatis.

¶ Aduerte ergo q̄ illi qui volūt fieri celū. ideſt superiores debent habere principaliter tria scz
Constantiam sine defectione
Justitiam sine acceptione
Prudentiam plenam absq; diminutione

Constantiā probat status stabilitas. q̄ debet esse firmamentum. Justitiam probat localis equitas. q̄ debz esse in medio aquarum. Prudentiā probat sensus subtas. q̄ debet diuidere aquas ab aquis. Habeant ergo tales constantie firmitatem. fiat inquit firmamentū Sicut enim corallus q̄diu est in aqua semper fit mollis sicut radix. quando tamē super aquas ponitur & de infra aquas extrahitur. efficitur corallus vt lapis solidus atq; firmus. Sic ve q̄diu homo est inter aquas ideſt inter socios & inferiores. s. in statu subiectionis fit quandoq; mollis fragilis & sine firmitate. Ipse tamen quādo exinde trahitur & sup aquas. i. superiocios inter quos nutritus fuerat ponit & proficitur ipse durus cōstans firmus solidus & lapideus. extunc esse tenet. Unde Ezec. x. Ecce in firmamento lapis saphirus. Unde ipse debet esse firmus in se stabiliter perseuerando firmamentum. alioz ipsos foueendo & protegendo. Unde de quolibet tali potest dici illud ꝑs. Erit firmamentū in terra in summis montium. superextolletur super lybanum. Sicut enim firmamentum habet

Claritatem. Sic vere vir perfectus maxime prelatus debet habere claritatem discretio
Capacitatem nis Uñ Geñ. j. fiant luminaria in firmamento celi. Sublimitatē ꝓtemplationis. Unde Eccl. xliij. Uas castroz in excelsis. in firmamento celi resplendens gloriose. Capacitatem dilectionis. Eccl. xxxvij. In tempore agnitionis inuenietur
Stabilitatem firmamentuz. Stabilitatem durationis. Unde de Joseph dr. Eccl. xlix. q̄ ipse erat firmamentum gentium rector fratrum: stabilimentum populi. Isti ergo debēt habere constantie firmitatem. ¶ Insuper dico q̄ isti debent habere iustitie equitatem: q̄ ostenditur cum dicitur. In medio. Res enim que est in medio equaliter se habet ad omnes partes. sicut patet de centro. q̄ equaliter distat ab omnibus partibus spere. Sicut etiam patet de medulla. que equaliter se habet ad omnes partes ligni. Sic vere charissimi prelatus sine aliqua affectione vel acceptione personarum se debet ad omnes partes spere sue. ideſt ad omnes subditos collegij sui vel ecclesie sibi commisse equaliter se habere. Unde ipse debet dicere omnibus subditis illud Luce. xvij. c. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat &c. Unde de isto medio supra in titulo. Habeat ergo iustitie equitatem. ¶ Deinde dico. q̄ ipse q̄ vult taliter firmamentum fieri a deo vel formari debet habere prudentie claritatem. quia scilicet ipse debet esse talis vt ipse sciat diuidere aquas ab aquis. Aque enim signant subditos. quia sicut dicitur Apoc. xvij. Aque multe populi sunt. Inter quos procerto diuidendum est. & prudenter distinguendum & discernendum. Diuidende enim sunt aque ab aquis. ideſt boni a malis. sapientes ab ignaris. scz vt sciatur qui sint promouendi & qui repellendi. & qui puniendi. & qui dimittēdi. Ideo de ista diuisione dicitur Genc. j. fiat lux & facta est lux. & diuisit lucez a tenebris. Et ibidē dr. q̄ deꝰ diuisit aq̄s q̄ erant in firmamento. ab his q̄ erāt sup firmamentum. q̄ta vere charissima valde debet prelatus diuidere & discernere. que aque & qui subditi sunt super & subtus. Qui scilicet sunt sursum per contemplationem et per celestium affectionem. & qui sunt deorsuz. per terre nozum ambitionem. et per auaricie exccecationem. Secundum enim Isidorum. In mari sunt aque dulces & fluuiales mixte cum marinis & amaris. Ex dulces dicuntur in pluuiam resolui & sursum ascendere. marinevero que grosse sunt ponderose & amare dicuntur inferius remanere. Ad denotādum. q̄ illi qui sunt dulces & boni sursum ascendunt celestia desiderando. Illi vero qui sunt peccatores & amari deorsum manent terrestria frequentando. Dulces etiam sunt a prelatis superius eleuandi. per promotionem. Amari vero rudes ponderosi atq; graues sunt inferius relinquendo per depressionem iuxta illud Deut. xxviij. Ipse ascendet, et erit superior. tu autem descendes & eris inferior &c. Diuidendum est igitur & discernendum inter aquas superiores inferiores. Sicut dicitur in ꝑs. Diuisit mare ruburo in diuisiones. Sic igitur patet quomodo aliquis potest fieri celum. ideſt vir celestis & altus per diuinaz promotionem. Tu inquit fecisti celum. vnde dicitur, q̄ dominus fecit celum & terram: mare et omnia que in eis sunt. Et sic patet q̄ deus multa fecit notabilia.

¶ Adhuc dico q̄tum ad secundam dei factionem. q̄ deus multa facit tristabilia. Terraz inquit. & ista sunt depressione inferiorum. quia vere sicut dei misericordia aliquos facit esse celum ipsos alte promouendo. Sic eius iustitia aliquos facit esse terram ipsos in statu paupertatis dimittendo. & conculcari per tribulationes ab aliis faciendo. Terra enim qui inferius collocatur & que ab omnibus conculcatur. & que nullo splēdore vel colore decoratur signat statuz paupertatis aduersitatis & calamitatis. que ceteris est inferior. conculcatior & vilior et splendore prosperitatis est priuatior. De qua dicitur Hieremie. xvij. Habitabit in deserto. in siccitate. in terra salsugimis & inhabitabili. Et ō hoc etiam dicitur in psal. Suscitans a terra inopem & de stercore erigens pauperem: quia sicut dicitur. j. Regū. ij. Dominus pauperem facit & ditat humiliat & sublimat. Talem igitur terram ideſt talem pauperem & aduersitatez facit & causat. Quia sicut dicitur Amos. iij. Non est malum in ciuitate quod non faciat deus. Malum supple pene non culpe. Unde ipse dicit Hieremie. xxvij. Ego feci terram & homines & iumenta que sunt super faciem vniuerse terre. Sicut enim ꝑm naturales sol est causa amaritudinis maris. Et hoc quia dulces partes aque maris euaporare facit. & pro magna parte consumit. & remanēt grosse & terree partes. que magis ac magis decoquuntur & in salsedinem commutantur Sic vere charissimi deus est causa. quare amaritudo paupertatis et aduersitatis in mari huius secuh generantur. Iste enim per radios sue occulte prouidentie. aquas dulces. ideſt dulcedinem consolationis quandaq; ab hominibus aufert & tollit ipsosq; in salsidine & amaritudine tribulationum constituit & dimittit. Unde breuiter de deo dicitur in psal. Omnia quecunq; voluit fecit in celo & in terra in mari & in omnibus abyssis Patet igitur q̄ deus facit multa tristabilia. ¶ Denuq; dico q̄tum ad terciam dei factionem. q̄ ipse facit

multa mirabilia

¶ In consilijs fraudant proditores. qui scz ex certa scientia dant consilia mala. vt sub specie fidelitatis noccant atq; fraudent. vnde Hiere. ix. Omnis amicus fraudulenter incedet ꝛ veritatem non loquetur. ꝛ inimici hominis domestici eius. In consilijs enim committitur duplex fraus scz vna falsi vel falsa consulendo. prouer. xij. Consilia impiorum fraudulenta. Est ꝛ alia fraus consilia reuelando ꝛ detegendo prouer. xj. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana. ¶ Item in auribus fraudāt feneratores. qui sub specie dandi auriū fraudant pauperes hereditatibus suis. ꝛ tamen sicut dicitur. Leui. vj. Talis tenet reddere omnia que p fraudez voluit obtinere. ꝛ procerto talia bona per fraudes quesita non perseuerant. immo sicut perdix auis fraudulenta furatur omnium aliarum auium ova. que tandem fota ꝛ adulta illam falsam ꝛ fraudulentā matrez euolādo dimittūt. Sic bona fraudulēter acquisita nō perseuerant sed fugiunt puer. xij. Non inueniat fraudulentus lucrum'. Ideo bene dicit puer. xxij. Me erigas oculos tuos ad opes quas habere nō potes. i. non debes qz faciūt sibi pennas sicut aquile volabūt. ¶ Itē in colloquijs fraudāt adulatores. Isti em̄ sunt q̄ fraude ꝛ dolo ꝓxoz suoz decipiunt supiores vt surripiant ab eis beneficia ꝛ premia que magis meritis debebant figurati in supplātatione iacob. qui p. falsitatē ꝓxoz ꝛ pelles animaliū ꝛ coopturas manuū fratris ꝓmogeniti benedictionē obtinuit. qz. f. adulatores de q̄bus dicit. ꝓx quidē vox iacob est. loquēdo fraudulēter patri ideſt plato vel principi. ꝛ adhibendo in manibus suis coopturas munez ꝛ donoz tm̄ sepe faciūt ꝙ ab ipsis etiā in alienū preiudiciū obtinēt, quicq̄d volūt Dan. xj. Veniet cl̄m ꝛ obtinebit regnū in fraudulentia. Ideo bene pōt dicere Platus taliter defraudatus qñ a benemeritis ꝓmia vel salaria requirūt illud Gen. xxvij De nit germanus tuus fraudulēter ꝛ surripuit benedictionē tuā. Ideo de fraudulētis colloquijs taliū dicit Michee. vj. Loquebant, mendaciū repleti sunt iniquitate. lingua eoz fraudulenta in ore ipsoz. ¶ Itē in beneficijs fraudāt mali dispensatores. q. f. nō diuidūt equaliter. sed sibi ꝛ suis potiora reſcruant. ꝛ alios decipiunt atq; fraudant. qō nō solū pōt dictō malis platis beneficia male dispensantibus. immo etiā de malis domoz dei ministris. pauperz deceptoribus ꝛ fraudulatoribus Contra illud Eccl. iij. Elemosynas pauperū defraudes fili. ꝛ oculos tuos ne trāsuertas a paupe ꝛc. Itē deberent aduertere ad illud qō dicit. Eccl. xxxiij. Panis egentiū vita pauperis est, qui defraudat eū homo sanguinis est. Sequit qui effudit sanguinē. ꝛ qui fraudē facit in mercenario frēs sunt. Et isti tā primi ꝙ scōi figurativi dent in illo anania ꝛ vxore eius. qui qz fraudauerūt de precio agri. sibi. f. retinentes qō cōmunitati pauperz erat diuidendum. morte subita sunt percussi. Act. v. O quot mali prelati ꝛ mali dispensatores percuterent hodie mala morte. si omnes illi qui male diuidunt ꝛ dispēsant ꝛ qui sufficientes personas ꝛ pauperes portionibus debitis sibi fraudant. sibiq; ꝛ suis omnia retinēt ꝛ reseruant in presenti seculo punirent. qz ꝓcerto quasi videt impleta prophetia Hieremie. qui dicit Hiere. vj. Mō omnes isti principes declinantes sunt ambulātes fraudulenter. Sequitur. Vniuersi corrupti sunt ꝛ bene corrupti. quia scilz tales non conferunt aliquid nisi corruptionibus symonie suffragante. ¶ Item in apparentijs fraudāt dissimulatores seu ypocrite deceptores isti enim fraudant ser mundum. Dico se quia fraudulenter bonis presentibus ꝛ futuris. Alij autem peccatores solum bonis futuris fraudantur. quia saltez in hoc mūdo aliqua delectabilia consequuntur. hypocrite non. Unde quilibet potest dicere illud Eccle. iij. Cui laboro ꝛ fraudo

ꝛ fraudo aliam meā bonis: qō etiā de parcis ꝛ miseris pōt dici ꝛc. Mundū etiam fraudāt isti qz volūt credi iusti cum sint mali. ꝛ sub pallio sanctitatis quā exterius pretendunt. iniquitates suas intus fraudulēter abscondunt. De quo dicit Dan. xj. ꝙ impij in testamentum simulabunt fraudulenter. vt. f. impleant visionē. Et tñ isti debent attēdere ad illud qō scribit Hiere. xlviij. vbi dicit. ꝙ maledictus qui facit opus dñi fraudulenter. Isti em̄ opus dñi. i. bona opa faciunt fraudulenter. inꝙtum. f. cum mala intentione peragūt incessanter. Et sic patz quomodo fraus cōmittit multis modis. iusti tñ neminē fraudent: iuxta illud. j. Cor. vij. Nolite fraudare inuicem. Et ideo isti boni perpetuis finaliter nō fraudabuntur. sed ad ipsa fm̄ merita admittentur. ps. Desiderium anime eius tribuisti ei. ꝛ voluntate labioꝝ eius non fraudasti eum. Ipsi etiam fraudes que sibi machinantur preuident. ꝛ de ipsis se liberant. Prouer. j. Ipsi quoq; contra sanguinem suum insidiantur. ꝛ moliuntur fraudes cōtra animas suas. Moliuntur dico ꝛ insidiantur: ideſt precauent ꝛ imaginantur.

Frenum. Nota frenū est instrumētū qō equos dirigit. vl equos corrigit ꝛ qō equos affligit. Corrigit dico ipsos a deuijs diuertendo. Dirigit etiam ipsos in stadijs ꝙuertendo. Affligit insuper ipsos a norijs coercendo. Frenum enim equum

Uertit a cursu vetito
Regit in gressu debito
Cogit impulsu subito

Isti ei tres effectꝰ sunt frenū. f. eq̄ correctio directio. ꝛ arrestatio. Dico moraliter loquendo in scriptura reperiuntur tria spiritualia frena quibus. scz homines ꝛ hominum impetuose voluntates vel corriguntur vel diriguntur vel ex toto fistunt videlicet. Frenum

Justitie. Prudentie Potentie

Justitia em̄ est frenum quo rector sub ditū a malo reducit. Prudētia est frenū quo iustꝰ aim̄ p recta deducit. Potētia est frenū quo deꝰ impiū ad penā inducit. ¶ Primo ergo est quoddā frenū qō est iustitie. Frenū em̄ vt cōiter est ferreū ꝛ ori ꝛ dentibꝰ ne equꝰ mordeat applicatū quo. f. equꝰ ab itinere erroneo reducit. ꝛ ad iter idoneū reuocatur. talis est virtus iustitie. q̄. f. de sui natura ferrea ꝛ dura est. Ista est em̄ mediante qua mali corrigūtur ꝛ a malis suis itineribus ꝛ opibus reducunt. aut ne mordeāt aut ne cohibent. Usi prelatus dz dicere cuilibet delinquēti illud Ezech. xxix. Ecce ego ad te pharao draco magne. q̄ cubas in medio fluminū tuoz ꝛ ponaz frenū in maxillis tuis. ꝛ extrahā te de medio fluminuz tuoz ꝛ pisciā in desertū ꝛc. Pharao em̄ interpretat denegans virū. ꝛ signat peccatorē qui malis operibus negat deū. qui. f. est de illis q̄ fm̄ apostolū ꝓfitent ꝓbis se nosse deū factis aūt negāt. Tytū. j. Qui em̄ est draco per auariciaz inflamatus ꝛ deliciaz fluminibus assuetus. freno iustitie dz per prelatū teneri ꝛ corrigi. ꝛ ad desertū penitētie extrahi ꝛ reduci. ps. In chamo ꝛ freno maxillas eoz ꝓstringe qui nō approximāt ad te. Istud est frenum qō est iustitie. ¶ Scdo dico ꝙ est vnū frenum qō est prudentie. Isti enim motus carnis ꝛ mentis sue per prudentie ꝛ temperantie frenū frenāt: ita ꝙ corpus et mentē diuidunt ꝛ deducūt sine vitioꝝ offendiculo per semitas equitatis. Ideo Jac. iij. dr. Equis frenos in ora mittimus ad ꝓsentiendum nobis. ꝛ totū corpus circūferimus. Et bene dicit in ora. qz procerto inter ceteras partes hois ora maxime sunt frenanda. In ore enim notatur edacitas. que est frenanda per abstinentiam. In ore notatur loquacitas que est frenanda per continentiam. In ore notatur mordacitas que est frenanda. per patientiam. De freno abstinētie potest dici illud Esa. xxxvij. Frenū ponā in labijs ꝛ reducam te. De freno taciturnitatis ꝛ moderantie verborum dicitur Ecc. xxviij. Verbis tuis facito stateraz. ꝛ frenos ori tuo rectos. De freno vero patientie dicitur. ij. Mach. x. de quinq; viris e celo ducatum prestantibus hebreis frenis aureis decoz. Aurum enim quod percussum non resonat patiētiaz signat. ꝛ ideo omnes iusti possunt figurari in illis militibus qui habebant frenos aureos ꝛc. Freni enim aurei sunt virtutes. quibus vt dixit mentis ꝛ carnis appetitus frenantur. Ptz ergo ꝙ est vnū frenū qō est prudentie. ¶ Tertio dico. ꝙ est vnum frenum qō est potentie. Et istud est illud quo deus refrenat ꝛ tenet proteruitates maloꝝ. f. moꝛs iudicium ꝛ pena eterna. De quo pōt quilibet damnatus dicere illud Job. xxx. Pbatretram suaz apperuit ꝛ afflixit me. ꝛ frenum posuit in ore meū. Istud est frenū pessimū. quo. f. equi. i. superbi ꝛ luxuriosi violenter in inferno tenentur. Beati vero frenati sunt in patria freno econtrario. f. freno laudis diuine quo ornati dño presentantur Esaie. xlviij. Laude mea infrenabo te. Sic ergo patet. ꝙ est frenum iustitie prudentie. ꝛ potentie. Et possumus addere frenum nequicie quo. f. dyabolus frenat omnes malos; ꝛ eos vbi vult ad iniqua deducit. Et istud est frenum tributi qō est in maxillis omnium populoꝝ. sicut dicitur Esaie. xxx. Sufficit.

Frequentia. Frequenter. Nota ꝙ frequenter ꝛ frequentia sepe idem significant. Est aūt frequentia bona ꝛ mala. Boni enim frequentant bona. ꝛ mali similiter mala. De bona ergo ꝛ virtuali frequentatione potest dici. ꝙ non sufficit semel bonum facere. nisi homo etiam multotiens ipsum studeat frequentare. Sicut em̄ sumptio cibi est frequētanda ꝓpter decpati nutrimenti restaurationē. alis non posset vita vel sanitas conseruari. Sic dico ꝙ executio bonoꝝ operū est. continuanda. si nolumus in vita gratie vegetari Et nota ꝙ sicut videmus ad bonos pertinet Frequenter

Administrare.
Visitare
Jeiunare
Segregare.
Cogitare.
Tolerare

Debet dico frequēter ministrare sua largiendo Luce. x. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriuz. Item debet frequenter visitare tristes consolando. Usi illa matrona visitata quandoq; per Helyseum dicebat illud. iij. Reguz. iij. vir iste dei sanctus est qui transit per nos frequenter. Item debet frequenter ieiunare carnem macerando Mathei. ix. Nos ꝛ discipuli Johannis frequenter ieiunamus. Itez debet se frequenter segregare alta cōtemplando. Unde Joh xviij. dicitur. Mō trans torrentem cedron erat hortus vbi christus frequenteer conuenichat cum discipulis suis. Item debet frequenter cogitare aspera meditando. f. mortem iudicium ꝛ infernum Eccls. xij. Frequens meditatio carnis est afflictio. Itez debet frequenter tolerare tristia supportando. et sic dicebat apostolus. ij. Cor. xj. ꝙ ipse fuerat in plagis supra modum in mortibus frequenter. ¶ Econtrario vero de malis ꝙ ipsi vidēlicet frequeneant.

Gaudenter vanas leticias
Fetenter carnis spurcicias
Ardenter mundi diuitias.
Audenter vocis iactantias.

Dico ꝙ frequentant vanas leticias Esa. xxiij. vbi dicit sic. Sume cytharam: circūi ciuitatez. meretrix obliuioni tradita. bene cane frequenta canticum. Item ꝙ frequentant carnis spurcicias patet Dan. xiij. vbi de impudicis sembus dicitur ꝙ frequentabant domum. Joachim. cuius. scz vxoꝛem cupiebant fedare. Item ꝙ frequentant mundi diuitias. ipsas scilz auare congregando patet. Eccl. vj. vbi dicitur. Est aliud malum qō vidi sub sole. et quidam frequens apud homines. vir cui dedit diuitias ꝛ substantiam ꝛc. Sequitur nec tribuit ei deus potestatem vt comedat. Item ꝙ frequentant verborum iactantias. Patet Prouerb. xxij. vbi dicitur. Mō vbi verba sunt plurima ibi egestas frequenter ꝛc. Vide infra de sepe ꝛ similibus.

Rigus. Nota ꝙ frigus habet repercutere habet situare ꝛ restringere habet etiam nocere ꝛ affligere. Est enim frigus seu frigiditas quedam qualitas passiua que habet motum a circūferentia versus centrum. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo ista habet partes materie in quam agit congregare ⁊ versus centrum cōstringere ⁊ arcere. Et ideo per frigus potest intelligi penitentie.castitas,vel abstinentia.que carnis voluptates habet restringere. timor dei qui vanas cogitationes habet repercutere. mundi vel inferni tribulatio.que homines habet affligere.gratie ⁊ deuotionis refrigeratio.que ardores habet reprimere Frigus enim penitentie deficcat carnis infectiones. Unde Eccle.xliij. Frigidus ventus aquilo flabit.⁊ gelabit crystallus ab aquis. Istud est frigus,propter qō piger arare noluit. mendicabit ⁊ non dabitur ei. Prouerbio.xx. ¶ Frigus diuini timoris restringit mentis diuagationes. Ideo Apocalip.iij. Utinam calidus esses aut frigidus.quasi dicat aut timorosus aut charitatiuus.

¶ Item frigus tribulationis mundi deficcat omnes delectationes ps. Mittit cristallum suam sicut buccellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Frigus vero eterne damnationis tollit omnes consolationes. Deutro.xxviij Percutiet te dominus egestate. febre et frigore.ardore ⁊ estu ⁊ aere corrupto ⁊ rubigine. ¶ Item frigus gratie ⁊ deuotionis,refrigerat ardores ⁊ tentationes. Iste est calix aque frigide. quem qui dedit non perdit mercedem. Mathei.x. Frigus indeuotionis extinguit amoris inflammationes. zach.xiij. In die illa non erit lux sed frigus ⁊ gelu ⁊c. omitto quis materia de se potest esse multum fertilis.quia pauce sunt in biblia autoritates. vide in tabula que fiet super opus istud.

Frons Nota ꝙ frons est pars corporis apparentior.durior ⁊ solidior.⁊ ideo frons diuersimode signat in scriptura. Signat enim.
Exteriorem conuersationem
Interiorem obstinationem
Solidiorem constantiam ⁊ perfectionem.
¶ Primo ergo dico ꝙ frons signat apparentiam conuersationis. Secundum aristo. enim frons est quedam imago mentis. quia scilicet in fronte apparent interiores anime passiones sicut est trisitia vel leticia. Sic procerto in apparentia et conuersatione exteriori apparent interiores anime passiones. siue bone fuerint siue male. Ut enim dicit Grego. Per hec que foris apparent quid intus lateat aperitur. In isto enim fronte scilicet in nostra exteriori apparentia debent relucere gratie ⁊ virtutes. sicut quedam spiritualia signa Apoc. vij. Signemus seruos dei nostri in frontibus eorum.
Relucet ergo ibi. Uirtus
Contritionis ⁊ penitentie.
Honestatis ⁊ verecundie
Firmitatis ⁊ permanentie.
Relucet ibi virtus penitentie ⁊ contritionis. In fronte enim solet interior tristicia apparere. Unde Ezech. ix. Signa thau super frontem virorum gementium ⁊ dolentium. Item relucet ibi signum verecundie ⁊ dejectionis. que etiam solet in fronte hominis verecundi relucere. Et ista est illa lamina aurea quam sumus pontifex in fronte portare debebat sicut dicitur Exod. xxviij. Qz vero in fronte ⁊ apparentia cuiuslibet pōtificis seu ecclesiastici cuiuscq nulla lamina clarior. nullus lapis preciosior. nulla virtus decentior quam verecundia ⁊ honestas istud est signum dei viui. quo turba sanctorum signata stare meruerunt ante thronum. et quo serui dei signati nocumentū angelicum euaserunt sicut dicitur Apoc.vij. Item reluceat in eo fronte signū constantie ⁊ perfectionis. Uirtus enim ⁊ audacia cuiuslibet animalis in fronte precipue appareat. vt dicit Aristo. ad denotandum ꝙ quilibet xpiani maxime ecclesiastici vel prelati p fide ⁊ ecclesia defendēda debēt esse frontosi ⁊ animosi. Et sic isti figurabuntur in illis de quibus dicitur Apoc.xiij. Mō illi habebāt nomē agni ⁊ nomen patris sui scriptum in frontibus eor. sicut ꝓprie fuerūt apostoli ⁊ martyres qui in fronte ⁊ in promptu ⁊ apparentia manifeste ⁊ notorie nomen dei cuz cōstantia predicauerunt. Ista ergo est frons bone conuersationis. ¶ Secundo dico ꝙ inuenitur frons dure obstinationis. Sicut enim vnicornis cornu habz in fronte cum quo solet omnia alia animalia ventilare. Sic multi sunt peccatores q̄ in fronte obstinationis sue cornu crudelitatis ⁊ superbie semp portant quibus oēs socios durissime ferunt ⁊ molestant figurati in illo byrco Dañ. viij. qui inter oculos vnicum cornu habebat ⁊ contra meridiem ⁊ orientem ⁊ fortitudinem ventilabat ⁊ omnem bestiā ouinam ledebat ⁊ subiugabat. In quo peculdubio viri obstinati figurantur a quibus omnes alij molestantur. Ideo de philisteo dicitur. j. Regū. xvij Qui percussus est in fronte. ⁊ infixus est lapis in fronte eius philistei em. idest mali in fronte percutiuntur. qñ in publico ⁊ in apparentia vitijs inficiunt. Lapis vero infigitur. quando ibi obstinatio ⁊ inuerecundia ⁊ proteruitas ⁊ inobedientia crudelitas quoq ⁊ duricia generatur. Nota ꝙ in ista fronte apparent generaliter tria vitia. scilicet Uitium
Impenitentie
Inuerecundie
Impudicicie.
Dico ergo impenitentie. Unde Esaie.xlviij. Scio enim quia durus es tu. ⁊ neruus tuus ferreus: cervix tua et frons tua erea. Item vitium inuerecundie. Unde Hiere.iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Item vitium impudicicie. Unde Apocalip. dicitur. ꝙ pusilli ⁊ magni diuites ⁊ pauperes. liberi et serui acceperunt caracterem bestie in frontibus suis. De quibus tamen dicitur Apoca.xiij. ꝙ omnes tales cruciabuntur igne ⁊ sulphure ⁊c. Et reuera in frontibus ad literam apparet signum luxurie: sicut de malis mulierib9 constat que inuerecunde sunt ⁊ frōtose figurate in illa meretrice magna. de qua fit mētio Apocalip. xvij. que habebat in fronte scriptum babylon magna mater fornicationuz. Ista est ergo frons obstinationis.
¶ Tercio dico. ꝙ est frons constantie ⁊ perfectionis. De qua sic ꝓpta satis dictum est. De qua etiam dicitur. Ezech. iij. Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum: ⁊ faciem tuam valentiorem faciebus eorum quasi silicem ⁊ adamantem dedi faciem tuam ⁊c. Et sic patet de frons.

Fructus. Fructificare. Nota ꝙ fructus est illō quod vltimo de arbore expectatur. Ad fructum enim velut ad vltimuz finem ordinātur omnes arbores partes. scilicet germen flos folium ⁊c. Est enim fructus illud quod proutilitate hominuz ab arboribus colligitur ⁊ dicitur a fruendo. eo ꝙ ab hominibus fruitur vel etiam manducātur. Et ideo breuiter fructus potest multipliciter accipi in scriptura. Accipitur enim vt communiter.
Pro
Operatione humana.
Prosperitate seu possessione mundana
Refectione superna.
Fructificat enim vir iustus per bonam operationez. vñ Ezech. xvij. dicitur Uinea fructificauit in palmites. et emisit ppagines. Et Mat. vij. Arbor bona fructus bonos facit. Fructificat ipius p maloz operz executionē. Unde ibidē Arbor mala fructū malū facit. fructificat mūdus p bonoz suoz productionē ⁊ emissionē. Unde Luc. xij. Thois vni9 diuitis ager vberes fructus attulit. frutificat etiā pdisus per gaudioz ꝓpinationē ⁊ per beatoz recreationē. vnde Esa. iij. Erit fructus terre sublimis ⁊ Cañ. ij. Fruct9 illius dulcis guttur meo. Fruct9 ergo iusti est ñ tuosus. Fruct9 impij est pnicios us. Fruct9 mūdi est piculosus. Fruct9 celi est delicios us. Dicamus ergo primo aliq̄d de fructu bōano qui est duplex. s. bonoz et maloz. De fructu bonoz q̄ est ñ tuosus dico ꝙ sicut arboz q̄ naturaliter radicē hz in terra inferius. statuā aūt erectā superius. primo germina deinde flores ⁊ tandē fructus producit. Sic ꝛe vir iustus qui radicē cordis hz inferius per humilitatē. erectus aūt est ad celū superius p ꝓtemplationis sublimitatē. prio emittit germina bonarum

bonarum cogitationum deinde flores sanctaruz affectionum diffundit: ⁊ tandem fructus bonarum operationuz producit. Unde dicit Cant. vij: Uideamus si vinea nostra floruit: si flores fructus parturiūt. Mā sicut arbor que fructū nō facit inutilis reputat ⁊ ne vlterius terrā occupet succidit ⁊ ignibus applicat. Sic vere apud deū ille qui fructus bonoz operz non producit: reputat penitus nihil valere: quinimmo ab ipso finaliter de horto huius mundi per mortem succiditur ⁊ ignibus perpetuis deputat. Unde Math. iij. Jā securis ad radicez arboris posita est. Omnis arbor que non facit fructū excidet ⁊ in ignem mittet. Et Johan. xv. dicit Ego sum vitis ⁊ vos palmites omnem palmitem in me non ferentem fructū tollet eū. ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructū plus afferat. Et ideo charissimi faciamus iurta euangelū Mat. ij. facite fructum dignum penitentie. vt sic ad nos videatur directū illud Eccli. xxix. Quasi rosa plantata super riuos aquarū fructificate. In q̄bus verbis aduerte: ꝙ sicut arbor ad hoc ꝙ fructificet oz habere tria scilicet
Culturam — Culturam dico ꝓtum ad superfluorū resecationem quod notatur in
Staturam. — verbo rosa que. s. omni anno indiget ſm Plin. vt eius superflua resecent. Item staturā ꝓtum ad firmā radicationez: qō ostendit in verbo plātata. Item loturam ꝓtum ad iugē humectationē qō ostendit in verbo Riuos aquarum. Quia breuiter ista tria requiruntur in arbore ad hoc vt fructificet. s. vt ex colatur radicet vt irrigef. Sic vere charissimi dico spiritualiter loquendo ꝙ ad hoc ꝙ homo possit per bona opera fructificare: ista tria sunt necessaria. scilicet vt ex colatur per penitentiam asperiorem: qz. s. debet esse rosa: vt radicetur per permanentiam solidiorez: quia debet esse plantata vt irrigetur per influentiam superiorem: qz. s. ipse debet esse super riuos aquarum. ¶ Dico ergo ꝙ si volumus fructificare per bona opera nos debemus per penitentiam mala resecare. Et hoc ostenditur cum dicitur Rosa. Quasi rosa inquit. Rosa eñ sicut vinea: teste Plin. indiget cultura. Debz enim fodi. putari resecari ⁊ transplantari Quia sicut idem dicit. Rosa ꝓficit per incisionem ⁊ transplantationem. alis si domestica fuerit degenerat in siluestrem. Ad denotandum ꝙ si bene fructificare volumus: necesse est vt culturam penitentie subeamus: qz qui per penitentiam non colit de domestico siluestris. i. de bono malus efficit qz reuera nobis ꝓficit incisio correctionis et transportatio moralis conuersationis ⁊ munitionis. Quasi rosa inquit. Et sic erit homo: iurta illud Eccli xxiij. quasi palma exaltata sum si cades: ⁊ q̄si plātatio rose in hierico. quasi oliua speciosa in campis. Et nota ꝙ ipse dicit ꝙ necesse est fructificare per penitentiaz sicut palmā: sicut rosam ⁊ sicut oliuam. Palma enim fructificat in feruida regione. Rosa fructificat in humida mansione. Oliua vero fructificat in temperata habitatione. Simus ergo sicut palma ⁊ fructificemus per feruorem vere dilectionis. Sicut enim ſm Plinū Palma fructificat in locis feruidis ⁊ soli expositis. In locis vero frigidis nequaq̄: sicut patet in Italia q̄ est regio frigida vbi sunt palme nihil fructificantes que si q̄q̄ fructus faciūt ipsi tñ minime maturescūt. Sic procerto charissimi si fructū bonoz operz pducere volumus: necesse est vt i feruore diuini amoris vel ēt i feruore penitentie ſdeamus. Munq̄ eñ bonoz operuz fructibus fecundantur illi qui frigore indeuotionis stringuntur. Sicut enim dicitur ad Gala. v. Fructus spiritus est charitas. Quia vere charissimi sola charitas ⁊ dilectio facit fructificare per bona opera. Quia sicut dicit Psalmi. Justus vt palma florebit. sicut cedrus libani multiplicabitur: sicut ergo palma exaltata suz in cades. Cades enim interpretatur mutata. Ad denotandum ꝙ illi qui sicut palma volunt fructificare: debent de loco frigido ad calidum: de malo ad bonum: de virtute ad optimum se mutare. Isti ergo fructificāt sicut palma per feruorem dilectionis. Cantic. vij. Ascēdam in palmam et apprehendam fructus eius ¶ Item quidam fructificant sicut rosa in hiericho per humorem compassionis. Rosa enim in locis humidis melius solet fructificare: quia vere nullus potest fructum bonoruz operum producere nisi humor pietatis ⁊ gratie ipsum valeat irrigare. Unde de vinea dicitur Ezec. xvij. Quod in terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes et portet fructum. Et de rosa dicitur Ecclesiastici. l. Quasi rosa in diebus veris: et quasi lilium quod est in transitu aque. ¶ Item dico ꝙ quidam fructificant: sicut oliua per temperamentum sufficientis possessionis. Dicit enim Plinius qō oliua melius fructificat in temperata terra. que scilicet sit mediocris inter humiditatem ⁊ siccitatem: et inter caliditatem et frigiditatem: quia si terra nimis pinguis aut nimis macra fuerit: tunc oliua fructus producere non consueuit. Sic vere carissimi multi sunt qui nec in terra pingui prosperitatis. nec in terra macra pauperatis et aduersitatis fructificare possunt: immo status temperamentum ⁊ medium erigūt ⁊ requirūt Talis videbatur esse salomon qui dicebat Prouerbio. xxx. Hec diuitias nec paupertates dederis mihi domine. sed tantum victui meo tribue necessaria Quia vere multi sunt quibus non proficiunt nec prospera nec aduersa. quia in prosperis corrumpuntur, superflue eis vtendo: in aduersis vero deficiunt impatiēter ferendo ⁊ desperando. Talibus enim esset necessaria temperata sufficientia. vt sicut apostolus dicebat j. Tim. vj. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simus. Tales ergo tenentes medium statum possunt per bona opera fructificare. qui si tenerent aliquem extremoz nullū possent fructum bonoruz operū procreare. Patet de extremo diuitiarū ⁊ prosperitatis in ficulnea. Luc. xiij. in qua erant folia: ad quez dñs se diuerteret non inuenit ibi fructū. qz vere sepe fit ꝙ illi qui folijs diuitiarum vescuntur fructibus bonoru opez non ditant. qz sicut dicit Eccls. v. Qui amat diuitias fructū non capiet ex eis ⁊c. Patet etiam de extremis miseriarum ⁊ calamitatis. Scribitur eñ Job thei. xiij. ꝙ semen quod super petras cecidit carnit fructu: qz non habuit humorem: Ad denotandum ꝙ carentia humoris. idest temporalis substantie vel sustentationis: est causa quandoq̄ carentie fructuū bonoz operationis: ⁊ hoc ꝓpter vitiū impatientie: furit: inuidie: murmuris ⁊ desperationis. ps. Fructū eoz de terra perdes. Ideo de oliua. idest de homine mediocriter temperato ⁊ sufficienter ditato ꝙ ꝓducat fructus bonoruz operum ⁊ virtutum patet in ps. vbi dicit. Ego aūt sicut oliua fructificaui. Et Hiere. xj. dicit. Oliuaz pulchram ⁊ iberem fructiferam speciosam vocauit deus nomen tuū. Breuiter ergo bene dico ꝙ q̄ benevult fructificare: debet per penitentiam mala resecare qō ostēsum est in verbo Rosa. ¶ Insuper dico ꝙ vir iustus oz per permanentiam se radicare qō ostendit cū dicitur. Plantata. Plantatio enim signat radicationem stabilitatem ⁊ durationem. Nam sicut arbor que non habet radicem bene fundatam ⁊ radicatam non potest fructū facere. Sic spūaliter homo q̄ p perseuerantiam in fide ⁊ moribus nō est fundatus ⁊ firmiter radicat: non potest fructu bonoz operz fertiliter esse dotatus. Ut enim dicit Señ. Non conualescet planta que sepe transferf: necesse est ergo pseuerare q̄ bonū fructū voluerit procreare. Planta inquit. Unde de viro iusto dicitur in ps. ꝙ erit tanq̄ lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructū suum dabit in tempore suo. Et folū eius non defluet. Palma enim diu perseuerans: plantata ⁊ profunde radicata. solet melius fructificare. Solet enim palma quanto antiquior: tanto esse fecundior. ſm Plin. Sic vere homo q̄to diutius in bono antiquat ⁊ pseuerat: tanto melius ⁊ fertilius p bona opa fructificat. Esa. xxxvij. Mittet deorsum ⁊ faciet fructū sursum. Debz p pmanentiā se

radicare. ¶ Deniq; dico q; si fructificare volum⁹ nos debemus per influentiam nos irrigare quod ostendi tur cū dicit. Super riuos aquarum. Riui enim aquarum qui a fonte paradisi procedunt sunt diuina gratia et deuotio cordis. clementia ⁊ compassio exterior modestia ⁊ alloquutio. sacra etiam scriptura ⁊ eruditio talibus enim riuis debet rigari ⁊ humectari ⁊ ad fructificandum p bona opera habilitari. Unde de quolibet tali dicit Hiere. xxvij. Benedictus vir qui confidit in domino: ⁊ erit tanq; lignum quod plantatū est sup aquas. qō ad humorem mittit radices ⁊ non timebit cūvenerit estus: ⁊ in tempore siccitatis non erit sollicitum: ⁊ erit folium eius viride: nec aliquādo desinet facere fructū. Ubi aduerte q; huiusmodi irrigatio Valet ad obtinendū fidei fundamentum: q; ab humore mittit radices. Valet ad sustinendū penaꝝ nocumentum: quia non timebit cūvenerit estus. Valet ad contemnendū bonoꝝ detrimentū: q; in tempore siccitatis non erit sollicitū. Valet ad pcurandū ⁊ tutuz paramētum: quia erit foltum eius viride. Valet ad producendum operum complementum: quia aliquando nō desinet facere fructuz. ¶ Isti ergo riui ſpiritualis influētie optime figurantur Apoca. xxij. vbi dicit Johannes Ostendit mihi dominus fluuiuz aque vite splendidū tanq; cristallū. Et dicit ibidem q; ex vtraq; parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim p menses singulos: ⁊ folia ligni ad sanitatem gentium. Iste fluuius charissimi signat fluuiū gratie ⁊ scientie devotionis ⁊ compassionis: que etiam dicunt aque vite salientis invitam eternam. Joh. iiij. Lignū ergo quod aquis istis rigatur est vir iustus: qui pro certo p menses singulos fructus duodecim habet portare si aḋs istis debite fuerit irrigat⁹. Istivero duodecim fructus ſpirituales enumerantur ab apostolo ad Gala. v. fructus inquit spiritus sunt charitas gaudium. pax patientia: bonitas longanimitas: benignitas: māsuetudo: fides: modestia: continentia: castitas. De istis eī fructibus quidam sunt qui reficiunt deum sicut est fides gaudium charitas. Quidam reficiunt proximum sicut est pax patiētia bonitas. Quidā nutriūt animā sicut est longanimitas benignitas mansuetudo. Quidam sunt qui reficiunt corpus sicut est modestia continentia castitas: fructificemus ergo per riuos aquarū: ⁊ simꝰ sicut amigdalus sicut ficꝰ sicut palma sicut vinea. Amigdalus enim sterilis ⁊ antiqua fructificat ⁊ fecundat per radicis fixionem ⁊ mali humoris emissionem. Ficus antiqua ⁊ sterilis vel sterilizata fecunda tur per fimi ad radicem appositionem et per dulcis aque irrigationem. Palma vero fecundatur quando sal vel cinis ad eius radicem immittitur. Uinea vero sterilis fecundatur quando fodit aq; scindit. Sic vere charissimi istis quatuor modis possumus fecundari: ⁊ fructuz bonorum operū ampliari. Radi vero cordis nostri ad modū amigdali debet scindi per contritionem. Rigari debemus sicut ficus per gratiam ⁊ deuotionem. Sal ⁊ cinerem debemus habere sicut palma per prudentiam ⁊ discretionem ⁊ p nostre cinereitatis considerationem: superfluos ramos diuitiarū debemus pscindere mozevinee: p elemosynaruz largitionem. Per contritionem ergo radicem cordis scindamus vt per confessionem exeat corruptus humor peccatorum. Unde Joelis. ij. c. Scindite corda vestra ⁊ nō vestimenta vestra. Per deuotionez nosipsos rigemus ⁊ humectemus vt habeamus incrementū meritorum Unde Eccli. xxiiij. Rigabo hortū plantationū: inebriabo partus mei fructū. Per considerationem sal discretionis ⁊ cinerem nostre mortalitatis nobis adiungamus: vt euitemus periculum mundi gaudioꝝ. Jurta illud Marci. ix. Habete invobis sal. Per elemosynarum largitionem scindamus ⁊ euellamus superfluitatez nostroꝝ ramoꝝ siue bonoꝝ ꝑtaluz. Eccli. xxiiij: Ego quasi terebintus extendi ramos meos ꝛc. Et sic p certo charissimi si ista quatuor fecerim⁹ fructꝰ bonoꝝ opeꝝ pducem⁹. Fructificabim⁹ eī ⁊ habebim⁹ fructꝰ

Rubeos. Habeamus ergo fructꝰ rubeos charitatis: q; sicut dr Sal. v. fructꝰ spūs
Albos. est charitas. Habeam⁹ fructus candidos castitatis. vñ Eccli. xxix. fructificate quasi libanus odorē suauitatis habete: florete flores quasi liliū
Longos. Habeamus fructꝰ longos patientie ⁊ maturitatis. vñ Jac. v. Agricola expectat ꝑciosum fructū terre sue. Habeam⁹ fructū rotundū obediētie ⁊ velocitatis. Puer. iij. Pumi ⁊ puritatis fructꝰ ei⁹: Itē hēam⁹ fructꝰ duros iustitie ⁊ seueritatis. Jac. iij. Fructus iustitie in pace seminat. Itē fructꝰ molles pacis ⁊ benignitatis. Unī Job. xxij. Adesce ⁊ habeto pacem: ⁊ per hoc habebis fructus optimos. Itez habeamus fructus amaros penitentie ⁊ asperitatis. Unde Luc. iij. Facite dignos fructus penitentie. Item habeamus fructus dulces clementie ⁊ pietatis. Unde Cant. ij. fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo dico q; nos poterim⁹ fructificare p bona opa si fuerim⁹

Rubeos. Per influentiam irrigati.
Albos. Per permanentiam radicati.
Longos. Per penitentiam resecati.

Usum est ergo supra de fructu bonoꝝ qui est fructus bonus ⁊ virtuosus. ¶ Jam restat videre de fructu maloꝝ qui est malus ⁊ perniciosus. Teste enim scriptura. Mala arbor malos fructus facit Math. vij. q; sicut quedam sunt arbores que habent fructus malos ⁊ venenosos. sicut dicitur de iusquiano: cuius fructus seu semen comedentibus est venenū. Sic vere multi sunt homines qui non fructificant nisi malos fructus malos operz. qui ſ. comedentibus. i. imitatibus sunt mortiferi ⁊ venenosi. Sapientie. iij. fructus eoz inutiles ⁊ acerbi ad manducandū. Tales eī sunt sicut sambuca que flores hz albos ⁊ odoriferos: fructus tū hz fetidos atq; nigros: q; vere mūdi peccatores q̄uis in mūdo pulchr⁹ floreant per ꝓsperitatem: habent tamen fructus operum nigros per iniquitatem. De talibus fructibus loquitur Prouer. xv. In fructibus impij cōturbatio. Et Prouerb. xvj. dicitur. Mō multi fructus cū iniquitate. Breuiter ergo fructus operationis malozuz est fructus perniciosus. Et hec de fructu humano bono ⁊ malo sufficiant. ¶ Secundo dico q; est quidam fructus mundanus ⁊ periculosus. Et iste est fructus huius mundi qui. ſ. diuiditur in fructus amaros diuitiaꝝ. Eccl. v. Qui amat diuitias fructum non capit ex eis: qui. ſ. amarus dicit: q; ipm multe sollicitudines committant. vnde Luc. vij. de diuitijs dicit q; exorte spine suffocauerunt fructuz. Item in fructus dulces deliciarum Eccli. xj. Initium dulcoris habet fructus illius. Item in fructus pulchros scientiaꝝ. Ephe. v. Fructus lucis est in omni bonitate. Scientie enim lucratiue evidentur hominibus fructus pulchri ꝓpter lucrum quod apportant. De quo potest dici illud ps. A fructu frumenti vini ⁊ olei mul. sunt. Frumentū q; est grossius signat scientiam legum. Uinū q; est dulcius scientiam canonum. Oleum quod est limpidius scientiam medicorum. Iste enim tres scientie et isti tres fructus faciunt homines multiplicari ⁊ diuitijs augmentari. Fructus diuitiarū est periculosus: q; nimis stringit p auariciā. Unde de diuite dr Job. xx. Cū satiat⁹ fuerit artabit. Fructꝰ deliciaꝝ est piculosus: q; nimis larat p luxuriā. Iste est eī fructꝰ illius arboris q̄ dicit tarus q̄ ita larat hoiem q; ipm interficit: q; sicut dicit. ſ. Thim. v. Uiduaviuēs i deliciis mortua est. Fructus sciētiaꝝ piculosus est: q; nimis instat p superbiā. Unī. ſ. Cor. viij. Sciētia instat. charitas aūt edificat. Et nota q; iste est fructꝰ piculosus: q; vez aufert sapoꝛē. q; malū affert sopoꝛē. q; malū infert doloꝛē. Iste dico aufert sapoꝛē. q; sicut fructꝰ puertūt gustū ne iueniat sapoꝛē in bonovino: sic mūdi bona puertūt anie gustū ⁊ appetitū ne in bonis spūalib⁹ inueniat sapoꝛē qō figurat i filijs isrl. Nu. xj. Qui fuerūt repleti fructi

bus egyptijs

bus egyptijs. ſz porris cepis allijs ⁊ peponibus. Ideo manna dulcissimū abhozrebāt ⁊ ad ꝑdictos fructus anhelabant. Fuit etiā figuratū Josue. v. vbi dicitur q; postq; filij israel comederūt de fructibus terre defecit eis manna. ad denotandū q; illi q̄ mūdi fructibus satiant: nunq; in manna. i. in fructibus bonoꝝ spūaliuz dulcedine delectant. vnde puer. xij. De fructu oris sui vnusquisq; replebit. Iste ergo fructus tollit bonuz saporem. ¶ Itē iste fructus affert malū sopoꝛem. Sicut eī fructus mandragore odore suo facit hoies dormire. sic bona tpalia huius mundi faciunt adoratores ⁊ amatores suos in peccato delectari ⁊ q̄scere. Istud apparuit in isto diuite. Luc. xij. cuius ager vberes fructꝰ attulit: ⁊ ideo ipse dicebat anime sue. Anima mea multa bona habes reposita i annos plurimos epulare ꝛc. ¶ Item iste fructus infert magnū doloꝛez: q; sicut arboꝛ que est multis fructibus onerata: a transeūtibus solet impeti: ⁊ p extoꝛquendis fructibus baculis ⁊ lapidibus infestari: q̄q; etiam frangi penitus ⁊ cassari Sic, pcerto in mundo isto accidit q; illi qui fructibus bonoꝝ tpalium pre ceteris sunt repleti: vt cōiter a transeuntibus. i. a ballius ⁊ principibus: a tyrannis ⁊ raptoꝛibus: ab inuidis ⁊ latronibus pre ceteris sunt impugnati. ps. dixit. Uenitq; locusta ⁊ bruchus cui⁹ nō erat numerus: ⁊ comedit omne fenum in terra eoꝝ et fructū terre eoꝝ ꝛc. Et alibi in ps. Dedit erugini fructus eoꝝ ⁊ labores eoꝝ locuste. Locusta eī que non cessat rodere q̄diu inuenit herbas et fructus: significat mūdi raptoꝛes: qui tandiu non cessant simplices molestare q̄diu fructus bonoꝝ tpaliuz sperant ab eis reportare. Etiam de fructu deliciarum patet cum quantis laboꝛibus acquiritur ⁊ habetur. ¶ De fructu vero scientiarum cū quantis doloꝛibus ⁊ sudoꝛib⁹ colligit ⁊ postea possidet patet. Isti enim qui habent scientias lucratiuas non possunt habere requiem: q; ſz pro bandis consiliꝫ ab hoibus fatiganf. sicut ꝓz Luce. xiij. vbi dicit q; Iesus uit ad siculneam querens in ea fructus: que tū non habebat nisi folia: q; ſz tales non habent veros fructus rez sed folia ꝝ boꝝ. Et sic ergo bene dico q; iste fructus est causans doloꝛem: sopoꝛē ⁊ sapoꝛem. Et hec de fructu mundano sufficiāt

b ¶ Tertio dico q; est quidam fructus supnus ⁊ delitiosus. Et iste fructus est tripler. ſz Gratie. Eucharistie. Glorie. Fructus gratie est sustentatiuus. Fructꝰ eucharistie est roboratiuus. Fructus glorie est satiatiuus ꝛc. Uel alio modo dico sic q; fructu gratie sustentantur incipientes. fructu eucharistie roborant ꝓficientes. fructu celestis glorie satiant peruenientes. Fructꝰ gratie dat ſanitatem peccatoꝛibus. Fructus eucharistie dat firmitatem viatoꝛibus. Fructus celestis glorie dat satietatem apprehensoꝛibus. ¶ Fructus ergo gratie malis denegat. Unde. Sen. ij. dr q; post peccatū: fructus lignivite fuit homini denegatus. vnde in ps. dicitur. Fructum eoꝝ de terra perdes ꝛc. Fructus eucharistie bonis tm dat. Unde iste est sicut fructus amigdalarum qui ꝑm ꝓphm. Plin. hominibus dat sanitatem: vulpibus autem dat moꝛtem. Ad denotandum q; fructus coꝛporis xpi est hominibus. idest bonis personis sanitas: vulpibus ꝝo ⁊ peccatoꝛibus est moꝛs ⁊ eterna calamitas. Iste est ergo fructus quem terra nostra. idest beata virgo nobis protulit atq; dedit. Jurta illud ps. Terra nostra dabit fructum suum. Iste est ille fructus quem duo exploratores attulerunt de terga promissionis in desertum. vt filios israel alliceret ad illuc eundum: sicut dicit Nume. xiij. Duo enim exploratores isti fuerunt gabriel ⁊ beata ꝝgo: qui de terra promissionis paradisi: istum fructū dulcissimū in vecte humanitatis nobis ad desertū huius seculi detulerūt: vt exinde advbertatem celestis patrie moneremur. Iste est fructus de quo beate ꝝgim dictum fuit Luc. j. Benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et Deute. xxviij. dicitur benedictus fructus ventris tui ⁊ terre tue. Iste est ergo fructus roboratiuꝰ. q; in fortitudine cibi istius potest ire helyas vsq; ad montem dei. Panis enim sicut dicitur in ps. coꝛ hominis confirmet. ¶ Sed adhuc dico q; fructus gloie est satiatiuus. De isto dicit in ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sicut enim fructus in mensa diuitum dant vltimi: sicut fructus qui sunt in summitate sunt suauissimi: ꝙuis ad habendum sunt difficillimi: sicut etiam fructus qui nascuntur in montibus sunt suauissimi: sicut dicit ysaac in dictis. Sic procerto fructꝰ glorie paradisi qui in superiori monte et summitate, celi nascuntur suauissimi esse creduntur. Et ideo in mensa celestis regis in fine scilicet post moꝛtem sanctis hominibus conferuntur: vt exinde perpetuo satientur; ꝙuis ad istos faciendum non modica difficultas habeatur: quia sicut dicit ad Hebre. xij. Omnis disciplina in presenti non videtur esse gaudij sed meroris. post ea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet. Quia sicut dicit Sapi. iij. Honoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus. Et ideo breuiter ō isto fructu potest intelligi illud Deut. xxxiij. de benedictione domini terrra eius. de pomis celi: de pomis fructuum solis et lune. de pomis collium eternoꝝ: de fructibus terre et plenitudine eius. Et sic patet qō triplex est fructus supernus et deliciosus scilicet fructus incohatiuus qui est gratia: fructus prosecutiuus qui est eucharistia. fructus consummatiuus qui est celestis gloria Et sic patet in generali triplex fructus. ſ. supernus et deliciosus. mundanus ⁊ piniciosus. humanus qui est virtuosus ⁊ vitiosus. Et hec de fructu sufficiant. Unde infra de Sterilitate.

Frumentum. Nota ꝙ frumentum signat quodcunq; spirituale vel tē porale nutrimentum. Signat enim nutrimentum
Spiritualis gratie.
Eucharistie.
Doctrine vel scientie.
Temporalis affluentie.
Celestis glorie.
Signat dico nutrimētum spiritualis gratie. Et istud est frumentum quo Joseph incepit implere saccos fratrum suoꝝ: sicut dicit Sen. xluij. Imple saccos eorum frumēto ꝛc. Quia vere frater noster christus sum me cupit vt plenos saccos frumento. idest cōscientias gratia plenas habeamus. Unde Judith. xiij. Congregauerunt frumenta in preparatione pugne. ¶ Item signat nutrimentum eucharistie. Et ideo de ipso dicitur in ps. Cibauit illos ex adipe frumēti. Istud est eī granum frumenti quod in horto virginalis vteri fuit seminatum per incarnationem: tandem in cruce fuit moꝛtificatū per passionem: modo vere est summe multiplicatum p gratie ⁊ glorie pullulationem Sicut eī dicitur Joban. xij. ca. Nisi granum frumenti cadens in terra moꝛtuum fuerit ipsuz solū manet: si vero moꝛtuum fuerit multum fructum affert. Et ideo de illis q; habent istum fructum dicit in ps. A fructu frumenti vini ⁊ olei multiplicati sunt. ¶ Item est nutrimentuz doctrine ⁊ sciētie: ⁊ de hoc dicit in ps. Induti sunt arietes ouiū: ⁊ valles abundabunt frumento: clamabunt: etenim hymnū dicēt. Ualles enim sunt humiles; que pre ceteris frumento scientie ⁊ doctrine sunt repleti. et ideo ad clamandū ⁊ ad docendū vera sunt ⁊ cōiter magis apti. De isto frumento dicit Job. xxxvij. Frumentū desiderat nubes ⁊ nubes spargūt lumen suū. ¶ Itē est nutrimentū temporalis opulentie. Dsee. ij. dicit. Dedi eis frumentū. vinū ⁊ oleū argentū ⁊ aurū multiplicaui ꝛc. ¶ Ultimo vero est nutrimentū glorie vel affluentie. Et iō de hoc dicit Zacha. ix. Quid bonū eius. ⁊ q̄d pulchrum eius nisi frumentū electoruz? Et de isto frumento dicit Hierem. xxxj. Confluent ad bona domini sup frumento vino ⁊ oleo ꝛc. Sufficit.

Frustra. Nota illud dicit esse frustra cuius legitima cessat ratio siue causa. Frustra enim proprie dicitur quod factum inutiliter reperitur

Et ideo frustra spectat ad impios. qui. s. nihil sciũt rationabiliter facere: sed semp frustra ꝛ inutiliter laborare. Deus aũt ꝛ natura ꝛ virtutes insti nihil facũt frustra: si multa facta frustra videant nobis: tñ si cãs videremus eoꝝ que. s. apud eos sunt occulte: facta non frustra sed rõnabiliter viderent. Job. v. dicit ꝙ nihil in terra sine cã fit. Et Job. xxxiij. dicit. Mõ vere deus non condemnabit frustra: nec omnipotens subuertit iudiciũ. Notabis ergo breuiter ꝙ mali solent frustra

Congregare.
Laborare
Vigilare
Incedere.
Considere
Uuere:
Cõturbank.
Castigank.
Consolank.
Operank.
Cõponunt
Colloquunk.
Extollunk.
Decipiunk.

Dico ergo ꝙ mali frustra congregãt p auariciã. Cõstat em ꝙ auari nõ gaudẽt de bonis suis: imo ipsi frustra accumulãt alienis. Vñ in psona taliuꝝ dr Eccl. ij. sic. Coacceruaui mihi aurũ argentũ ꝛc. Sequit. Cunqꝝ me cõuertissem ad vniuersos labores quibus frustra sudaueram: vidi in omnibus vanitatẽ. Unde auari post mortẽ suã possunt dicere illud. j. Reg. xxv. Uere frustra seruauimus oĩa. Illud em frustra seruatũ dicit quod non advtilitatem ꝓpriã. sed ad alienã ordinat. Unde talibus dicit Ieui. xxvj. frustra seretis sementem: qꝝ ab alienis deuorabit. ¶ Item mali frustra laborant per diligentiam. Mali enim valde laborant: sed labores frustra ꝛ inutiliter fiunt inq̃tum ipsos ad bonum finem non ordinant. Job ix. Impius sum quare frustra laborauj. Econuerso autem de bonis dicit Esa. lxv. Non laborabũt frustra: qꝝ semen benedictoꝝ est. ¶ Item mali frustra vigilant per sapientiam. ps. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. ¶ Item frustra ambulant p ignorantiam. Ille em qui vadit ꝛ nescit quo debeat tendere frustra dicit incedere. Unde dicitur Job. xij. c. Mõ deus decipit eos. i. permittit decipi: vt frustra incedãt per inuiũ palpabũt quasi in tenebris ꝛ non in lucet errare faciet eos quasi ebrios. ¶ Item frustra sperant p confidentiam. Mali enim sperant finaliter ad gloriã paradisi venire: sed hoc est frustra. Job. xv. Mõ credat frustra errore deceptus ꝙ aliquo precio redimendus sit. ¶ Item frustra vsuunt per insolentiam. Uita em malorꝝ frustra est ꝛ p nihilo: qꝝ ad nullum bonũ ordinatur: quinimmo melius fuisset talibus si nati non fuissent. Eccl. vj. Frustra venit ꝛ pergit ad tenebras: et oblitione delebitur nomen eius. ¶ Item frustra conturbantur pervanum timorem. Mali enim trepidãt timore vbi non fuit timor. ps. Ueruntamen in imagine pertransit homo: sed ꝛ frustra conturbat. ¶ Item frustra castigank p pene rigorem. Obstinati em sunt nec proficit correctio ꝛ tribulatio que infert. Hiere. ij. Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperunt. ¶ Item frustra consolank p ꝛbi dulcorem. Consolationes em facte p malos frustra fiunt. qꝝ semper ad adulationem ꝛ malum tendũt. Job. xxj. Quare frustra consolamini me: cũ responsiones vestre ostensa sit cõtradicere veritati? ¶ Item frustra operank p vanũ fulorem. Constat em ꝙ opa eorũ sunt opa inutilia ꝛ labores sine fructu: sicut dicit Sapientie. ij. Et hoc qꝝ de ipsorum operibus cũ sint mortua non sequit vita eterna. Vñ de talibus dicit Hiere. xlvj. Frustra multiplicasti medicinam: sanitas non erit tibi. Ideo malis sacerdotibus dicit Esa. j. Ne offeratis mihi sacrificium frustra. Frustra componunk p fictum decorem sicut sunt hypocrite qui frustra ꝛ sine fructu ornant et componunt conuersationem suã. Unde Hiere. iij. In persona meretricis ornate dicit. Cum vestieris te coccino: cũ ornata fueris monili aureo. et pinxeris stibio oculos tuos: frustra componeris. Unde etiam de hypocritis potest intelligi illud Prouer. xxvj. Pulchras frustra habet claudus tibias. ¶ Itez frustra colloquunk pvanum clamorem. Uerba enim malorumvana ꝛ frustratoria ꝛ mendacia sunt. Job xxxv. Igit Job frustra aperuit os suum. Job interpretat dolens: significans peccatorem qui dolendo ꝛ inuidendo loquitur contra bonos: cõtra illud Prouer. xxiij. Ne sis testis frustra contra proximũ tuum. Item frustra extolluntur p vanum honorem: contra quos dicitur. ij. Machab. vij. Tu autem scelestissime noli frustra extolli. ¶ Itẽ frustra decipiunk pvanum errorem. ij. Macha. vij. Noli frustra errare. Ideo reprehensiue dicit Eccl. ij. Risum reputaui errorem: ꝛ gaudio dixi ꝙd frustra decipis ꝛc. Patet ergo quomodo frustra signat multitudinem vitiorum que scilicet frustra fiunt: vel per que homines frustrantur et decipiuntur ꝛc. Sufficit. Uide de Uanum.

Fruges. Nota breuiter ꝙ p fruges i scriptura intelliguntur Bona temporalia Opera ꝛ tuosa. Premia eternalia. Prime fruges sunt pauperibus distribuende. Unde Prouer. iij. De primitijs frugum tuarum da pauperibus. Secunde fruges deo sunt attribuende. Unde Nu. xviij. Uniuersa frugum initia que gignit humus domino deportank. De istis ꝛo frugib⁹. i. de nostris opibus potest dici illud Eccl. xlvij. Accipite seminaꝛ seminate agros vt fruges habere possitis. Tertio vero fruges sunt bonis contribuende. s. electis. Unde Eccl. xx. Qui operak terram suam implebit acervum frugum ꝛc.

Fugere. Nota ꝙ fugere idez est qõ ab aliquo termino cũ celeritate abire et recedere. Et ideo ꝑm ꝙ terminus a quo quis fugit potest esse bonus vel malus ꝑm hoc fuga ab ipso termino potest esse virtuosa vel vitiosa. Possumus ergo distinguere dupliciter fugam. Unam. s. laudabilem. Aliam vituperabilem. Unaz bonam ꝛ aliam malã. Unã meritoriam ꝛ aliam deceptoriam. Fuga bona est quando a malo fugimus vt quando recedimus a mundo a dyabolo vel a peccato. vnde j. Regum. xix. Fugit dauid et saluatus est. Fuga mala est quando recedimus a deo a bono consortio vel ab opere perfecto. ꝛ sic videbatur Jonas fugere. qui abijt vt fugeret a facie domini. Et ideo sicut dicitur Jone. ij. A mari ꝛ a ceto fuit absorptus. ¶ Notabo ergo ꝙ est quedam fuga mobilitatis et inconstantie: de qua dicitur Job. xiij. Nõ quasi flos egredit ꝛ preterit ꝛ fugit velut vmbra. ¶ Est fuga ỏbilitat⁹ ꝛ impotẽtie. Et ista est fuga dyaboli: q̃ recte sic is est byene que fugientem bominẽ seq̃t: sequentẽ fugit ꝛc. qꝝ dyabolus fugientes ꝛ timidos solet inuadere: audaces vero ꝛ resistentes solet timere ꝛ fugere. vnde Jaco. iiij. Resistite dyabolo et fugiet a vobis. ¶ Item est fuga sagacitatis ꝛ prouidentie. Et ista est fuga bonorum sapientium qui prudenter fugiunt. cauent ꝛ relinquunt illa que sibi vident cõtraria ꝛ nocua. De qua fuga dr Ecclesiastici. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccm ꝛc. Et de ista si placet latius differemus. Dicamus enim ꝙ sicut videmus naturaliter omnia fugiunt suum contrarium. Et inde est ꝙ in estate fontes et putei solent esse frigidiores. quod vtiq̃ accidit propter frigiditatem que exteriorꝝ aeris calorem refugit et ab ipso sicut a suo contrario in terra in interioribus se absondit. Et inde etiam est ꝙ natura quibusdã impotentibus animalibus dedit summam corporis leuitatem: sicut sunt lepores et capreoli: et hoc fecit: quia qui non poterant se saluare a suis contrarijs eis resistendo. se saluarent ab eis fugiendo quibus exemplis vtiq̃ docemur ꝙ a nostris contrarijs debemus fugere: ꝛ ne forsitan succumbamus ab eis cautius resilire. Constat enim ꝙ sumus impotentes et inualidi. et ad resistendum tentationibus ꝛ tribulationibus valde debiles et infirmi: et ideo non habemus remedium nisi qõ prudenter fugiamus: et ꝙ a peccati occasionibus caueamus. Exemplo Joseph quo relicto in manu domine sue pallio ab ipsa fugit et recessit. vt sic de ipso et de quolibet fugere volente posset dici illud Amos. ij. Robustus corde inter fortes nudus fugiet. Et de quolibet exponatur illud Psal. Mare vidit ꝛ fugit: Jordanis conuersus est retrorsum

Debet dico habere firmitatem ⁊ cōstantiam quod ostenditur cum dicitur. Ecce vir: quia scz illi qui diligunt se: debet esse viri. i. in amore constantes et perfecti. Iste eīm funis non debet modica occasione rumpi. Juxta illud Sen. Sic diligamus quasi desinere non liceat. Quāuis multi possunt dicere illud Hiere. xx. Tabernaculū meū vastatum est: oēs funiculi mei dirupti sunt. Iste est funis amicicie et dilectionis. Sicut enim nauis funibus vnitur. et cuz funibus velū erigit. per funes tota nauis ad portum applicat. Sic vere nauis anime vel ecclesie funibus vere dilectionis ad portū paradisi trahitur. Ue lum cordis nostri cū funibus amoris sursum erigitur. Et tota vita nostra talib⁹ funibus regitur ⁊ dirigit ꝛc. ¶ Item debet habere honestatem et decentiā q̄ ostenditur cum dr. cuius erat species quasi species eris quia illi qui se diligunt ꝑsertim ecclesiastici debent esse ereidest per bone ⁊ cōmendabilis vite apparentiā et existētiam. sicut es q̄ est splendidū et rutilū. chorusci ⁊ alter alterius mutui amoris officio decenter ⁊ honeste vtī figurati in vasis ereis quevsui tabernaculi fuerunt ꝛpta. Exod. xxvij. Diavasa ex ere fabricabis. Sz probdolor sunt multi quoꝝ scelerata societas nō est splendida per decentiam et honestatē sed oino tenebrosa per malitiam ⁊ iniquitatē: quib⁹ iuste potest imꝓcari illud. Esa. v. Ue qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Item debet habere puritatē ⁊ mūdiciam q̄ ostenditur cum dicit. Funiculus lineus in manu eius q̄ illi qui se diligūt: debent habere funiculū lineū: qui est albus et purus: in manib⁹. i. in omnib⁹ operationib⁹. i. debent omnia opera sua equitatis et pietatis funiculo metiri et ligare vt sic quilibet eoꝝ possit dicere dño illud. ꝑs Semitā meā et funiculū meū inuestigasti. Sz reuera sunt consortia malozū que habent in manu funiculū non lineū sed neruiciū nō album et purus: sed squalidū et cruentatū. nō vt opera sua pietatez iustitia sed crudelitate et malicia cōglobent. Et tales sunt maxime tyranni ⁊ eoꝝ officiales: raptores ⁊ auari: qui vel subditos et pauperes multis iniurijs ⁊ exactionib⁹ illaqueant ita vt miseri oppressi crudelibus illis ꝛrectores dirigant illud ꝑs. Funes extenderūt in laqueū ꝛc. vel per malam cōsuetudinem obstinati se nullis patiūtur religionis vel honestatis funibus vinciri. sed oēs funes rūpunt: sicut de sansone dicitur. Judic. xvj. Non sic charissimi: sed simus amicicie fune sic ligati. vt habeam⁹ in animo constantiā ⁊ firmitatē. Ut. in cōuersatione decentiam ⁊ honestatē. Species eris. in opere mundiciā et puritatē. funiculus lineus ꝛc. dilata si placet. ¶ Ad hūc est alius funis obedientie. ſ. ⁊ subiectionis quo ꝛbemus etiam ligari. Sicut enim alia silvestria funib⁹ ligank vt domincntur: ⁊ vt ad volūtatem dñi sui ducantur. ⁊ ne ctiā fugiāt ⁊ diuagētur. Sic funibus obediētie ⁊ diuinozū mandatozū debemus ligari vt. ſ. ad voluntatem magistri nostri dei. ſ. et prelati possum⁹ melius circunduci et in disciplinis ⁊ moribus edomari. Ligemur igitur circa collū funibus humilitatis: dicentes illud. iij. Reg. xx. Ponamus saccos in lūbis ⁊ funiculis in capitibus nostris. Item ligemur circa renes funibus castitatis. vnde Job. xij. Dissolut baltheos regū: ꝓcinxit fune renes eorum. Item ligemur circa coꝝ funib⁹ caritatis. vnde illud. Osee. xj. In funiculis adā trahā eos i vinculis caritatis. Est igitur funis obedientie ⁊ subiectionis. ¶ Est et alius funis penitentie ⁊ remissionis. Sicut enim per funes boies de profundis carceribus extrahuntur per funes onera grauia sursuz ad alta subleuantur. Sic per virtutē penitētie pctōres extrahūtur de fouea et de carcere peccat⁹ eleuātur ⁊ portāiur ad altum edificium paradisi. Unde iste est funis de quo dr. Hiere. xxxviij. Extraxerūt hieremiam funibus de lacu. ¶ Est denicq; funis eterne prouidentie et distributiōis Sicut enim per funes sortes distribuūtur. et hereditates diuidūtur ⁊ metiunk. Sic ꝙ funiculū diuine distributionis ⁊ sue occulte ꝓuidētie ordinatiōis: hereditas paradisi nobis distribuitur: et vnicuiq; ꝛm propria merita certa sibi portio dispensak Et de talibus funibus loqtur in ꝑs. dicēs. Funes ceciderūt mihi in preciaris: etenim hereditas ꝑclara est mihi Et illud ꝑs. Sorte diuisit eis terram funiculo distributionis. Sic ergo patet quadruplex funiculus bonus. ¶ Secūdo dico q̄ multiplex est funiculus malus. In malo enim significato per funem intelligitur quelibet mala ligatura. Et sic ꝙ funem intelligitur ligamen.

Cupiditatis. Carnalitatis Indurate obstinatiōis. Eterne dānationis.

Ligantur eīm auari funib⁹ cupiditatis. Auaricia eīm ē quidā funis: qui cū hoicm ligauerit ita fortiter eū stringit q̄ vti ꝓpriis manib⁹ ad aliquid largiendum ipm aliqualiter nō permittit. Unde de isto fune dr Judi. xv. Ligauerūt sanson duob⁹ nouis funib⁹. Duo eīm funes significant duplicē auaricia. ſ. male acquirēdi: et male acquisita seruādi. qui quidē dicunk nouī ꝓpter hoc q̄ auaricia dicit innouak. qz ꝛm Senecam. Ceteris vitijs in senectute senescentibus: sola auaricia inuenescit ¶ Item ligātur luxuriosi funibus carnalitatis. Actus enim et nutus ꝓcantus ⁊ gestus mulierū sunt quidam funes quibus homines per malas cōplacentias alligātur. Unde mala mulier fertur dixisse iuueni luxurioso. Prouer. vij. Intexui funibus lectū meū. ¶ Itē ligātur peccatores funibus obstinationis. Male eīm cōsuetudines sunt quidā mali funes quibus hō per obstinationem taliter ligatur q̄ vix potest a malo amplius resilire. Isti sunt funes quib⁹ ligatus fuit sanson a ꝑdalida De quibus dicit. Judic. xvj. Si ligat⁹ fuero septem neruciis funib⁹ ero infirm⁹ sicut ceteri homines. Septez enim funes sunt septē crimina mortalia: quib⁹ si bō ligat⁹ fuerit et ꝛ illis ꝙ obstinationē ⁊ malā cōsuetudinē implicatus ihe procerto taliter fiat ꝑualiter infirmus q̄ alicui tētatiōi nō poterit cōtraire. ita q̄ tūc poterit dicere cuz ꝑs. Funes peccatorū circūpleri sunt me. Isti sunt funiculi quibus Hieremias fuit submissus in lacum Hiere. xxxviij. Submiserūt hieremiam funib⁹ in lacū ideſt in infernū. De istis igitur funib⁹ dicit ꝓuerbi. v. illud ꝓallegatū. Iniq̄tates sue capiūt impiū et funibus peccatorū suoꝝ quisq; constringit. ¶ Itez ligantur damnati funib⁹ damnationis. Eterna enim damnatio est quidaz funis: ⁊ quoddā indissolubile vinculum. quo qui ligati fuerint nequeūt amplius deligari. Iste est enim funis quo suspēdunk latrones ideſt ꝓcatores. Unde. ij. Regum. xxij. Funes inferni circunderunt me. Iste est funiculus ad occidendum. De quo loquitur. ij. Regū. viij. Mensus est scz david duos funiculos: vnuz ad occidendū. Idem talibus dr Soph. ij. De qui habitatis funiculum maris gens perditorum. Sic igitur patet quomodo funiculus in bono et in malo signat ꝛc.

Fur Nota q̄ fur est ille qui fraudulenter detinet rem alienā inuito domino. Et breuiter loquēdo quintuplex fur potest inscriptura notari. Est enim fur scilicet dyabolus symoniacus vsurarius: hereticus ⁊ hypocrita. Dyabolus enim furatur animam. Symoniacus furatur prebendam. Usurarius furak pecuniam. Hereticus furak scripturam. Hypocrita furak famaz. Omnes isti dicuntur fures: quia sicut fur subtiliter intrat. in obscuro vadit. solitarius incedit. a nemine vult associari vel videri. in fine tamen suspenditur dum deprehenditur. Sic quilibet istorum in occulto vult facere facta sua. Omnis enim qui male agit odit lucem: et non venit ad lucem vt non arguank opera eius Job. iij. Isti sunt sicut cattꝰ qui melius in obscuro venank. Sunt etiam sicut aues lucifuge que cōmuniter de nocte predantur. Quia breuiter tales nullo modo volunt q̄ videantur nec ingressus nec progressus ipsoruz. Notare ergo possumus breuiter. quod est furtum

Dyabolice monitionis.
Symoniace promotionis.

Ammoniace surreptionis.
Hereticę infectionis.
Sophisticę deceptionis.
Dyabolus enim ꝺr fur nobis animã subtrahẽdo. Ũñ de isto fure ꝺr Joh.x. Fur non venit nisi vt furet:et mactet:et perdat. ¶ Symoniacus ꝺr fur occulte ⁊ fallaciter ingrediẽdo:q; sicut ꝺr ibidem Joh.x. Qui nõ intrat per ostiũ in ouile:alle fur est ⁊ latro. Isti enim sunt sicut quedã false apes que dicũtur fures:que vt dicit. Plin. habent mirabiliter magnũ ventrẽ:⁊ furtiue intrãt alueraria aliena aliarũ apũ:⁊ ipsarũ mella comedũt ⁊ fugantur qñ tamẽ deprehẽdũtur occiduntur ⁊ de alueari eiciũtur. Sic vere symoniaci qui ventrẽ ideſt appetitũ habẽt valde magnũ per ambitionẽ q; sicut ꝺr Prouer. xij. Uẽter impiorũ insatiabilis furtiue hodie subintrãt alucaria ideſt ecclesiastica beneficia et officia. et mella ideſt bona tpalia occulte comedũt ⁊ acquirũt. tales igitur finaliter in tenebras eũcient:⁊ per damnationẽ perpetuã occidẽtur. De isto igit symoniacorũ ingressu ꝺr. Joelis. ij. Per fenestras intrabũt quasi fures. ¶ Item vsurari⁹ dicit fur bona aliorũ occulte⁊ furtiue subtipiẽdo Job. xxiij. Interfecit egenũ ⁊ pauperẽ. de nocte vero erit quasi fur. ¶ Itez hereticꝰ ꝺr fur velũ intellectũ scripture tollẽdo ⁊ subtiliter pervertẽdo. Ideo prelati ꝓtra istũ furẽ vigilare debẽt. q; sicut dicit Luce. xij. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq;⁊ nõ sineret perfodi domũ suam. ¶ Itẽ hypocrita dicit fur bonã famã inuste vendicãdo et bonã intentionez deo furãdo. Et iste furat vt esurientem pascat animã. sicut dicitur prouer. vj. Furat enim. i. sibi appropriat alienã famã: vt aiam suã que vanã gloriã esurit possit aliqua liter recreare. Unde iste est de illis de quibus ꝺr Hiere: xxiij. Qui furantur dei sermones ⁊c. Et breuiter isti fures finaliter suspendunk in inferno per damnationẽ et extra ciuitatẽ paradisi eiciẽtur ⁊ bannienk:q; sicut ꝺr. j. Corin. vj. Neq; fures neq; auari regnũ dei possidebũt ⁊c. Omitto materiã istam q; valde est sterilis.

A **Furor.** Nota q; furor generaliter signat motuz ⁊ feruorẽ fortis iracũdie. Uñ ꝓprie furor est quedam animi passio ex conditiõe ꝓplexionis cholerice generata. Et ideo furor ꝓprie ptinet ad aialia cholerica et iracunda. Transumptiue tñ põt accipi tripliciter in scriptura. Uñ possumus notare q; est.

Furor diuine seueritatis.
Furor humane crudelitatis.
Furor eterne penalitatis.

Primo dico. qõ est furor diuine iustitie et seueritatis. Et iste est furor. i. iustitie feruor quo cõtra pctores mouetur ad ipsos puniendũ ⁊ ad vindictam de eis accipiẽdum vnde. ij. Paralip. xxvij. Magnus furor dñi immittet nobis. Est enim duplex furor iustitie diuine. s. qdaz qui est vtilis ad corrigendũ. Et quidã qui est implicabilis ad condemnandũ. ¶ Unus infert mundi tribulationes de quo in ps. Super me confirmatus est furor tuus. ⁊ oẽs fluct⁹ tuos induxisti super me. Et iste est p certo non contẽnendus: sed maxime formidand⁹. Ps. Ab ira tua defecim⁹ ⁊ a furore tuo turbati sum⁹. Puer enim valde timet quãdo patrẽ sentit iratũ qui vult cuz verberare. Quidam enim sunt ita discoli qõ dei minas non metuũt. et ideo necesse est q; pro eis corrigendis furore rigoris vtatur Ezech. xx. In brachio extẽso ⁊ in furore effuso regnabo super vos. Alius furor infert eternas afflictiones. Et iste furor proprie apparebit in die iudicij: quãdo verbũ illud. Prouer. vj. implebit. zelus ⁊ furor viri nõ parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiuscunq; precibus: nec recipiet pro redemptione dona plurima. Deus enim erit tunc sicut leo qõ est animal furibundũ. ⁊ potissime quando perdit predam suam. Tũc enim frendet dentibus tunc cauda terraz verberat tũc signis exterioribus animi furorem ostẽdit. Sic vere in die iudicij: verus leo de tribu iuda radix dauid. s. christ⁹ quando videbit q; predam suã scilicet animas ꝓianas necesse habebit pro maiori parte dimittere. contra peccatores apparebit furibundus. et in summa seueritate iustitie cõstitutus efficiet oĩbus tremebũdus Et ideo contra ipsos frendebit dentib⁹ per dure sentẽtie ꝓmulgationẽ et afflictionẽ Unde Esa. x. Consummabitur indignatio mea ⁊ meus furor super sceler⁹ eorũ. Isti sunt fures tẽ timebat dauid in ps. dicens. Domine ne in furore tuo arguas me. et hiere. x. ꝺr. Corripe me dñe verũtamẽ in iudicio ⁊ nõ in furore tuo: ne forte ad nihilũ redigas me. Aduerte tñ q; furor iste diuine indignationis.,

Habet ardorem inextinguibilem.
Infert timorem inconsolabilem.
Confert laborem intemperabilem.

Istum enĩ furorẽ cõcomitat ardor inceſus. Deut. xxxij. Ignis succẽsus est in furore meo: ⁊ ardebit vsq; ad inferni nouissima. Itẽ ipsum cõcomitat timor intensus ps. Tũc loquet ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo cõtur. eos. Item ipm cõcomitat labor immẽsus. Uñ Hiere. vj. Ideirco furore dñi repletus sum: laboraui sustinens.

Iste est igitur furor iracundie dei.
Qui percutit malos presidentes.
Qui reprimit dure resistentes.
Qui arguit mundi sapientes.
Qui perdit mala machinantes.
Qui detrahit alte presumentes.

De malis presidentibus ꝺr zach. x. Super pastores iratus est furor meus: ⁊ super hyrcos visitabo. De dure resistentibus. i. de obstinatis ꝺr Leui. xxvj. Si ambulaueritis contra me: et ego incedam aduersus vos furore cõtrario. De mundi sapientib⁹ et maxime de malis clericis ꝺr. iij. Regũ. xij. Iratus est furor dñi contra israel De malicios ꝺr Esa. xxxij. Indignatio dñi super oẽs gentes: et furor super vniuersam malicią earũ. De superbis vero ⁊ presumẽtibus ꝺr iob. xl. Disperge superbos in furore tuo: ⁊ omnẽ arroganteẽ humilia Patet igitur q; est furor superne autoritatis. Judiciarie potestatis. Et iste est furor. i. austeritas rigoris quẽ prelat⁹ contra proteruos exercet. Unde illud predictũ Prouer. vj. zel⁹ et furor viri non parcet in die vindicte ⁊c. Hic est igitur furor diuine seueritatis. ¶ Secundo dico. qõ est furor humane crudelitatis. Et sic furor idem est quod ira vindicta. sęuicia ⁊c. Iracundi enĩ cõparãtur animalib⁹ feribundis eo qõ scilicet in suis iracundijs nõ seruant ordinem rõnis: sed potius motu brutali mouẽtur. Unde in ps. dicit. Furor illis ꝑm similitudinẽ serpentis. sicut aspidis surde ⁊ obturantis aures suas. Et notandum qõ istũ furorẽ inducit quãdoq; mũdi ꝓsperitas. Sicut enim abundantia humoris causat febrẽ. febris vere furoẽ solet inducere. Sic vere humores bonorũ tpaliuz quos solent inducere. ⁊ exinde solet furor iracundie. superbie et seuicie prouenire. Sicut enim dicit Plin. Semen iusquiami moderate sumptũ furorem et amentiã inducit. quod etiã facit semen cozandri si immoderate comedat vt dicit idem que tamẽ moderate sumpta fuerint medicinalia sunt ⁊ bona. Sic proculdubio charissimi: semina bonorũ tpaliuz quis moderate et licite eis vtentibus. medicinalia sint et vtilia ad salutem. eis tamẽ male vtentibus scilicet ipa male acquirẽtibus. seruãtibus ⁊ dispensantibus. periculosa sunt et non bona. Inducunt enim furoẽ et ardorem auaricie: iracundie. seuicie. luxurie. ⁊ superbie. quib⁹ mali cõtra alios effrenãtur. ⁊ quibus ad impugnandũ alios incitantur. Quod bene aperuit. Hester j. vbi dicit. Quod assuerus in conuiuio iratus est: et nimio furore succensus deposuit reginam vasti a sua regia maiestate. Sicut enim dicitur prouerbi. xxvij. Ira et non habet misericordiaz nec erumpens furor. Ideo breuiter de talibus furibundis dicitur Eccli. xxix. In furore suo confirmauerunt tormenta sua. Iste est igitur furor humane crudelitatis. ¶ Tertio dico. quod est furor extreme penalitatis Et iste est furor dęmonum deuozantium animas in inferno. qui scilicet sine aliqua misericordia sicut anima lia furibunda peccatores confundunt Unde deu. xxxij. dicitur de damnatis. Dentes bestiarum immittam, in

eos cum furore tra hentiũ super terrã atq; serpentium. foris vastabit, eos gladius. et int⁹ pauor. Et hec de triplici malo furore sufficiant.

A **Futurum.** Cum teste Sene. ad prudentem virum pertineat preterita recordare. presentia ordinare. futura preuidere videtur qõ sicut rector nauis semper respicit ad nauis posteriora. Sic prudens homo semper debet attendere ad illa que sunt posterius et futura. Que debent.

Precaueri. Precauere debes culpas ⁊ scelera.
Sustineri. Sustinere debes factorum aspera.
Abhorreri. Abhorrere debes inferni verbera.
Obtineri. Obtinere debes celorum munera.

Dico ergo primo q; sunt quedã futura que debemus prudenter precauere. Et ista sunt futuri casus tam culpe q; miserie. Qui enim stat videat ne cadat. j. Corin. x. Nullus enim est ita sanctus quin possit cadere. i. petñ si dñs laxat manũ. Et ideo teste Ambro. Nullus debet sibi quicq; vendicare de meritis qui et de preterito meminit se habere qõ doleat ⁊ de futuro videt sibi suprese quod timeat. Per lubricã eñ viam habem⁹ incedere et ideo ne in futurũ cadamus necesse est precauere. Cõstat etiam q; hostis antiquus nobis insidiabitur iuxta illud Math. ij. Futurũ est vt herodes querat aiam pueri. Et ideo oportet q; ipsius futura malicia caueatur. Unde Luc. xxi. Uigilate itaq; omni tẽpore orãtes. vt digni habeamini fugere oĩa ista que futura sunt. ⁊ stare ante filiũ hois. Etiã q; tũ ad tẽporalẽ prosperitatẽ ⁊ ad presentẽ futurã oportet consideratione nostrã in futura prospicere: ⁊ casus fortune que nobis ⁊ aliis possunt cõtingere cogitare. De illo enim maximo fortunatissimoq; rege nabucho. ꝺr. Dan. ij. qõ licet esse pessim⁹: cepit tamẽ in statu suo cogitare quid futurum esset post hec. Et sic ostẽdit sibi dñs visionem statue tam miranda. qz reuera nullus est ita superbus aut mal⁹ quin cogitare debeat de futuris. Eccles. xj. Si annis multis vixerit hõ ⁊ his oĩbus letus fuerit: meminisse debet tpis tenebrosi dierũq; multorũ. De aliis vero q; bonorũ prosperitatem in presenti videmus constat q; semper considerare debemus ad eorũ futura infortunia que sequunk. ⁊ hoc tã ex consideratiõe aliorũ precedentiũ quib⁹ multa contigerunt aduersa q; ex cõminatione scripturarũ que ad cõsiderandũ talia nos hortãtur. dicentes Eccli. ix. Non zeles gloriã ⁊ opes peccatoris. Nõ enim scis q; futura sit illius subuersio. Et breuiter cõcludo. qõ qui habet vir perfectus debet habere oculũ ad futura mala vt ea precaueat. et ad futura bona vt ea perseueranter faciat atq; compleat dicens scz cum illa sanctus anima illud Eccli. xxiij. Creata fum: vsq; ad futurũ seculum non desinã. Et in habitatione sancta coram ipso ministraui: ⁊ in hierusalẽ potestas mea. Istã aut̃ precauentiam. prouidentiaz et cautelã nobis satis videtur dñs tradidisse in ꝑtum nobis abstulit noticiã futurorũ Sicut eñ dicit Eccles. ix. Omnia in futurũ seruank incerta. In hoc eñ voluit nos instruere: vt simus vigiles ad considerandũ per industriã quod scire nõ possumus p naturã. Patet igitur. qõ sunt quedã futura que debemus prudenter precauere. ¶ Hic potes inuebere fivis contra illos qui futura nituñk per scientias scire. s. per septem scientias diuinatorias. Que sunt

Piromantia:	Magis eñ proficit ad salutẽ ig
Aeromantia.	norare futura q; scire cuz ex hoc
Idromantia.	reddatur hõ magis diligẽs atq;
Geomantia.	cautus ⁊ maxime qz ad dñm spe
Spatulamãtia.	ctat propne noticia futurorum
Augurimantia.	Solius est proprium scire futu
Extamantia.	ra dei. Et Esaie. xlj. dicitur. An

nunciate que ventura sunt: et dicemus, qz dij estis vos Ista sunt igitur futura que debemus prudenter precauere. ¶ Secundo dico quod sunt quedam futura que debemus potenter sustinere. Et ista sunt future aduersitates ⁊ mors. Dicit enim scriptura quod non contristabit iustum quicquid ei acciderit. prouer. xij. Uir eñ perfectus semper debet esse indifferens ad subeundũ futura prospera vel aduersa. Mulꝰ enim est in tanta gloria constitutus. quin ꝑm occulta dei iudicia tribulationibus et miseriis obnoxius fortitan sit futurus. Unde abrahe, eximio patriarche dictũ fuit Gen. xv. Scito p̃noscens q; peregrinũ futurũ sit semen tuũ in terra non sua: subiicient eos seruituti et affligent. Et ipsi de filio dicitur Hieremi. xxij. Maare inquit sicut colonus futurus es in terra: et quasi viator declinans ad manendũ Talia igitur futura debemus sustinere. ¶ Tertio dico qõ sunt quedam futura que debemus stupenter formidare. Et ista sunt dei iudicia ⁊ infernus. que in futuruz seruantur iniquis. Carnifex enim animalia sua pascit. vt in futurũ occidat. Sic dyabolus malos ⁊c. Ista figurantur in illa arbore fici. Luce. xxij. de qua dicitur agricole. quod nisi fructum fecerit: in futurum succidat eã Ideo antiocho in persona cuneorũ dicitur. ij. Mach. vij. Tu autem non existimes tibi impune futurũ qõ contra deum pugnare tentaueris. Ista sunt igitur futura que debemus stupenter formidare. ¶ Quarto dico qõ sunt quedam futura que debemus ardenter affectare. Et ista sunt gaudia paradisi. Ista est enim differentia inter bonos et malos quia mali semper preponunt sibi et semper sperant ⁊ anhelant ad futuram prosperitatẽ et tamen ipsi incurrunt futuram aduersitatem. Boni econuerso timent et preuident futures aduersitates. et ideo ipsis a deo reseruantur future prosperitates et felicitates. que bene figurate videntur in duobus seruitoribus pharaonis in carcere deputatis simul: sed diuersimode somniantibus de futuris. quia scilꝫ pistor vidit tria canistra. et omnia ciborũ genera. ⁊ desuper volatilia comedentia: qui tandem patibulo fuit suspensus. Pincerna vidit vitem et tres propagines vuaq; maturas erũpentes: quas in calice pharaonis exprimebat et poculum regi dabat. et iste fuit ad pristinum officiũ restitutus. sicut ponitur Gen. xl. Isti enim duo significant malos ⁊ bonos: mũdi carnis carcere nunc ꝛtentos. Uterq; enim licet diuersimode somniat. ⁊ quilibz de futuris cogitat atq; tractat. Et ideo dispar salariuz vnusquisq; reportat Mali enim qui per pistorem intelliguntur non somniãt nisi canistra farine cibos ⁊ volucres ideſt diuitias ⁊ honores. Diuitie eñ significantur per canistra farine que faciliter dispergunter. delicie per cibos quibus corpora delectantur. honores per volatilia que superius erigũtur. Breuiter eñ oĩa somnia ideſt omnis spes et cura futurorũ apud ipsos malos vertitur circa ista. Sed reuera ⁊ futurũ premiũ contrariuz datur istis. quia scz quãdo isti de carcere mundi extrahuntur: statim inferni patibulo suspendũtur. Prouer. xxiij. Non habent futurorũ spẽ mali: ⁊ lucerna impiorum extinguet. Boni vero qui intelliguntur p pincernã ponunt corsuum atq; curã ad vitem cũ tribus propagimbus. i. ad fidem trinitatis tenendã atq; credendaz et ad vinũ consolationis in calice tribulationis pauperum propinandũ et exinde regem ꝛm letificanduz. vt vinuz letificet cor hominis. ps. ciij. Mus propter istiꝫ in futurum beatificanturi: ⁊ ad ꝛpi ministerium admittũtur. Et ita boni possunt modo dicere illud Rom. viij. Non sunt condigne passiones huius tẽporis: ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Et merito: quia procerto tunc iusti erunt, cum illo personaliter. qui est pater futuri seculi. princeps pacis Esaie. ix. Et sic patz quod est vnum futurum.

Incelis triumphantium.
In inferno lamentantium.
In mundo vacillantium.
Nocina meditantium et precauentium.

Adhuc est vnũ futurũ. s. dissolutorũ in operibus virtuosis procraſtinantiũ ⁊ negligentiũ. qz scilicet multi sunt qui in presenti nolũt bonũ incipere sed semper procrastinare et in futurum differre: et quãdoq; ex toto solẽt dimittere ⁊ oblioni dare Eccles. ij. Futura tpa cũcta oblione pariter operient ⁊c. Unde de Crastino et de post

et pos... ...erius ⁊ filius ⁊c. Sufficiāt. iaz dicta de futurū.
Explicit littera. f.
Incipit litera. G.

A **Gabaa.** Nota: q gabaa interpretatur vallis eius vel prochuiū eius. Et est gabaa nomen ciuitatis de tribu beniamin. de qua fuit. Saul. Et potest significare in bono et in malo. In bono signat ecclesiaz vel statū religionis vbi est vallis. i. hūilitatis ⁊ descensus. In malo signat mundū vbi est prochuiū in iq̄tatis decursus. Signat igitur gabaa hūilitatis statuz Iaz in gabaa archa reponit. In gabbaa buccina canitur. De gabaa principes eligitur. Sic vere in valle hūilitatis. i. in statu vel in mēte humili reponitur archa diuine legis. j. Regū. vij. Venerūt viri chariathyarim et reduxerunt archam dñi. et intulerūt eam in domū aminadab in gabaa. Erauditur tuba superne legis. s. predicationis oratiōis ⁊ laudis Osee. v. Clangite buccina in gabaa tuba in rama. Eligit princeps hūani gregis quia scz humiles debēt eligi in principes nō superbi. ij. Regū. xxj. Gabaa saul quondā electi dñi. Et. j. Reg. xj. dicitur Quod saul qui erat rex moabak in gabaa q̄ quilibet scz rex vel princeps debet invisile humilitatis mancre. signat igitur statū humilitatis. ¶ Secūdo dico q̄ pōt significare statū cupiditatis. s. mundū qui est vallis miserie ⁊ nequicie semper tendēs et declinās ad ima. Est enim gabaa. i mūdus. locus.

Luxurie et crudelitatis.	De carnalitate cōstat
Superbie et pompositatis.	q̄ros leute in gabaa
Tristicie et aduersitatis.	fuit fedata. Judic. xix.

De pōpositate constat q̄ domus superbi regis saul in gabaa fuit parata. j. Reg. xv. Saul descendit in domū suam in gabaa. De aduersitate vero constat: q̄ ciuitas gabaa fuit finaliter deuastata sicut patet Judic. xx. s. pter scelus luxurie ⁊c. sufficit.

Gabaon. Nota q̄ gabaon fuit ciuitas gentiliuz que q̄uis iudicata fuisset q̄ p filios israel deleretur. gabaonite tñ p̄sentientes hebreorum aduentū. longe uerunt eis obuiā fingentes se esse de alio populo q̄ de illo cuius terra hebreis erat cōcessa: ⁊ in testimoniū longinquitatis acceperūt panes siccos et antiquos. vestes diruptas ⁊ consumptas. calciamenta dirupta atq̄ fracta. acsi de longe venissent et in via diutius remansissent. Sic igitur pacem cū hebreis impetrauerunt quā eis iurauerunt. tandē cognita pia fraude frangere noluerūt: sed eos secū viuere pmiserūt ipi⁹ tamen ad templi seruitutē ordinauerūt ⁊ subiecerunt: et in cultū diuini nominis receperunt. sicut ponitur Josue. ix. Tabernaculū autē moysi cum altari eneo fuit tandem positū in excelso gabaon. vbi vsq̄ ad tēpli fabricationē fuit locus orationis. sicut bene patet. ij. paralyp. j. Dicam igit breuiter. q̄ gabaon que interpretatur vallis tristicie potest significare multa. s. pniam et conuersionem. vbi scz est tristicia de peccatis. q̄ etiā gabaonite de ritu gētili ad diuinū officiū cōuersi sunt et cum signis penitentie ⁊ humilitatis se liberauerunt sicut patet vbi supra. Item sapientiā ⁊ discretionē. q̄. s. prudentissime cogitauerūt de illa pia deceptione. Item concordiam et federationē. Unde ipsi dixerunt seruitꝰ stri sumus pactum inite nobiscum. Itē obedientiam ⁊ subiectionē quia subiugati seruituti tabernaculi. Itez reuerentiam ⁊ religionem: quia scilicet in gabaon fuit tabernaculum Sicut dicit. ij. Paralyp. j. Item celi gloriam et dei visionez. q̄ sicut dicit iij. Reg. ix. Apparuit dominus salomoni sicut apparuerat in gabaon. Item eminentiam ⁊ mentis elevationem. iij. Regū. iij. Ābijt salomon in gabaon vt immolaret ibi. Istud enim erat excelsum maximum ⁊c. sufficit.

Galaad. Interpretatur cumul⁹ testis. Et est galaad locus montuosus in terra israel. vbi iacob ⁊ laban sibi mutuo intrauerunt. Potest igit galaad significare ecclesiam militantē. vbi inter iacob et laban. fidelem scilicz ⁊ ydololatraz iudeū et gentilem facta est in vnitate fidei confederatio siue liga. ⁊ vbi cumulus scz moys ⁊ passio xpi testis est fidei xpiane ⁊ adimpletionis iuramenti quo deus iurauit patrib⁹ nris datorū se nobis. Et aduerte q̄ iste galaad est locus.

Diuine possessionis.	Iste em galaad. i. ecclesia
Preclare cognitionis.	vel religio est specialis dei
Excelse prelationis.	possessio. ps. Meus est ga
Perfecte curationis.	laad ⁊ meus est manasses
Fraterne compassionis	et effraym susceptio capi
Mortalis tentationis.	tis mei. Item ibi est visua

Triūphalis victorizatiōis. lis dei cognitio. s. per contemplationē. ij. Reg. xvij. Castrametatus est israel qui interpretat vidēs deū in terra galaad Itē ibi supra. ⁊ alta p motio. hiere. xlvj. Ascēde galaad ⁊ tolle resinā Item ibi est virtualis culpe curatio. q̄ scz ibi sunt remedia sacramentorū quibus anime meditātur Hiere. viij Munquid resina non est in galaad: aut medicus nō est ibi. Item ibi est paternalis ⁊ pia compassio q̄ scz ibi exercentur opera pietatis. sicut de sepultura mortuorum ij. Reg. ij. dicitur. q̄ viri iabes galaad sepelierunt saul. Item ibi est mortalis hostis tentatio qui. s. mūdus caro demonia ibi contra nos pleliantur. Unde de Haas dꝰ j. Regū. xj. Haas amonites pugnare cepit cōtra iabes galaad Et dicitur ibi q̄ oculos eorum dextros volebat eruere. Bellū etiam regis syrie contra regem israel fuit factum in ramod galaad. sicut dicitur. ij. Paraly. xxij. Itē ibi est triūphalis victorizatio. Judi. xj. fuit tpe illo iepte galaadites vir fortissim⁹ et pugnator. ⁊c. sufficit.

Gad. Interpretatur succintus latro vel accinctus latrunculus. Fuit autem gad vnus de filijs Jacob sicut dicitur. Gen. xxx. Fuit etiam alius tempore dauid: sicut dicitur. j. Regum. xxij.

Galylea, Galyleus. Nota. q̄ galylea fuit quedā portio terre chanaan que a Josue et filijs israel fuit acquisita et in vsum filiorum israel conuersa. Interpretatur autē galylea rota vel volubilis: transmigrās vel trāsmigratio facta: Galdleus vero interpretatur trāsmeans volubilis vel rotatus. Notare ergo possumus q̄ per galyleā potest intelligi Status ecclesie et p̄fectionis. Status mundane opulentie et corruptionis. Status celestis glorie et saluationis. ¶ Primo igitur dico quod per galyleam potest intelligi status ecclesie vel religiōis. Ista enim potest dici transmigrans vel transmigratio quia scilicet religio vel ecclesia ad modū rote volubilis nūq̄ in eodem persistit semper enim est in motu tribulationum: et in profectu virtutū et in quadam transmigratione de hoc mundo ad patrem quia breuiter ista galylea. s. religio vel ecclesia nō est nisi quedam via: quidaz transitus. et quedam transmigratio ad eundem in celum Esaie. ix. Aggranata est via maris transiordanem galylee gentium. Unde de christo et de discipulis dicit. Marci. ix. Quod profecti pretergrediebantur galyleaz Unde quod etiam per galyleaz intelligitur ecclesia patet Act. ix. Ubi dicitur. quod ecclesia per omnē iudeaz et galyleam et samariam habebat pacem. Et aduerte. q̄ in ista galylea. scilicet in religione: et ecclesijs debent habitare ser genera personarū. s.

Contemplantes subtiliter rerum negocia.
Refutantes viriliter hostis imperia
Predicantes vtiliter dei iudicia.
Defensantes salubriter fratrum consortia.
Conuersantes communiter et cum leticia.
Habitantes simpliciter et cum iusticia.

Est igitur ista galylea regio subtiliter contemplantiū quia scilicz ibi debent habitare prophete. i. viri spūalia contemplantes. Mathei. xxj. Hic est Jesus propheta a nazareth galylee. In ista enim galylea per fidem ⁊ cōtemplationem et non alibi videtur deus Math. xxviij. Precedet vos in galyleam ibi cum videbitis. ¶ Item ista est regio viriliter resistentiuz. Unde de nabuchodonosor qui signat dyabolū dr Judith. j. Mō ipse misit nūcios suos ad illos qui erant in galylea. q̄ri omnes vnā

animo con tradixerunt ei. ¶ Itē ista est regio vtiliter p̄dicantiuz. Un de xpo dr. Math. iij. Mō ipse circuibat totā galyleā docēs in synagogis eorū. Et Luce. iij. dicitur. Quod ipse erat predicans in synagogis galylee.

¶ Item ista est regio saluditer adiuuātium q̄ scz viri ecclesiastici debent alterutrū adiuuare. j. Mach v. Dixit iudas symoni fratri suo. Libera fratres tuos q̄ sunt in galylea. ¶ Item est regio cōiter viuentiū ⁊ cōuersantium. vnde Joh. ij. dicit. Quod nuptie facte sunt i chana galylee et erat mater ihesu ibi. vocatusq̄ est ihesus ⁊ discipuli eius ad nuptias. ¶ Itē ista est regio simpliciter habitantiū. Unde de natidanacle qui interpretat datꝰ a deo et de quo scribit Joh. j. Hic est vere israelita i quo dolus non est: dicitur Joh. xxj. Quod nathanael erat a chana galylee. Breuiter igitur dico. q̄ oēs isti galylei dicuntur. qui transire ⁊ nō manere per mundū volui ⁊ rotari in laboribus cōprobantur Act. ij. Oēs isti qui locuntur galylei sunt. Sed procerto probdolor ista galylea habz hodie alios habitatores nō tales. Nam Joh. vij. dicitur. Quod prophēta a galylea non surgit. Et. j. Mac. v. Quod galylea repleta est alienigenis Signat igitur galylea statū ecclesie ⁊ perfectionis. ¶ Scōo dico q̄ signat statū nequicie et dānationis. s. statuz mundi seu peccati. q̄. s. et mūdus ⁊ petrū nunq̄ in eodē stāt immo ⁊ mēte et re semper volūtur et rotātur. In galylea imperauit herodes ⁊ ibi fuit tetrarcha. sicut dicit. Luce. iij. Istā galyleā pertransiuit christus q̄ sicut dr. Joh. vj. Ābijt ihesus trans mare galylee q̄ est thyberiadis. q̄ scz in isto mūdo mali solent regnare. boni xo in de recedere et abire. signat igitur statū mūdane nequicie et dānationis. ¶ Tertio dico. q̄ pōt significare statū celestis glorie ⁊ saluatiōis. Usi de xpo ascendēte pōt dici illud Joh. xiij. Ābijt iterū in galyleā et Mat. xxvj. Cū autē resurrexero precedā vos in galyleā ⁊c. Uiri galylei quid admiramini aspiciētes in celū ⁊c.

Gaudium, gaudere. Nota q̄ gaudiū idem est quod letitia exultatio. iocunditas. et mentis dilatatio. Et est gaudium multiplex in sacra scriptura inuenitur enim gaudium.

Internum.	Gaudiuz internū est iocūditas spūalis.
Externum.	Gaudiū externū est iocūditas tēporalis
Eternum.	Gaudiū eternū est alacritas supnalis.

Primū est gaudiū iustorū quod mentē perficit.
Secundū est gaudiū malorū quod mentē inficit.
Tertiū est gaudiū sanctorū quod mentē reficit.
Dico igitur primo q̄ est gaudiū internū ⁊ cōmendabile. ⁊ istud est letitia spūalis qua scilz hō gaudet in dño ¶ Unde possum⁹ notare q̄ sicut hō temporaliter gaudet de periculi euasione. de magni hospitis receptione. de lucri acquisitione de grate societatis adiunctione. sic bonus et iusti spiritualiter letātur ⁊ gaudēt q̄si cōsiderāt q̄ peccati. mūdi. ⁊ inferni pericula euaserunt. dicentes dño illud ps. Cōuertisti planctum meum in gaudiū mi. cō. sac. me. et cir. me leticia. ¶ Itē gaudent iusti q̄si cogitāt q̄ summū hospitē deum in corde suo per gratiā receperūt tunc enim dicunt illud. Esa. lxj. Gaudens gaudebo in domino. q̄ sicut dicit Job. xx. Gauisi sunt discipuli viso dño. Et bene apparuit Luc. xix. de zacheo recipiēte xpm vbi dicit. At ille excepit eū gaudēs in domū suā. ¶ Itez gaudēt iusti q̄si perpēdūt q̄ lucrū eterne glorie meruerunt. Et istud est gaudiū spei q̄ sancti iam gaudent de spe future glorie quaz expectant. Unde Rom. xij. Spe gaudētes in tribulatione. ¶ Item iusti gaudēt q̄ndo vident q̄ per gratiam in qua sunt. societatē dei. sanctorum et angelorū acquisierunt. Ista est enim magna leticia viro iusto q̄si scz cogitat se esse per gratiā ⁊ in sanctorum sociū et amicū Unde dicit Eccl. xlv. Venerūt tres toseph. ⁊ gauisus est pharao ⁊ omnis familia eius. Istis procul dubio quatuor rōnibus gaudet vir iustus ⁊ in dño spūaliter iocūdatur. Juxta illud q̄ dicitur Ecclesiastes. ix. Unde igitur ⁊ comede in leticia panez tuum et bibe in gaudio vinū tuū. q̄ deo placēt opera tua. Et ideo breuiter de isto spūali gaudio possum exponere illud Mathei. ij. Uidētes stellā gauisi sunt gaudio magno valde: et intrantes domū inuenerūt puerū cū Maria matre eius. Et videte q̄ in hac autoritate quatuor ostēduntur que vbēt gaudiū generare sicut ad sensum apparet. Ille enim qui est in tenebris debet gaudere q̄n lumē oīditur. ⁊ hoc notatur in verbo. videtes stellam. Peregrinus solz gaudere q̄n in hospitio noctu recipit ⁊ hoc notatur q̄n dicit Intrātes domū Ille qui aliquid querit solet gaudere. q̄n res quesita ei porrigitur et hoc notatur quando dicitur. Inuenerunt puerum: Ille qui est solus solet gaudere quando bona societas ei adiungitur quod notatur cū dicit. Cū maria matre ei⁹. Istis quatuor modis gaudent spūaliter viri iusti. Gaudent enim. quando sunt liberati a criminū obscuris tenebris quādo scz sunt videntes stellā ⁊c. Quādo sunt collocati in fidei securis sedibus quādo scz intrauerūt domū ecclesie per fidem. Quādo sunt quietati a laboris sedulis motibus quādo scz inuenerūt quod querebant. Mñ scz sunt cōbinati cū supernis ⁊ celi ciuibus q̄n. s. iam habēt puerū cū Maria matre eius. ¶ Duo istoꝝ pertinent ad statum vie. alia duo ad statum patrie. In via cū gaudent sancti quādo se vident per gratiā illustratos. ⁊ q̄n se vident per fidē in domo ecclesie receptatos. In patria vero letantur quando iam inuenerūt quod quesierāt. ⁊ q̄n iaz sunt in societate quā amauerāt. ¶ Dico igitur q̄ gaudendū est cum quis per gratiaz illuminatur. videntes inquit stellaz. Lux enim est maxime gaudij causiua. Et ideo ceci qui non vident lucem: sunt vt cōtēr semper tristes. Juxta illud Thob. v. Quale gaudiuz mihi est. qui in tenebris sedeo. ⁊ lumen celi non video. quasi dicat nullum. Sic procerto sine lumine gratie nullus potest esse gaudium spirituale. Et ideo illi qui per peccatum isto lumine sunt priuati. sunt vt cōmuniter tristes. timidi. desolati. Peccatores enim nunq̄ perfecte gaudent quia semper portant causam secuz tristitie. scz remorsum conscientie pro criminibus que fecerunt ps. Non gaudebit inimicus meus super me. Sed procerto iusti gaudebūt q̄ se vidēt per gratiā illuminatos ⁊a cecitate criminū liberatos quod bene apparuit Act. viij. vbi dicitur. q̄ ille eunuchus post q̄ fuit baptizatus et per fidem illuminatus ibat per viam gaudens. videtes igitur stellam gauisi sunt. Et ideo ⁊ isto gaudio spirituali potest dici illud Hester. viij. Judeis noua lux orta visa est gaudiū. honor: ⁊ tripudium. Tunc enim. scilz quādo est illuminatus gaudet iustus multa rōne. vicz. Quantū ad se quē sentit sanatū. Quantū ad proximū quem videt saluatum. Quantū ad deū quē credit placatum. ¶ Gaudet dico q̄ tuz ad se quem sentit sanatuz Infirmus enim summe gaudet quādo videt periculuz vbi fuit. ⁊ sentit q̄ euasit. Scit enim q̄n dr Eccl. xxx. Non est census super sanitatem corporis. ⁊ non est oblectatio super cordis gaudium.

Gaudet enim iustus.
In amara contritione.
In spei consolatione.
In bonorum associatione.
In laborum toleratione.
In penitentie maceratione.
In diuine laudis iubilatione.
In diuine scientie acquisitione.

Gaudet dico vir iustus in contritionis amaritudine. Mulier enim que de nouo concepit: magis gaudet in saporibus acetosis q̄ dulcibus. Sic etiam anima que per fidem et deuotionem concepit xpm. vñ prouerbio. xiij. Cor q̄ nouit amaritudines anime sue: in gaudio eius non miscebitur extraneus. Contritio enim semper habet timorem admixtū qui etiam gaudiū generat in timente. quia sicut dicitur Eccle. j. Timor domini delectabit cor: et dabit leticiam et gaudiū. Item gaudet in spei consolationis certitudine Luce. x. Gaudete et exultate. q̄ nomina vestra scripta sunt in celis. Item gaudet in honorū associata multitudine Rom. xij. Gaude

Universidad de Deusto
Biblioteca

re cū gaudētibus. Itē gaudēt in laborū pressura mestitudine. Act. v. Ibant apostoli gaudētes a cōspectu concilij. quoniā digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati et iacob. j. ¶ Me gaudiū existimate fratres mei cū in tentationes varias incideritis. Item gaudet in pententie austera artitudine Hiere. xxxj. Cōuertaz luctū eorū in gaudiū. Itē gaudet in sancta rectitudine Prouerb. xxj. Gaudiū iusto facere iudiciū. Itē gaudet de diuine laudis pulcritudine. vnde de hierusalez. i. de anima bona dicitur Esa. lj. Gaudiū et letitia inueniet in ea. gratiarū actio et vox laudis. Itē gaudet de scientie acquisita plenitudine Esa. xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Taliter autē gaudet vir illuminatus per gratiam ꝑ tum ad se quem sentit sanatum. ¶ Gaudet etiam vir iustus ꝑ tum ad proximum quem sperat saluatum. Justi enim valde gaudent in bonis aliorum iustorum et maxime quando eos vident.

A vitijs diuertere deuz diligendo.
Pacifice conuersari simul assistendo.
Unitatem coniungere idem sapiendo.
Ueritatem diligere nunq̄ mentiendo.

De aliorū conuersione dicitur in Psal. In cōuertendo dñs captiuitatē ſpon facti sum⁹ sicut consolati. tunc repletum est gaudio os nostrū ¶ De pacifica conuersatione dicit. prouerbi. xij. Qui suscipit pacis consilia: sequitur eum gaudiū. ¶ De vnitatis federatiōe dz. phyl. ij. Implete gaudium meū vt idem sapiatis. ¶ De vnitatis dilectione dz. j Chorint. xiij. Non gaudet sup iniq̄tate: congaudet autē veritati. Taliter igitur gaudet vir illustratus per gratiaz ꝑ tum ad proximum quem sperat saluatum. ¶ Gaudet denicq̄ iustus ꝑ tum ad deum quem credit placatum. Et sic dico quod ipe gaudet in domino.

De incarnatione superni numinis.
De reparatione interni hominis.
De acquisitione moralis regiminis.
De consolatione finalis luminis.

Dico ergo ꝙ iusti gaudent de verbi incarnatione Luc. ij. Euāgelizo vobis gaudiū magnū qđ erit omni pplo: qz natus est hodie saluator mūdi. ¶ Item gaudent de mentis reparatione Luce. xv. Epulari autez oportebat. qz frater tuus. s. hō interior mortuus fuerat et reuixit. ¶ Item gaudēt de virtutū acquisitione Esai. lxj. Gaudens gaudebo in dño. qz induit me, indumēto salutis. ¶ Item gaudēt de finali saluatione Mathei. v. Gaudete in illo die quoniā merces vestra multa est in celis. Et Phil. iij. Gaudete dico in dño semper iteruz dico gaudete. Sic igitur gaudet vir per gratiaz illuminatus. Uidentes inquit stellam gauisi sunt. j. Reg. vj. Uiderunt archam et gauisi sunt. Istud est igitur primum gaudiū iustorū qñ vident qđ per gratiā sunt liberati.

¶ Deniq̄ dico ꝙ iusti gaudēt: qz per fidē sunt hospitati. Intrātes inquit domū. Sicut enī peregrino deuiato et in periculo hostiū cōstituto. magnū gaudiū est quādo potest domū intrare et a periculis hostiū se seruare. Sic proculdubio iustī gaudēt: qz vident ꝙ domū ecclesie per fidē intrauerūt extra quā nō est sal⁹ et extra quā quicūq̄z latronibus infernalib⁹ est subiect⁹. Sicut enī membrū gaudet se esse conjunctū corpori summe vero dolet si ab eo diuidatur. Sic procerto iustus gaudet se corpori xpi mystico esse conjunctū per fidē et summe dz tristari si ab eo separaretur per culpaz qz sicut ouis que extra domū in sero remanet a lupis deuoratur peregrinus qui extra ciuitatē in nocte remanet a latronibus spoliatur obses si extra exierit ab hostibus iugulatur Sic illi qui extra domū castrū et ciuitatē ecclesie sunt per infidelitatē. hostibus latronib⁹ et lupis infernalib⁹ exponuntur. et ab eis per multa vitia deuorantur. Bonum est igitur esse intra domū. Unde Mathei. xxv. Intra in gaudiū domini tui. Quod tñ est contra miseros infideles qui magis gaudent de sua infidelitate ꝙ nos facimus de nostra credulitate. Similes cñ sunt cygno qui est auis fluuialis. qui tunc dicitur cantare et gaudere qñ dz mori. Sises etiā sunt delphinis et spremis et multis generibus piscium qui tunc dicunt in mari gaudere et saltare qñ tēpestas debet insurgere et venire. Tales proculdubio sunt infideles et vt cōter oēs peccatores. quia vere isti gaudēt saltant. tripudiāt et letātur in mari mundane prosperitatis vel in mari. i. in amaritudine peccati. cū tamē ex tali suo gaudio sequat tempestas et mors damnationis eterne vnde de istis dicit Job. xxj. Gaudēt inquit ad sonitū organi: ducūt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descendūt. Non sic charissimi non: sed gaudeamus intrare domū ecclesie. et ibi per fidez et gratiā manere. Juxta illud. j. Machabeorum. xiij. Gauisi sumus in introitu. Quia vere charissimi summū gaudiū iustorū est quādo vident ꝙ per fidem sunt hospitati. Intrantes inquit domū. ¶ Insuper dico qđ iusti tūc potissime gaudēt quādo per gloriam sunt saturati seu quietati. quod ostēditur cū dicit. Inuenerūt Sicut enim ceruus summe gaudet qñ post multam sitim inuenit fontē. canis tunc gaudet et saltat qñ post multū cursum inuenit predā. laborās tūc gaudet summe et exultat qñ post laborē inuenit quietē. sic vere sancti tūc tēporis summe letātur et gaudēt. qñ post mūdi labores et dolores. post fitim. famē. penuriā et miserias fontem predā et quietē inuenīūt gloie paradisi. Tunc enim recreantur et satiātur. tūc quietātur et psolantur. tūc letātur et delectātur. Ūñ et gaudio istius inuentionis dicitur Luce. xv. Congratulamini mihi. qz inueni dragmā meā. Et Mathei. xiij. Mō simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro: quē qui inuenit hō abscondit: et pre gaudio illius vadit etc. Tale gaudium charissimi, nō est in hoc mūdo sed in gloria qz vere mūdi gaudia non sunt in inuentione sed in cōtinua querē di inuestigatione cū enī vnū habetur: aliud semp̄ queritur et ambitur, nunq̄ enī ibi est perfecta inuentio. immo quidā continuus labor et muestigatio. In paradiso vero est contrariū qz ibi perfectissime inuenit qđ diu in hoc mundo querebatur. Et ideo epulari et gaudere oportebat. quia frater tuus scilicet paradisus pierat sez ꝙ tum ad te et inuētus est Luc. xv. Unde isti dicūt illud Treñ. ij. Hoccine est vrbs perfecti decoris. gaudium vniuerse terre. Sequtur. En hec est dies quā expectabamus. inuenimus et vidimus. Et illud predictū Esa. ij. Gaudiū et letitia inuenietur in ea. gratiarū actio et vox laudis. gaudent igitur iusti qñ sunt per gloriā quietati Inuenerunt. ¶ Rursum dico ꝙ sancti gaudēt. qz sunt optime sociati: qđ ostēditur cū dicitur. Mō ipsi habent puerum cū Maria matre eius. gaudiosuz enī est habere gratam et mundā societatē. Nulla vero societas pōt esse gratiosior ꝙ societas iuuenū puellarū. Et ideo isti modo sunt in grata societate. qz sez ibi est puer et puella. i. xps et Maria mater eius ☉ ꝙ grata et gratiosa talis societas. esse sez cū tali puero et cum tali puella vere est istud gaudiosum et delectabile. Simile enī magis gaudent cum pueris ludere et cum pueris et parvulis esse. Nota mirabile elephantes etiā in cantu puellarū delectātur. et ad eas lambendū et osculādū quodā naturali instinctu inclinātur. Quid dicā de vnicorni qui puelle virgini se reddit et subiugat. et omni feritate deposita virginis gremio se reclinat. De quodam etiā delphino legi qđ quendam puerū solitū in mare natare summe diligebat et cum eo ludere et solaciari gaudebat. quare cū quadā die puer ita in remotis maris ludendo cū delua enatasset deficiēs viribus mortuus est delua vero et puerō dolens. ipsum ad littus eduxit. et extra mare exiens pre nimio dolore mortua est. Mater vero que ex auditu habuerat. ꝙ in mari erat quidam delphinus qui cum eo ludebat perpendit ex rei euētu ꝙ iste erat piscis qui cum puero ludebat letabatur. vt recitant Plinius et Solinus Ecce igitur si est gaudiosum brutis et animalibus cū pueris et puellis habitare ꝙ tomagis sanctum

patria

patria gaudent esse cum illo puero et puella: qui nūq̄ aliquam peccati maculā contraxerunt. Isti enīz qui in mundo isto fleuerunt cuz flentibus. gaudent modo cū gaudentibus Rom. xij. Et breuiter et gaudio illius ciuitatis et illius societatis potest dici illud Actuz. viij. Factum est gaudium magnū in illa ciuitate. Et de ista societate potest dici illud Act. j. Erant omnes perseuerantes cum mulieribus et Maria matre eius. Ista est igitur societas perfecta gaudij: vbi scz quilibet est in perpetua quiete. in eterna societate. in perfecta felicitate. vbi scilicet nullus est qui infidietur. nullus est qui contrarietur nullus est qui malū faciat nullus est qui malum sentiat. nullus est qui bonum nesciat. Ubi est claritas sine obscuritate leuitas sine tarditate, subtilitas sine ruditate impassibilitas sine mortalitate. Et breuiter de isto gaudio dr. Esa. lj. Uenient in syon laudātes et letitia sempiterna super capita eorum. gaudiū et exultationem tenebunt. et fugiet dolor et gemitus. qz ego ipse consolabor eos dicit dominus. Gaudent igitur sancti in patria.

Depericulorum euasione.
De beatorum adiunctione.
De diuinitatis contemplatione.
Devictorie consecutione.
De perfectissima repletione.

Est em̄ istud huc locus examinis ⁊ pbationis: Ideo Isaac dixit Iacob Gen. xxviij. Accede huc vt tangam te ⁊ probē. si es filius meus. Itē est locus scientie ⁊ instructionis: qz. s. ibi auditur ⁊ discitur verbū dei. Josue. iij. Accedite huc ⁊ audite verbū dñi. Itē est locus salutis ⁊ curationis. quia. s. ibi, possunt oēs qui pervitia sunt infirmi per penitentiam mundari ⁊ curari. qz. s. ibi curantur illi qui sunt lunatici per inconstantiam. vnde de lunatico Math. xvij. dixit xps. Afferte huc illū ad me. ⁊ exiuit ab illo demonium ⁊ curatus est puer. Illi etiam qui sunt debiles per simplicitatem ⁊ ignorantiā Luc. xiij. Exi citoi plateas ⁊ vicos ciuitatis. ⁊ quoscūq̄ inueneris debiles ⁊ pauperes. cecos ⁊ claudos introduc huc. Illi insuper qui sunt sine auribus. ideſt q̄ audire ⁊ obedire dedignank per obstinationem malicias ⁊ insolentiā. vnde de illo qui aurē percludebat dixit xps Luc. xxj. Simitevsq̄ huc. ⁊ cū tetigisset auriculā eius sanauit eū. Istud est igit huc. i. locus salutis ⁊ curationis. Item istud est locus more ⁊ habitationis. qz. s. in illo huc conuersanī ⁊ morank oēs virtuti ⁊ bonī ⁊ q̄cunq̄ deovolunt esse confederati ⁊ coniūcti dicentes illud. j. Regū. xiij. Accedamus huc ad deum. vnde iij. Reg. viij. dicitur. Tu deiecisti huc. Sic igitur patz qō est vnum huc qō signat statū valoris. s. gratiam ⁊ penitentiā. ¶ Tertio dico ꝙ est vnū huc qō signat statum honoris. hoc est dignitat̄ eminētiā. Ad istud em̄ huc ideſt ad statū honoris ⁊ dignitatis inuitant boni ⁊ inde repudiantur mali. Boni dico ad istud huc diuina gratia deducuntur ⁊ ad dignitatis excellentiam sublimantur. vnde Dauid suā regiā dignitatē admirans dicebat dño. ij. Reg. vij. que est domus mea: qz adduxisti me huc usq̄: q. d. Non eram dignus tanto honore. Mali etiam ab isto huc repudiank. Et sic aduerte ꝙ tria genera personarum repudiank indevez. Carentes priuilegio libertatis. Illi. s. qui sunt in seruitute peccati. ij. Paralip. xxvij. Non introducetis huc captiuos Jte torpentes sub contagio facultatis. Illi scz q̄ amore bonoꝛ terrenoꝛ sunt inuoluti ⁊ oppressi. Figurati in moyse calciato cui dicitur Exo. iij. Non appropies hūc huc. tolle calciamēta de pedibus tuis. Locus em̄ in quo stas terra sancta est. q. d. Locus ecclesiastice dignitatis sanctus est. Et ideo vult habere hoies calciatos. i. terrenoꝛ affectibus inuolutos Jte gentes panitegio honestatis. s. illi qui vestib⁹ honeste puellationis carent. vñ illi q̄ nō habebat vestē nuptialē. ⁊ tñ ad nuptias regis intrauerat. dicit Mat. xxij. Amice qūo huc intrasti nō habēs vestē nuptialē? Et sequit. Mō ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ picit⁹ eit in tenebras exteriores Qz reuera illi q̄ sunt egetes honestatis amene panniteglo. Illi q̄ sunt torpetes facultatis terrene subcōtagio. Illi q̄ sunt carentes libertatis serene priuilegio. Si ad istud huc. i. si ad dignitates ecclesiasticas ꝑsumūt accedere. digni sunt tenebras exteriores sentire ⁊ duplici morte pire. vñ breuit talib⁹ loquitur huc itrātib⁹ se idigne ingerēt̄ib⁹ dicit ꝑt reꝑbēsiue illud Jud. xvij. Quis te adduxit? q̄d hic agis? quā ob cām huc venire voluisti? Patet igit ꝙ vnu est huc qō signat statū honoris. ideſt dignitatis eminentiā. ¶ Quarto dico ꝙ est vnū huc qō signat statū doloris hoc est mortalem defluentiā. Moꝛs em̄ est vnū huc ad qō opz oēs accedere. ⁊ in quo opz oēs manere ⁊ persistere. ⁊ vltra qō nō est licitū transire vel procedere. vnde dñs loquens de fluctuoso mari. ideſt de vita dicit Job. xxxviij. Circundedi mare terminis meis. ⁊ posui vectem ⁊ ostia. ⁊ dixi huc usq̄ venies. ⁊ hic confringes tumentes fluctus tuos. Moꝛs enim est vnum huc quod est malis ad damnationem. bonis vero ad gaudium ⁊ salutationem seu vite eter-

ne acqsitionē. Unde Hiere. l. dicitur ō iustis in tēpore illovement filij israel ⁊ filij iuda simul ambulantes ⁊ flentes properabunt ⁊ dominū deum suū querent. in syon interrogabuntviā. huc facies eorū venient et apponentur domino federe sempiterno qō nulla obliuiōe delebitur. Jsta est ēm veritas ꝙ flendo oportet dominū querere si viā in syon ideſt in celi speculam volumus inuenire. ⁊ si huc volumus nos deo coniungere ⁊ vnire. ⁊ federe perpetuo copulare. Sic igitur patet ꝙ in scriptura iueniturvnū huc quod est doloris. vnū huc quod est honoris. vnū huc quod est laboris. Hoc est dictu. status mortis ꝙ est vltimus status dignitatis qui est maximus. status gratie seu meriti qui est optimus status mūdi seu peccati qui est pessimus ⁊c.

A **Humerus.** Cū humerus sit pars corporis sustinendis oneribꝰ magis apta ita ꝙ quicquid ponderis corpori supponitur. per humeros faciliter sustentatur. Dicā ꝙ moraliter ⁊ spiritualiter loquendo vel etiā in corpore morali virtuoso ⁊ mystico. vel etiā in corpore ciuili ⁊ politico. per humeros significantur illi qui in corpore ecclesie militantis sciunt ⁊ possunt sustentare alios. sicut sunt prelati viri perfectivel in corpore morali per humeros designantur ille virtutes. que omnia mala tolerant et que sine murmure cuncta portant sicut est virtus patientie. cōstantie. misericordie et prudentie. Constat enim ꝙ iste virtutes sunt humeri spirituales: quia scilicet temperantia ⁊ prudētia sunt humerus dexter qui equanimiter sustinet prospera. Patientia vero et misericordia sunt humerus sinister qui fortiter sustinet aduersa. Dicam ig tur ꝙ in scriptura inuenitur Humerus

Dei qui portat omnia.

Justi qui portat grauia.

Impij qui portat leuia.

¶ Primo igitur dico ꝙ inuenitur humerus dei q̄ portat omnia. Ad Hebre. j. Portans omnia verbo virtutis sue. Deus ēm est sicut elephas qui ita fortes habet humeros ꝙ castrum ligneum super se portat. Sic iste non castrum ligneum. sed stelleum scilicet ipsum celū et quicquid celi ambitu continetur portat. Deus enim habet duos humeros scilicet humerū dextrum qui signat eius protectionem ⁊ potentiam. Et humerum sinistrū qui signat dissimulationem eius et patientiam. Et sic dicam ꝙ diuini humeri

Mala supportant.

Bonos transportant.

Bona reportant.

Mala dico supportant. quia scilicet isti humeri sustinuerunt crucem ⁊ etiā patienter dissimulando sustinent quotidie cuncta mala. Esa. xxij. Erit scilicet eliachim quasi pater habitantibus hierusalem et domui iuda. Et dabo clauem domus dauid super humerum eius. ⁊ aperiet ⁊ non erit qui claudat. claudet ⁊ nō erit qui aperiat. Clauis dauid est crux. Bonos dico transportant. scilicet ad gloriā celi. ⁊ ad requiē paradisi. Similis aquile que in humeris suis pullos suos sursum eleuat. declaritatē luminis illis mōstrat. Unde Deut. xxxij. Expandit alas suas ⁊ assumpsit eum atq; portauit in humeris suis. Sequitur. Constituit cū super excelsam terrāvt comederet fructus agrorum ⁊c. Bona insuper reportant: quia scilicet dignitas ⁊ excellentia. tranquillitas ⁊ complacentia inuenitur in istis humeris. De dignitate ēm dicitur Esa. ix. ꝙ factus est principatus eius super humerū eius. ⁊ vocabitur deus fortis ⁊c. De tranquillitate vero dicit in persona cuiuslibet beati. Deut. c. xxxiij. Benjamin amantissimus domini habitabit confidenter. in eo quasi in thalamo demorabit. ⁊ inter humeros illius requiescet. Sic igitur patet ꝙ inuenit humerus dei. ¶ Scō dico ꝙ inuenitur humerus iusti qui portat grauia. Humerus enim patientiā signat. qua mediante. grauia ⁊ difficilia cuncta portat. Unde de homine patiente dicit Gen. xlix. Jlachar asinus fortis accubās inter terminos vidit requiem ꝙ esset bona: ⁊ terram ꝙ esset optima. ⁊ supposuit humeros ad portandum. factusq; est tributis seruiens. Et bene dixit asinus qui scilicet portat crucem super humeros quia scilicet omnis crux ideſt omnis cruciatus debꝫ a iustis in patientia tolerari. Et sic nota ꝙ humeri patientie ⁊ temperantie: charitatis ⁊ clementie debent portare ⁊ supportare.

Infirmitatem paternam.

Aduersitatem externam.

Seueritatem supernam.

Autoritatem paternam.

Sagacitatem internam.

Portet igitur ab humeris nostris infirmitas paterna pie cōpatiendo sicut de illo qui ouē perditerat. dicitur Luce. xv. ꝙ cū inuenerit eā imponit in humeros suos gaudens ⁊c. Quis ēm perdita infirmos fratres signat. ⁊ maxime illos qui sunt perditi per peccatū. et qui a domo ecclie vel fidei sunt errātes qui sc̄z pie sunt supportādi, ⁊ ad ecclie domiciliū reducēdi: q̄ sicut ibi dicit est angelis dei gaudiū super vno peccatore. sic super pios humeros reportato. ¶ Item portetur in istis humeris aduersitas externa. ideſt quecunq; temporalis tribulatio. Sicut ēm dicitur. ij. Paral. ij. In edificatione templi erant septuaginta miliavirorꝫ qui onera ꝓpriis humeris deferebant. Ad denotandum ꝙ illi qui in templo dei famulantur: debent ꝓpriis humeris cuncta grauia ⁊ difficilia sustinere. Quanto enim quis est templo dei coniunctior et gradu ecclesie intimior ⁊ specialior. tanto debet esse ad sustinēdum difficilia fortior ⁊ promptior. Figura Nu. vij. vbi dicitur ꝙ filij Cahat qui in tabernaculo secretius leuitis ceteris seruiebant. onera non in plaustro sicut ceteri: sed in ꝓpriis humeris deferebant. Quia enim isti archam ⁊ altare ⁊ vasa tenebantur portare. nō audebant ea bobus ⁊ plaustris committere. immo tenebantur ea propriis humeris sustentare. Ad denotandum ꝙ quanto quis maiorem ⁊ deo familiariorem in ecclesia tenet gradu; tanto ad portandū vasa domini. ideſt ad sustinendum onus ⁊ difficultatem dei mandatorꝫ: ⁊ ecclesie negocium laborumq; ⁊ tribulationū debet prebere humeros magis promptum. j. Paralipo. xv. Sanctificati sunt igitur sacerdotes ⁊ leuite vt portarent archam domini dei israel. ⁊ tulerunt filij leui archā dei sicut preceperat moyses iuxta verbū domini humeris suis in vectibus. Quod tamen est hodie contra multos ecclesiastī cos ⁊ prelatos. De quibus scilicet dicitur Math. xxiij. ꝙ ipsi imponunt in humeros hominū onera grauia et importabilia digito autez suo nolunt ea mouere. Nō sic: sed portetur a nobis aduersitas externa. ¶ Jtē portetur ab humeris nostris seueritas superna. hoc est dictum correctio dei ⁊ prelatorū sicut faciebat Job. xxxj. Liburz scribat ille qui iudicatvt in humeris meis portem illū. ¶ Item portetur in istis humeris autoritas paterna. ideſt reuerentia ⁊ timor dei ⁊ parentū. Sicut de filijs Noe legit Gen. ix. ꝙ ipsi posuerūt palliū humeri suis ⁊ retrocedēdo cooperuerūt patrē nudatū ne videret pudibūda sua: q̄. ſ. palliū excusatiōis paterne. ⁊ q̄c q̄d facere p̄t ad maiorꝫ ⁊ amicorꝫ nostrorꝫ recūdiā submouendā debem⁹ libēter tollere. ⁊ istud onus patiēter portare. ¶ Jtē portet humeris istis sagacitas interna hoc est dictū. Dn⁹ sapiētie ⁊ doctrine. ⁊ cuuslibz discipline. Unī de sapiētia dr Eccl. vj. Jnjce pedē tuū in cōpedes illi⁹: ⁊ in torq̄s illi⁹ collū tuū subjce humeꝝ tuū ⁊ porta illū. Talib⁹ igit fructuosis onerib⁹ debem⁹ humeros patiētie ⁊ obedientie supponere: ⁊ oia difficilia ꝓ dño sustinere. Soph. iij. Tūc reddā pplis labiū electū vt iuocēt oēs nomē dñi ⁊ seruiāt ei i hūero vno. Et merito: q̄ certo ista onera parū durabūt: q̄ in morte a nris humeris deficiēt ⁊ cessabūt. Unī de iugo ⁊ oneribus hui⁹ mūdi quo. ſ. nūc ꝑmunt iusti dr Esa. xxiij. ꝙ auferet ab eis iugū eius: ⁊ onus eius de humero eorū tolletur. Et hoc quia certo ipse virgā humeri eius et sceptrū exactoris eius superabit sicut in die madyan.

sicut dicitur Esa. ix. Talis igitur humerus. ideſt talis patiētievirtus nos faciet pre ceteris apparere. ⁊ regnū israel. ideſt celestem gloriam possidere. sicut de saul legitur. j. Reg. ix. ꝙ ab humero eminebat super omnes ⁊ ꝙ pre ceteris fuit in regem israel sublimatus. q̄ procerto ille in quo humerus patientie pre ceteris eminet super alios regnare debet: ⁊ regnum paradisi finaliter obtinet. Sed aduerte ꝙ summus pontifex legis diuine habebatvnū nobilissimū ornamentum quo sui humeri tegebantur. quod superhumerale cōmuniter vocabatur: quod scilicet Auro. Jacyntho. Purpura. Coco ⁊ Bysso erat textum. ⁊ duobus onichinis preciosis lapidibus in quibus sculpta erāt nomina. xij. patriarchaꝝ erat ornatū: ⁊ annulis auretis ⁊ cathenis vt strin geretur cū rationali iudicij quod erat ornamentū pectoris erat in angulis coniunctum. Jstud igitur ornamentum pontifex super humeros portabat quādo sacrificium domino faciebat. Et hoc vt filiorū israel memoriam coram domino haberet ⁊ sanctorꝫ patrū meritis se muniret. Sic reuera dico ꝙ humeri interioris virtutis sacerdotū ⁊ pontificuz nostre legis debent superhumerali. ideſt virtute patientie fortitudinis ⁊ constantie principaliter adornari. ita ꝙ ibi aurū honestatis. iacynthus. ideſt affectus celestis felicitatis. purpura rosee verecundie et fragrantis famositatis. coccus ignee charitatis. ⁊ bissus innocentie puritatis resplēdeant ⁊ lucescant. Duoꝫ lapides preciosi onichini q̄ scilz facunt oculos tremere. ideſt timor dei qui sc̄z duplex dicitur. ꝙ eo ꝙ homo debet timere gloriam perdere ⁊ miseriā incurrere ibi apparcant ⁊ lucescant. sanctorum patrum nomina. ideſt ipsorꝫ merita ⁊ exempla ibi refulgeant ⁊ splendescant. Cathene quoq; ⁊ annuli. ideſt vnitas ⁊ concordia. rationale iudicij. ideſt veritas ⁊ iustitia ibi reluceant ⁊ virescant. Si ēm tale superhumerale. ideſt talis virtutū cōgeries humeros plati ornauerit. procul dubio pro filijs israel. ideſt pro subditis suis intercedere dignus erit. Exodi. xxviij. Portabat aaron nomina filiorꝫ israel super vtrunq; humerū ob recordationem. Patet igitur ꝙ in scriptura inuenitur humerus iusti: qui portat grauia. ¶ Tertio dico ꝙ in scriptura inuenitur humerus impij qui querit leuia. Virtus ēm ⁊ fortitudo malorum ita est debilis ꝙ onera leuia semper querit. Jsti ēm sunt sicut argentuz quod modicuz pondus auri sustinere non potest. magnūvero pondus lapidū seu ferri sustinet valde bene. ¶ Sic mali pōd⁹ auri. i. pōdus spūale ⁊ meritorū nō sustinent. ferrūvero ⁊ lapides. i. onera temporalia grauia ⁊ inutilia bene portant: q̄ reuera isti nunq̄ volunt subjcere humeros suos dei seruitio: immo isti ab oīi opere ⁊ onere meritorio vertunt humeros ⁊ recedunt. Mee. ix. Dederunt humerū recedentē. ⁊ cerucē suā indurauerūt nec audierūt. Sed reuera ipsos bene subjciunt mundi iugo. carnis officio. ⁊ dyaboli laborioso dominio. Baruch. ij. Jnclinate humerū ⁊ seruite regi babylonis: q̄. ſ. nullus labor mūdanus est eis durus. nec aliqualiter difficilis aut austerus. Figurati in illis babylonijs. de quib⁹ dicit Baruch. vj. Videbitis in babylonia deos aureos ⁊ argenteos ⁊ lapideos ⁊ ligneos in humeris portari. Babylonia ēm est mundus: vbi scz a malis diligēter portanf ⁊ sustinenf onera grauia atq; dura dūtamen spectent ad aurū ⁊ argentū ⁊c. i. ad terrenū emolimentū vel lucrū. Uel ista possunt dici cōtra malos prelatos ecclesiasticos qui deos suos. i. pdilectos nepotulos ⁊ consanguineos per nimā diligentiā semp portāt: ⁊ i humeris sustinēt atq; fouēt: cū sint lapidei ⁊ lignei. i. hebetes ⁊ ignari. ipsos tñ argenteos ⁊ aureos ꝓ diuitias fieri ꝓcurent. Unde de idolo dicit Esa. xlvj ꝙ magistri illius ꝓducunt aurū de sacculo. ⁊ argentū statera ponderant vt ꝓducant artificem vt faciat deū ⁊ pcidunt ⁊ adorant ante eū. ⁊ portant illū in humeris gestantes. O quot sunt hodie tales qui. ſ. auro ⁊ argento artifices superiores cōducunt ⁊ premiant vt filios suos in deos. i. in magnos diuites ꝓmoueant ita ꝙ pre nimia cura videtur ꝙ semper i humeris eos portant. Et breuiter nota ꝙ mali habent humeros

Denudatos quos nesciunt velare.

Amputatos qui nolunt laborare.

Obstinatos qui solent non cessare.

Laceratos quos decet dissipare.

Et sic dico. ꝙ apud malos inueniuntur humeri nudi per inuerecundiā ⁊ luxuriā. Unde Esa. xlvij. de babylone in figura mulieris male dicit sic. Discooperi humerū reuela crura. transi flumina. revelabitur ignominia tua: videbitur opprobrium tuū. Jsta potissime possunt dici de dominabus modernis que humeros portant ad literam discoopertos vt appareat alba caro ⁊ incitent homines ad venerem. ¶ Item inueniuntur humeri abscisi per imbecillem ignauiam. quia sc̄z multi sunt ita ⁊ inepti ⁊ ignaui ad bene operandum. ꝙ rectevidētur habere humeros amputatos. ij. Mach. xv. Manum michanozis cum humero abscisam iussit iudas perferri hierusalez. Et iob. xxxj. Humerus me⁹ a iunctura sua cadit. ⁊ brachium meum cum suis ossibus confringitur. ¶ Item inueniuntur humeri duri per obstinatam maliciam. Unde obstinatis ⁊ crudelibus dicitur Ezec. xxxiij. Lateribus ⁊ humeris impingebatis. ⁊ cornibus ventilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur foras. ¶ Jtē inueniuntur humeri lacerati per future dānationis pestilentiā: q̄ sc̄z sicut teste Plin. Draconesvolant super humeros elephantū vt eorū sanguine satientur. Sic demones finaliter super humeros malorꝫ volabunt ⁊ eos per damnationē perpetuā lacerabunt. Esa. xj. Volabūt in humeros philistiim: predicabūtur filios orientis. Unde diabolo potest dici illud Ezec. xxix. Quod pharaoni regi egypti dictuz fuit. Fuisti baculus arundineus domui israel ⁊ quando comprehenderunt te confractus es et lacerasti humerum eorum: et dissoluisti omnes renes eorum et innitentibus eis super te comminutus es. Dyabolus enim his qui in eo confidunt baculus est arundineus. qui sc̄z innitenti frangitur. ita ꝙ perdam nationez eternam is qui sibi innititur lacerat̄. Sic igitur patz ꝙ inuenitur humerus qui querit leuia: humerus iusti q̄ suffert grauia humerus dei qui portat omnia ⁊c. Sufficit.

B **Humilitas.** Nota ꝙ humilitas accipit i bono ⁊ in malo. Jn bono ēm accipitur. ꝓ tuali subiectione. Unī. j. Pet. v. Humiliamini sub potētī manu deivtvos exaltet ⁊c. Jn malo accipit ꝓ penali depssione ⁊ tribulatione. Et sic accipitur Esa. xxij. Arrogantiā fortiuz humiliabo. Et illud sepe dictū in euangelio Math. xviij. ⁊ xxiij. Qui se exaltat humiliabit. Accipit etiā in malo ꝓ ficta ⁊ humilitata ꝓfectione ⁊ compassione. Sicut de hypocritis dicitur Eccl. xix. Est qui nequiter se humiliat ⁊ interiora eius plena sunt dolore. Et in ps. Humiliati sunt in iniquitatib⁹ suis. Sed q̄ nō in ēdo aliq̄d dicere nisi de humilitate morali. dico ꝙ triplex ē hūilitas. Est ei hūilitas

Bona ⁊ virtuosa.

Mala ⁊ vitiosa.

Dura ⁊ dolorosa.

¶ Primo igit dr humilitate bona, et virtuosa dico ꝙ nos debemus esse humiles multiplici rōne. Ad hoc ēm excitat scriptura. Ad hoc inducit natura. Ad hoc insuper admonet figura. ¶ Scriptura. ēm semp predicat humilitatem. Xps enim dicit Math. xj. Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Eccl. etiam. vij. dicitur ⁊ precipitur. Humiliavalde spiritū tuū: quiavindicta carnis impij ignis ⁊ vermes ¶ Item natura inducit humilitatez. Nulla enim natura fragilior: nulla naturavilior: nulla natura ad humilitatem habilior ꝙ humana. Homo enim est plenus fetoribus et sudoribus. humoribus et stercoribus doloribus et laboribus. Ideo sibi dicitur Michee. vj. Humiliatio tua i medio tui. i. causa humilitatis tue. ¶ Jtē figura admonet humilitatē. q̄ sicut dicit Esa. xl. Omnis mons ⁊ collis humiliabit; ⁊ erūt prauain

Universidad de Deusto
Biblioteca

directa t aspera in vias planas. Quia scilicet ad hoc q̄ prauitas vitiorū vertatur in directum virtutum. et ad hoc q̄ asperitas tribulationū vertat in planiciem consolationum. necesse est q̄ omnis mons t collis. ideſt omnis timor t elatio superbie, humilietur. t q̄ humilitas cū diligentia frequentet. Quia sicut dicit Luce xviij. Qui se humiliat exaltabit. t qui se exaltat humiliabitur. Humiliemur igit t simus sicut spica que q̄n est grauis plena solet inclinari t versus terrā inferius incuruari. Siverovacua fuerit t inanis: tūc solet sursum erigi t extendi versus celū sine incuruatione aliqua eleuari. Sicvere charissimi: qui granis virtutum sunt pleni semper solent inclinari inferius per humilitatem. Illivero qui virtutibus sunt vacui se solent sursum erigere t recti etiam incedere per superbiam t vanitatem. Breuiter enim quanto quis est melior tanto efficit humilior. Et quanto quis est deterior: tanto efficit elatior t superbior. Et hoc est quod dicit. Eccli xij. Quanto maior es humilia te in omnib⁹ t coram deo inuenies gratiam. Boni igit debent humiliari: q̄ sicut dicit Sne. xxvij. Alhoza. Virtutis origo humilitas est. Illa igit̄ vtus tātūmodo pullulat que in ista radice p̄prie perseverat. De bonor igit humilitate possumus exponere illud Esa. ij. Incuruabit sublimitas hominum t humiliabitur altitudo virorum. In quibus verbis aduerte q̄ humilitas habenda est propter tria bona que p eam nobis insunt. s. Q̄ p hanc efficimur

Sagaciores. Humilitas enim facit nos sagaciter occulta considerare: q̄ s. facit nos homines. i. rationabiles hominū inquit. Itez facit nos in bono stabiliter perseverare. q̄ ostendit cū dicit. Altitudo. Humilitas enim acuit humanam sagacitatem: q̄ facit homines. Hominū inquit. Roborat eternam felicitatem: q̄ facit nos viros.

Constantiores.

Excelsiores:

C Virorum inquit. Eleuat ad summā felicitatē: q̄ nos facit altos. Altitudo inquit. C Igit dico q̄ bona t virtuosa humilitas est habenda: q̄ nos facit sagaciores: quod ostendit in verbo hominū. Humilitas em̄ nos facit homines. i. discretos t rationabiles ad considerandū p̄priam vtilitatem. Sicut enim dicitur Eccl. xj. Sapientia humiliati exaltabit caput eius. Sicut em̄ videmus animalia minora t inferiora sunt vt cōiter sagaciora t ingeniosiora. Sicut patet de formicis apibꝰ t aranеis. Ad quorū operū subtilitatē humana ratio nō attingit sicut dicit Plin. Dicit enim idē q̄ animalia parui corpis habent sensus valde acutos. videt em̄ audiūt t olfaciūt miro modo: sicut videmus de pulicibus que statim q̄si quis vult eas capere solent fugere t saltare. Sicut etiā videmus de araneis que statim vident muscā quando est in laqueis suis capta. Sicvere charissimi spiritualiter loquendo illi qui sunt minores per humilitatem: sunt vt cōmuniter sagaciores p spiritualem sapientiā t subtilitatem. habet enim sensus spirituales acutos. subtiles t discretos per humilitatem absconditos t velatos. Quia sicut dicit prouer. xj. Ubi fuerit humilitas ibi t sapia. Et hoc ostendit in⁹ bo boi m: q̄. s. humilitas facit nos esse homines. ideſt rationales t discretos sc̄z ad rationabiliter considerāda illa que pertinent ad salutē. Unde p̄uerb. xviij. Cor hominis anteq̄ exaltat humiliatur. Istud est contra superbos qui recte non videntur esse sapientes vt homines: sed stulti t ignorantes t bestie. Nihil enim videntur sapere vel sentire de humana vilitate vel fragilitate. Figurati in nabucho. Dan. iiij. Qui cum esset homo superbissimus: mutatus fuit in bestiā: nec potuit sibi humana figura reuenire quousq̄ humiliat⁹ fuit: oculos ad celum leuauit t altissimo benedixit: t q̄ dominetur excelsus in regno hominum recognouit. tūc enim figuram humanā recuperauit t sensum suū humilitate reparauit. Quia breuiter sicut superbia de hominibus facit bestias t de sapientibus stultos. Juxta illud p̄uer. xj. Ubi fuerit superbia ibi erit t contumelia. Et Eccl. xv. dicitur Mō sapientia longe abest a superbia t dolo. Sic humilitas de bestijs facit homines. et de ignorantibus sapientes. j. Macha. j. Per loca humilia ibant caute t ordinate. Patet igit q̄ humilitas nos facit sagaciores. C Deinde dico q̄ humilitas virtuosa nos facit constātiores. facit enim nos esse viros: ideſt cōstantes t virtuosos. Virorū inquit. Unde Esa. ij. Incuruauit se homo t humiliatus est vir. Sicut em̄ arbor que radicem habet profundam in terra fortior est contraventorum impetus t insultus. Sic illi quorum radix ideſt cor est profunde radicatum per humilitatem. est contraventos tribulationū t tentationū magis forte per constantie firmitatem. Eccl. x. Plantauit humiles ex ipsis gentibus. Radix enim que est pars arboris inferior. humidior t flexibilior. t que est totius arboris fundamentū t etiam nutrimentum signat virtutem cordialis humilitatis. Ista enim inferior est per subiectionem. humidior per deuotionem. flexibilior per compassionē. fundamentū per constantiam. nutrimentū anime per diuinā gratiā. Deus em̄ superbis resistit humilibus aūt dat gratiā. j. Petr. v. Et nota q̄ dicitur q̄ deus humilibus debet dare gratiam. Quia sicut aqua semper currit ad loca infima. Sic diuina gratia ad loca t corda humilia. t sicut valles t loca humilia sunt vt cōmuniter fertiliora t fecundiora. Juxta illud psal. Valles abundabūt frumento. Sic procerto corda humiliora sunt cōmuniter fructibus. ideſt virtutibus plentora. in alueari enim apum: faui qui sunt inferiores, sunt melle pleniores t repletiores. Illivero qui sunt superiores sunt magis vacui t inaniores. Sicvere charissimi: inter personas ille que sunt inferiores t infime per humilitatē. sunt melle deuotionis t gratie magis plene per donorū spiritualiū vbertatē. Illivero qui p arrogantiā t superbiā volunt esse supiores t eleuati. vt cōiter melle deuotionis t gr̄e priuati sunt t euacuati. Deus em̄ deposuit potētes de sede t exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis t divites dimisit inanes. Humilitas igitur nos facit viros. ideſt constantes. Perfectos t virtuosos: t virtutibus t gratijs plenos: fertiles t fecundos. Jsta est enim sicut radix de quavenit fructus ideſt virtutum origo. Quia ſm Greg. Virtutū origo est humilitas: t est sicut fundamentū de quo pueniit omnis spiritualis fortitudo. Unde Aug. Cogitās magnā fabricā construere celsitudinis. de fundamēto cogitet humilitatis. Dico igit q̄ humilitas nos facit constantiores. C Insuper dico q̄ habenda est humilitas virtuosa. q̄ nos facit subliniores seu feliciores. Altitudo inq̄t. Altitudo enim celestis gloie per humilitatē acquirit t habet. Sicut em̄ palma que p fundas t infinitas habet radices ad magnā altitudinē eleuat. parui etiā t purivapores a sole sursum faciliter exaltant. sagitta etiā quanto iferius in chorda trahit. tāto superius t altius sublimat. Sic p certo dico q̄ illi qui per humilitatē sunt profundiores minores t depressiores. fiunt finaliter in celesti gloria altiores. Humiles enim puros t sanctos sol iustitie xp̄s sursuz ad celi gloriā eleuat. t quāto hic deprimūtur inferius. tanto illic superius eos ordinat atq̄ locat. Q̄ sicut dicit. puer. xv. Timor dñi disciplina sapientie. t gloriā precedit humilitas. puer. etiam xviij. dicit q̄ superbū sequit humilitas: t humilē spiritu suscipiet gloria. Unde em̄ humiles t perfecti sunt sicut ficus egyptiace cuius lignū in aqua positū continue petit fundū. t cum inferius descenderit t aquis repletum fuerit t imbutum. tunc contra naturam aliarum arborum solet supernatare sursum. t sicut testatur Pli. ad aque superficiem reuenire. Sic p certo viri humiles locum t gradum inferiorem solent petere: et se maioribus equalibus t minoribus ſm diuersos humilitatis gradus submittere t supponere. Quia sicut dicitur Eccli. xix. Est iustus qui nimium se submittit

a multa

a multa humilitate. Cum vero in tali loco t gradu infimo t profundo isti imbuti fuerint t repleti aquis gratie t deuotionis. aquis lachrymarum t cōpunctionis. aquis insuper clementie t compassionis. finaliter ipsi post mortem ad superficiem paradisi ascendunt t eleuantur: t ad gloriam supernatant t sublimantur. Et hoc est q̄ dicitur Job. v. ca. Mō deus ponit humiles in sublimi: t merentes erigit sospitate. Et Job. xxij. dicit. q̄ qui humiliatus fuerit erit in gloria t qui inclinauerit oculos saluabit. Bene igit ꝓsulit. j. Pet. v. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tempore visitationis. Exemplo Christi qui humiliauit se formā serui accipiens &c. Sequitur. Propter quod deus exaltauit illum Philip. ij. Sic igitur patz q̄ nos debemus esse humiles. quia per humilitatem.

Sublimius t altius eleuamur.

Constantius t fortius roboramur.

Sagacius t doctius informamur.

C Et hec sunt tria mēbra autoritatis nostre. Nos igitur debemus esse humiles veraciter t non fallaciter. Perfecte t non ficte. Extrinsecus t non apparenter. Q̄ sicut dicit valerius episcopus in sermone. Humilitas in amicicijs grata. In violentijs otiosa. Inter amicos blanda. Inter inimicos officiosa. nō ex torquet seruitū nec requirit voces adulantium. Hec igitur dicta sunt de humilitate vera. C Secundo de humilitate mala t vitiosa. possumus dicere q̄ est Humilitas

Deceptiua. Humilitas deceptiua est humilitas hypocritarum. Isti enim fingunt se humiles vt boni t sancti ab hominibus reputentur. t vt ad dignitates t officia libentius assumantur. Similes vulpi qui finxit se mortuum in via: vt vententes bubulci qui ducebant quadrigam pullorum ipsum propter pellem babendā sursum projcerēt in quadrigam: vbi cū fuit positus incepit vivus non mortuus apparere. q̄ scz omnes pullos incepit occidere t devorare. De quibus dicit Eccl. xix. Est qui nequiter se humiliat t interiora eius plena sunt dolo. Tales enim quando sunt in ecclesia vel collegio solent se fingere mortuos t dejectos. humiles pariter t devotos. t hoc vt super cathedram prelationis ponantur t vt ad aliquem gradum ecclesiasticum assumantur. vbi si assumpti fuerint t promoti statim incipiunt pullos. ideſt subditos rodere. t suam fictam humilitatem in crudelitatem. t superbiam commutare. De talibus potest dici illud. ij. Mach. xj. Humiliatus ad terraz in gestatorio portabat. Hypocrite ei sunt sicut cerastes qui cum sit serpens venenosissimus. solet tamen mitio rem seu mortuum se fingere. t auibus vt ipsas alliciat t suscipiat solet cornua sua que habet ad modum arietis demonstrare. quia procerto tales solent se alijs ostēdere t mitissimos humiles. Q̄uis in veritate sint serpentini venenosi t crudeles. Ad nihil enim intendunt nisi alios decipere t sub humilitatis fictione venenosaz maliciam suam palliare. De humilitate ꝓ talium loquitur Hern̄. sic. Hypocrite volunt esse humiles sine despectu pauperes sine defectu bene vestiti sine sollicitudine. delicate pasci sine labore alijs adulantes t alijs detrahentes. mordaces vt canes. dolosi vt vulpes. superbi vt leones. rapaces vt lupi. lasciui vt vsi. Ubi volunt esse sine autoritate iudices, sine visu testes. postremo false accusantes t omni veritate carentes. Jsta est igitur humilitas deceptiua. C Secundo dico. q̄ est quedam humilitas defectiua. Et ista est humilitas quam habent imbecilles t molles prelati qui quādoq̄ erga subditos se habent ita humiliter t familiariter. q̄ parum aut modicum reputantur. q̄ ab eis negliguntur t cōtemnuntur. Teste enim Jnno. in libro de miseria humana. Crudelitas generat odium: t familiaritas parit cōtemptum. Non decet enim semper esse humilem et benignum: sed quandoq̄ autenticum t austerum. Juxta illud Eccl. xiij. Noli esse humilis in sapientia tua vt qui per humilitatem non emendantur. per seueritatem t iustitiam corrigantur. Mare enim talis est condition is. q̄ erga debilia debile efficitur. t forte erga fortia reperitur. Unde in terra mea circa mare tale est proverbium q̄ mare a debili vincitur. Illud ꝛo q̄ forte est a marī superatur. Istud nihil aliud est dicere, nisi quia loca lutosa fabulosa t palludosa. que sunt circa mare per aggregationem luti t fabuli continue dilatantur t sic mare circa talia retrahit t quodāmodo vincitur. Loca vero fortia dura t petrosa a mari fortius impellunk t paulatim ab eo corrodunk. Et sic verum est q̄ dictū est. Mō mare dura t fortia superat: a debilibus vero et mollibus superatur. Sic p certo debet esse de prelato. Quia vere quādo inuenit personas molles benignas t humiles non debet contra ipsas fremere: nec rigorose procedere: sed benigniter t humiliter se habere. Si vō inueniat rupem durā. ideſt subditum obstinatū t proteruum. tūc debet humilitatē deponere. superbā apparentiam induere. ꝓtra ipsum per rigorem t iustitiā procedere: t ꝓtra ipsum per violentiā prevalere. Decet enim q̄ prelatus ab humilijs p̄cibus vinci se permittat q̄ q̄ viros pestiferos t superbos superbe feriat atq̄ vincat. Et de hoc leo papa in sermōe. t ponit in decreto. lxxxvj. di. Odio habeant̄ peccata t non homines: corripiantur tumidi tolerentur infirmi. Et q̄ seuerius necesse est castigare. non puniantur seuientis animo sed medētis. Non decet igitur prelatum nimis esse humilem. q̄ talis est humilitas defectiua. Et de hac dicitur Esaie xxix. Vox phitonis vox tua t būiliaberis: de terra loqueris t de humo eloquium tuū musitabit. q. d. Tales vix audent aperte loqui. C Item inuenitur būilitas defectiua. Et ista humilitas nihil aliud est q̄ peccati detectio t vilitas. De qua Tre. v. Mulieres in syon humiliaverunt t virgines in ciuitatibus iuda. Et ibidē. Repleuit dominus in iudea humiliatum t humiliatam. Sic igitur patet. q̄ inuenitur humilitas detectiua. Defectiua t Deceptiua. Et sic patet q̄ in scriptura inuenitur humilitas non solum virtuosa: immo etiam vitiosa. C Tertio dico. q̄ est humilitas dura t dolorosa. Et sic humilitas signat depressionem: tribulationem vel damnationem. Possumus ergo breuiter dicere. q̄ illi qui in hoc mundo plus ceteris per superbiam erigunk in futuro amplius deprimentur t humiliabuntur. Juxta illud ps. Tu humiliasti sicut vulneratum superbū in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Sicut enim lapis quanto ab altiori descendit tanto in terraz profundius se figit: t quanto pars rote est superior tāto versa rota efficitur inferior. Sic illi qui in hoc mundo sunt superiores. quādo per mortem ceciderint: t rota vite versa fuerit t mutata. ipsi efficientur humiliores t depressiores: t in inferno inferiores t viliores. quia sicut dicitur Baruch. v. Constituit dominus humilia re omnez montem excelsum. Et Esaie. xlv. dicitur. Gloriosos terre humiliabo. Et Job. xl. dicitur domino. Disperge superbos in virtute tua. t omnem arrogantem humilia Osee. viij. Humiliabitur superbia israel. Patet igitur q̄ triplex est humilitas. Prima que est moralis t virtuosa. Secunda que est letalis t vitiosa. Tertia que est penalis t dolorosa. Et hec de humilitate sufficiant quo ad presens: quia in multis titulis huius libri tractatum est siue tractabitur de eadem: t tabula te dirigat vbi fiet. Unde etiam si vis in Mauricio. vbi satis pulcram theoricam de humilitate poteris inuenire &c.

Humus. Nota q̄ humus multipliciter accipitur in scriptura. Signatur enim per humum

Humanc vilitatis labilis natura.
Terrene facultatis sterilis tactura
Divine ciuitatis nobilis structura.
Inferne feditatis flebilis vstura.

Dico igitur q̄ humus signat labilem naturam vilitatis humane. Humus enim dicitur ab humore quia sc̄z humana conditio ex humoribus constat. Unde nota q̄ humana conditio denotatur per humum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratione vitalis ingressus.
Ratione fatalis progressus.
Ratione finalis egressus.

¶ Primo igitur dico ꝙ humus signat naturam labilis vilitatis humane. Homo enīz de humo creatur originaliter. Unde de eo dicitur Esaie.xlj. ꝙ adducet magistratus quasi lutum: ⁊ quasi plastes conculcans humum. Et Soph.j. dicitur. Effundetur sanguis eorum sicut humus q.d. nostra corporalis completio constat ex humoribus scilicet sanguine. adipe atꝙ humo. Homo enim super humum viuit temporaliter. Deutro. xij. Cunctis diebus quibus super humum gradieris facies precepta ⁊ iudicia. Homo insuper ad humum tendit corporaliter. scilicet in fine per mortem. Esaie.ij. Ingredere in mortem ⁊ absconde in fossa humo. Sic igitur patet ꝙ humus signat naturam flebilem vilitatis humane. ¶ Secundo dico ꝙ humus signat iacturam sterilem facultatis terrene. Terrena enim possessio humus dicitur. quia de humo principaliter generatur. Zacha.ix. Edificauit cirus munitionem suam. coacernauit argentuz quasi humum. ⁊ aurum quasi lutum platearum. Et procerto terrena substantia humus dicitur quia immunda animalia. i. peccatores ibidem nascuntur ⁊ conuersantur. Constat enim ꝙ animalia que ex humo nascuntur. ⁊ que sine generatione maris ⁊ femine producuntur. sicut sunt mures limaces. ⁊ huiusmodi viliora ceteris iudicantur. Sic reuera mali quorum ortus ⁊ conuersatio est in humo facultatis terrene. debent viliores ceteris iudicari. Unde de peccatoribus in humo terreno⁹ iacentibus dicitur figuraliter Leui.xj. ꝙ omne quadrupes quod super pectus suum per humum trahitur immundū reputabatur. ⁊ tangi vel comedi a filijs israel vetabatur. Et sicut etiam lacerta et alia animalia quatuor pedes habentia pectore tamen humū tangentia. ⁊ per humū corpus trahentia immūda erant: nec filij israel talibus vesci debebant. Sic reuera dico ꝙ illi homines qui quatuor pedibus. i. quatuor affectiōibus humo. i. terrene facultati. peccatore hoc est dictu cordialiter inherent circueundo mūdi negocia ⁊ ibi trahuntur volutant ⁊ delectant immundi apud deū reputant. ⁊ tangi per associationē ⁊ māducari seu incorporari per imitationē ab israeliticis. i. a quibusuis xpi fidelibus ꝓhibent. Et ideo breuiter possum concludere ꝙ talis humus. i. talis terrena possessio.

Affectus macerat curis ingentibus.
Animos obserat culpis stringentibus.
Animas onerat penis vrgentibus.
Homines lacerat verbis pungentibus.

¶ Igitur humus ista solet curis affectus lacerare. Unde Esaie.xxxij. Super humū populi mei spine ascendent. ¶ Item ista humus solet culpis animos obturare. Unde Gen.xxvj. dicit. Obstruerūt serui abymelech puteos ysaac implētes humo. Ita ista humus solet penis animas onerare. qui. i. terrena possessio trahit homines in infernū. Unde de Dathan ⁊ Abyron dicit Mūe.xvj. ꝙ descenderunt in infernū operti humo. ¶ Item ista solet verbis homines lacerare. qui scz ista facit homines ⁊ cōtumeliosos ⁊ detractores. ⁊ aliox verbis laceratis ⁊ pūgentibus afflictores. Unde detractoribus dicit illud Esa. xxiij. Humiliaberis de terra loqris ⁊ de humo eloquiū tuū mussitabit. Signat igit humi⁹ iacturā sterilē facultat⁹ terrene. ¶ Tertio dico ꝙ humi⁹ in scriptura signat structuram nobilem seu fertilem ciuitatis amene: anime vel ecclesie. Ista est enim humus fertilis: que si bene ⁊ rite colitur. fructus yberes ⁊ glorioſos producit. Est enim humus secretior que producit fructus meritorum. Et ista est anima quelibet vel conscientia sancta De qua Mūe.xiij. Terram quam circumuius valde bona est si propitius fuerit nobis dñs inducet nos in eā: ⁊ tradet nobis lacte ⁊ melle manantem. ¶ Item est humus yberior. que producit plantas electorum. Et ista est humus religionis vel ecclesie. De qua dicitur Gen. ij. Produxit dominus deus de humo omne lignū pulcrumvisu ⁊ advescendum suaue ⁊c. ¶ Item est humus felicior que producit fructus gaudiozuz. Et ista est humus paradisi ⁊ habitatio māsionis celestis vbi est quies ⁊ gaudium sempiternum. Unde dñs videtur dicere post iudicium ipsis beatis illud Ezech.xxxvij. Scietis inquit ꝙ ego dominus. cum aperuero sepulcra vestra ⁊ eduxero vos de tumulis vestris. ⁊ dedero spiritū meū in vobis ⁊ viueritis. ⁊ requiescere vos faciam super humum vestram. Et hū dicit requiescere. qz. s. illa requies erit perpetua ⁊ quieta. Unde Amos.ix. Plantabo eos super humum suam. ⁊ non euellā eos vltra de terra sua quam dedi eis. ¶ Et si vis nota ꝙ humus anime debz esse ficca carens voluptatis humore. Josue.ij. Sacerdotes qui portabāt archam federis domini: stabāt super humum siccam in medio iordanis. Humus ecclesie debet esse opulenta plena splendore Hee.ix. Humū pinguem possederunt: ⁊ domos plenas cunctis bonis. Humus celestis patrie semper erit leta plena charitatis tenore. Unde Ezech.xj. Congregabo vos de populis ⁊ adunabo vos de terris ⁊ dabo vobis humum. israel. Sequitur. Dabo eis cor vnum ⁊ spiritum vnū tribuā in visceribus eoruz. Sic igitur patet. ꝙ humus signat structurā nobilem ciuitatis Amene. ¶ Quarto dico ꝙ humus significare potest vsturam flebilē feditatis eterne seu inferne: hoc est dictum: habitationē infernalem. Et de hac potest dici illud Amos. vij. Filij tui ⁊ filie tue gladio cadēt. humus tua funiculo metietur: tu in terra polluta morieris. Et Esa.xxxiij. de tali humo dicitur sic. Victima domini in bozra. ⁊ interfectio magna in terra edom. Et descendent vnicornes cum eis. et tauri cum potentibus: inebriabitur terra eor sanguine ⁊ humus eorum adipe pinguium. quia dies vltionis domini: annus retributionis iudicij syon ⁊c. Vide ibi. Sic igitur patet ꝙ est qnadruplex humus. s. Infernalis. Virtualis. Temporalis ⁊. Corporalis. Sufficit. Unde infra de terra ⁊c.

Explicit litera H.

Incipit litera, I.

Acere. Nota qō iacere idem est qō ad terram longo corporis pronū prostratūz esse. Et accipit iacere pro quiescere ⁊ pro dormire. Et potest accipi in bono ⁊ in malo. In bono enim signat depressionem humilitatis. In malo designat incuruationem cupiditatis. In mediocri autez potest significare inclinationem ad uersitatis. Est igitur iacere virtuosum. Jacere vitiosuz ⁊. Jacere dolorosum. ¶ Primo igitur dico. ꝙ est quoddam iacere quod est virtuosum. Et sic nota ꝙ Jacet

Homo stupens miracula.
Homo petens oracula.
Homo cauens pericula.

¶ De stupente miracula patet Dan.x. Ubi viso illo admirabili angelo stupens daniel de seipo dicebat. Mō remānsit in me fortitudo: sed species mea immutata est in me ⁊ emarcui. Sequitur. Et audiui vocem sermonuz eius: ⁊ audiens iacebam consternatus. vultusqz meus herebat terre. ¶ De petente vero oracula. dicitur. j. Esdre.x. Mō orante Esdra ⁊ implorante deum: ⁊ flente et iacente ante templum dei: collectus est ad eum de israel cetus grandis. Jstud est enīz iacere humilitatis. Sic enim solebant iacere ⁊ ad terram se prosternere antiqui in signum humilitatis quando deum volebant orare. Sic fecit moyses sicut ipse dicit Deutero.ix. Jacui coram domino quadraginta diebus. ¶ De timente vero pericula qō facere debeat patet. Cautela enim est ꝙ homo leoni vel apro obuius iacet in terra. Sicut enim aper non potest nocere hominem iacentem vel ad terraz prostratum. Sic ne diabolus hominem contritum et humiliatum. Aper enim erectos non iacentes solet inuadere Et diabolus superbos ⁊ non humiles solet in peccatum deijcere temptationibus infestare. Jdeo de dauid legitur. ij. Regum.xij. Mō dum de peccato quod in

vriā commiserat timeret ⁊ peniteret. ⁊ mori puerum foz midaret. ingressus seoz sum iacuit in terra. Jstud est tacere virtuosum qō est humilitatis. ¶ Secundo dico ꝙ est iacere vitiosum quod est iniquitatis. Et sic iacere fm diuersas considerationes signat diuersa genera peccatorum. Ille enim qui iacet non operatur. non se exercet ad aliquod bonum opus. nisi forte ad impudicicias ⁊ ad malum et sic iacere signat vitium ociositatis. Quia ociosi videntur iacentes non operantes. non em ambulant nec operantur per diligentiam ⁊ vigorem. immo iacent dormiunt ⁊ quietantur per ignauiam et torporem. Unde.iij. Reg. iij. Puer mortuus iacebat in lectulo. Tales enim dicuntur pueri. propter hebetationem sensus ⁊ rationis. dicuntur mortui propter carentiam bone operationis. dicuntur esse in lectulo propter quietem male dilectionis. ¶ Itē ille qui iacet quasi ex toto corpore est expansus ⁊ extensus super terram. Et sic per iacentem significantur auari. qui. scz ex toto corpore. ideſt ex toto affectu ⁊ appetitu: terram. i. terrena ⁊ temporalia per auariciam amplexantur. Ergo tales auari figurantur in illo ydolo dagon. qō cum esset iuxta archam domini situatum. ipsum tamen inuentum est iacens capite detruncato. sicut dicitur. j. Reg. v. Quia vere charissimi multi sunt hodie positi in ara ecclesie iuxta archā testamenti. ideſt iuxta corpus christi in diuersis ecclesie gradibus constituti. qui scilz dicuntur ydolum. quia scilicet habent apparentiam et non existentiam. imaginem ⁊ non veritatem. fictiones ⁊ non perfectionem. j. Cor.viij. Idolum nihil est. Dicūtur etiaz dagon. qui interpretatur piscis inutilis. quia scilicet isti sunt pisces. quia in aquis deliciarum versant dicūtur inutiles: quia nihil vtile, in ecclesia operantur Esaie.lvi. Opera eoz opa inutilia. Tales igit inuenīū tur hodie iacentes in terra. ideſt in terrenis bonis. per auaricia quiescentes. ⁊ capite recte intentionis per malicia carentes. Figurati etiaz in holoferne cui mulier abstulit caput. sicut dicitur Judith.xiij. De quo dicit. Ecce holofernes iacet in terra: ⁊ caput eius non est in eo. Mulier enīz ista est auaricia. que talibus aufert caput. i. rectam intentionem. Et ideo ipsi iacent in terra per cupiditatem ⁊ per terrenorum affectionem. Figurati in socru symonis. Mat.viij. que erat iacens ⁊ febricitans. Unde nota ꝙ. Quidam iacent.

In cauernis terre sicut cuniculi per auariciam
In luto sicut porci per luxuriam.
In stercoribus sicut vpupa per pigriciam.
Alte in arboribus sicut aues per superbiam.

¶ Et breuiter hodie esset multum necessaria probatica piscina. vbi sicut dicit Joh.v. Jacebat multitudo magna languentium. quia reuera multi inuenīunt diuersimode languentes. Unde notabo ꝙ quidam Jacent

In terra perquirentes bona terrestria
In platea procurantes mundi negocia.
In sanguine diligentes lites ⁊ prelia.
In igne suscitantes rixas ⁊ odia.
In deserto languentes falsa mestitia.
In lecto exercentes carnis officia
In domo incurrentes mortem ⁊ ocia.
In vmbraculo haurientes vinum ⁊ brodia.
In ostio ambientes ad beneficia.
In monticulo tumentes vana superbia.

¶ Isti sunt igitur multitudo languentium ⁊ iacentiū in spiritualibus languoribus atqz culpis. Ergo dicam ꝙ in terra iacent bona terrestria perquirentes. Tre.ij. Jacuerunt in terra foris puer ⁊ senex. ¶ Item in platea iacent mundi negocia procurantes Thobie.ij. Nuncia uerunt vnum ex filijs israel iugulatum in platea iacere. ¶ Item in sanguine iacent lites ⁊ prelia diligentes. ij. Regum.xx. Amasa conspersus sanguine iacebat in via. ¶ Item in igne iacent rixas ⁊ odia suscitantes. Numeri.xvj. Precipe eleazaro sacerdoti vt tollat thuribula que iacent in incendio. ¶ Item in deserto iacent languentes falsa mestitia scilicet hypocrite. Unde Ma me.xiij. Cadauera vestra iacebunt in solitudine filijve stri vagi erunt in deserto. ¶ Itez in lecto iacent. carnis officia frequentantes. Unde de holoferne temulento ⁊ Judith amplexus expectante dicitur Judith.xiij. Mō holofernes iacebat in lecto. Et Judic.xix. Concubina iacebat ante hostiuz. ¶ Item in domo iacent somnos ⁊ ocia exercentes Exodi.xij. Nulla erat domus in qua non iaceret mortuus. Et Marci. ij. dicitur ꝙ per tectū submiserunt grabatum in quo iacebat paraliticus. ¶ Item in vmbraculo iacent vinum ⁊ pinguia gluttientes. Unde de noe ebrio dicitur Gene.ix. ꝙ nudatus iacebat in tabernaculo. ¶ Item in ostio iacent ad beneficia ambientes. illi scilicet qui necduz intrauerunt: sed sperant ⁊ expectant ingressum. Unde illud Luce. xvj. Lazarus iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus cupiens saturari demicis quas canes manducabant ⁊ nemo illi dabat sed venientes canes ⁊ lingebant vlcera eius. Jste est enim ambitiosus peccator qui expectat ad ianuam vt micis quas canes. ideſt insatiabiles ecclesiastici comedunt satietur. Et tamen sepe fit ꝙ paucos inuenit dantes: sed solum lambentes vlcera. ideſt fallaces promissores, verbales ⁊ deceptores. ¶ Item in monte iacent alta dominia considerantes: seu vana superbia tumescentes. Unde de philisteis. ideſt de demonibus dicitur. j. Regum.xxxj. ꝙ ipsi inuenerunt saul ⁊ filios eius iacentes in monte gelboe. ⁊ preciderūt caput saul. Et bene dicit. Preciderunt. Quia reuera superbi ⁊ potentes qui in montibus dignitatum iacent. capite ideſt sensu ⁊ discretione hodie carent. quia scz isti non vtuntur in suis actibus ratione: sed potius voluntate ⁊ affectione. Unde illud predictuz Judith.xiij. Caput holofernis non est in eo qui. s. mortuus iacebat in tentorio. Igitur de quolibet tali iacente ⁊ languente. ideſt de quolibet peccatore dici potest ⁊ exponi illud Mat. viij. Dñe puer meus iacet in domo paraliticus? ⁊ male torquetur. Peccator enim dicitur puer. quia libenter maculatur per carnalitatem sicut de amon luxurioso dicitur. ij. Reg.xiij. ꝙ ipse iacebat in lecto expectans thamar. Dicitur iacere: qui ad terram applicatur per cupiditatem. Dicitur etiam paraliticus. qz ad nullum bonum opus mouetur per sedulitatem. Dicitur male torqueri: quia mentaliter anxiatur. Unde mach.ix. Erant vexati ⁊ iacentes sicut oues per inuidiam ⁊ malignitatem. Et aduerte qō sicut porcus fm Plinium quando iacet in luto semper pro maiori parte iacet in dextero latere. Sic tales peccatores sic iacentes semper solēt in dextera parte diuine misericordie quiescere. semp em sperant ꝙ in fine misericordiam consequentur. ⁊ sic ad dexteram diuine misericordie non ad sinistram sue iustitie respicere dinoscuntur. Unde. j. Reg.xxvj. Inuenerunt saul iacentem ⁊ dormientē. Dormientē dico. i. in spevenie quiescentē. Jstud est igit iacere vitiosum qō est iniquitatis Josue.vij. Surge cur iaces pronus in terra ¶ Tertio dico ꝙ est iacere dolorosum qō est aduersitatis. Jacere em signat statū depressionis sicut erigi signat statū promotionis. Ille em qui iacet ad terrā deprimitur Sic paup ⁊ tribulatus infernus sub alioꝝ pedibus cōculcat. Unde Judic.xij. Invenerūt dñm suū mortuū iacētem in terra. Et ideo miseri ⁊ tribulati q iacēt sub cladi b⁹ fortune pñt figurari in sisara q a Jabel fuit occisus postꝙ sitiens satis⁹ de lacte bibisset: ita ꝙ iacens ⁊ mortuus est inuentus. Unde Judicū.iij. Dicitur. Vidit sisaram mortuum iacentem ⁊ clauum in timpore eius. Quia reuera sepe fit. ꝙ post pot⁹ lactis. i. post haustus dulcedinis mūdane prosperitatis. aliquis a statu deijcitur. ⁊ iacens ⁊ mortuus. ideſt depressus ⁊ miserabilis inuenitur. ij. Mach.ix. Ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus ⁊ omni spe ⁊ virtute priuatus. Tales igitur sic iacentes sunt misericorditer eleuandi. sicut de asino ponitur exemplum Exo.xxiij. ꝙ si iacens sub onere cecidisset subleuari debebat. Verumtamen mali in fine in inferno iacebunt. ⁊ ibi sine remedio remanebunt. Prouer.xiij. Jacebunt mali ante bonos. ⁊

impij ante portas iustoꝝ. Et sic igit patet. qđ est iacere dolorosum vitiosum ⁊ virtuosum. Unde supra de cadere. ⁊ de dormire. ⁊ de habitare ⁊c.

Jacere. Jactus.

Nota ꝙ iacere vel projcere signat mꝫltipliciter in scriptura. Mam.

Jacitur semen vt fructus faciat.
Jacitur telum vt hostem feriat.
Jacitur rethe vt feram capiat.
Jacit fundamētū vt domū fulciat
Jacitur lapis vt ictu noceat.
Jacitur pondus ne damnū pariat.

Deus eñ diffinitiue ⁊ conclusiue, mundũ voluit redimere. Et ideo ipse dicit. Esaie. xxviij. Idcirco hec dicit dñs deus. Ecce ego mittã in fundamentis syon lapidem. lapidez probatũ angularẽ preciosum. in fundamẽto fundatuꝫ Jste enim lapis angularis fuit xp̃s qui per incarnationem in mundũ redimẽdũ fuit missus ⁊ syon idest ecclesie fundamentũ effectus. ¶ Item deus bonos ⁊ iustos a malis intendit liberare ⁊ eximere vnde ipse est qui dicit de homine iusto illud Hiereiñ. xxxj. Filius honorabilis mihi effraym. adhuc recordabor eius. Idcirco cõturbata sunt viscera mea super eum. miserans miserebor eius ait dominus. ¶ Item deus malos decreuit cõdemnare et deprimere. Unde Ezec. v. ipse dicit. Judicia inquit mea proiecerunt. et in preceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hec dicit dominus deus. Sequitur. Faciam in te iudicia. et ventilabo vntuerſas reliquias tuas in omnẽ ventũ. Idcirco viuo ego dicit dominus. Sequitur. Confringam ⁊ nõ parcet oculus meus ⁊ nõ miserebor. Sic igitur patet quomodo idcirco potest spectare. Ad iustum. ad impium et ad deũ. ¶ Sed si vellesalio mo sumere posses dicere. qõ idcirco in bono significato potest designare homines rationabiles ⁊ discretos, qui scilicet sciunt ad omne propositũ respondere. et omnẽ bonã conclusionẽ finẽ et terminũ imponere vel inferre. Unde ꝓpte tales possunt dici idcirco. Et sic dico qõ isti sunt idcirco. Caritatis cẽtatis &c. sicut. ã. paragrapho primo. igitur notabo. Et allega pr oia ficut ibi. Jn malo vero significato dic qõ idcirco põt significare hominẽ rebellem ⁊ litigiosum qui scz nulli ratiõi vel assertioni vult acquiescere. sed de oibus factis suis vult rationez reddere. ⁊ vnũ idcirco de oibus assignare Talis igitur potest dici ergo. vnde ideo vel idcirco. Et ideo dic omnia &c tali idcirco que supra dicta sunt in paragrapho. Secundo dico &c. ꝙ iste est idcirco possessionis infectionis confusionis &c. concordia si vis.

Jdeo. Notaq; ideo est ꝓiunctio causalis. Signat enim causam cuiuslibet effectus siue boni fuerit siue malus. Dico igitur ꝙ ideo se habet per modum causatiue responsionis quia nõ est dare aliquã questionem que per ideo, non possit solui. Jsta enim duo aduerbia quare et ideo videntur fuisse duo disputantes vnus querens. alius respondens. Unus discipulus alius doctor. Quia scilicet quare se habet per modũ discipuli vel querentis. Jdeo vero se habet per modum magistri vel respondentis. Oportet tamen qõ semper secum habeat baccalaurios suos qui vt cõmuniter vocant vt et quia. Si enim fiat questio quare christus fuit incarnatus. Respondebitur. Jdeo seu propter hoc vt homo esset saluatus vel quia adhoc fuerat a patre destinatus et missus. Igitur dicã qõ ideo semp signat allegationẽ vel cõsequẽtis effectꝰ designationẽ. Et sic dico ꝙ est iõ ꝓtinẽs ad bonos, ⁊ iõ ad ꝓtinẽs malos. ¶ Primo igit dico qõ ideo signat allegationem vel consequentiã que spectat ad bonos. Et ideo dico quod quia iusti et sancti deo seruierunt deũ timuerũt. Deũ dilexerunt nemines leserũt oẽs adiuuerunt. illis respondeꝛ per scripturã ꝙ. Jdeo.

Uocantur per penitentiam ne pereant.
Ditantur per opulentiã ne egeant.
Firmãtur per patientiam vt maneant.
Mũdantur per continentiam ne fœteant.
Famãtur per redolentiam vt placeant.
Sectant christi presentiam vt pareant.
Leuantur ad eminentiã vt sedeant.
Portant ad regni gloriam vt gaudeant.

Jstud est eñ ideo bonoꝝ ⁊ iustoꝝq; bonitas iusti per merita sua in p̃senti gratias ⁊ virtutes in futuro ꝛo gl'ias et beatitudinẽ sortiũtur qõ scz totũ põt probari ꝓ ideo. Dico igitur. qõ ideo vocank ad penitentiam. Vocatio enim ad penitentiã vel ad fidẽ ex occulta dei ꝑdestinatione peruenit. Hiere. xxxj. In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans tui. ¶ Item dico qõ ideo ditantur per opulentiã. Justis eñ vt cõiter dat sufficientia terrenoꝝ. Quia sicut scriptũ est. Non affliget dñs fame animã iusti. quinimo sepe fit dei prouidẽtia occulta qõ diuitie, malorũ reseruanꝫ bonis. Sicut apparuit de terra promissionis que dudũ fuit hoim malignoꝝ quos deus expulit ⁊ delcuit. ⁊ ibi filios israel introduxit Unde dicitur Prouer. xiij. qõ custoditur iusto substãtia peccatoris. Unde Sap. x. dicit. ꝙ iusti tulerunt spolia impioꝝ. ⁊ decantauerũt domine. nomen sanctũ tuum et victricem manũ tuã laudauerũt pariter. ¶ Jtẽ dico ꝙ ideo firmant per patientiã. Etenim qz iusti probank per patientiam. et perfecti inuenkunk per constantiam sicut de Abraam legit Geñ. xxij. Ideo stabilita sunt bona illorũ in domino Eccli. xxxj. ¶ Item dico, ꝙ ideo mũdantur per continentiã. Luc. j. Ideoq; et qõ nascetur ex te sanctũ vocabitur. Sanctitudo eñ mundiciã mentis et carnis designat. ¶ Item dico qõ ideo famãtur per redolentiam Cant. j. Oleum effusum nomẽ tuum. ideo adolescentule dilexerunt te nimis. Quia enim nomen et fama vbiq; diffunditur. ideo merito ad adolescentulis idest ab innocentibus mentibus adamatur. ¶ Jtẽ dico quod quia iusti sunt ideo sectantur xp̃i presentiaz Altant enim christo eidem iugiter seruiendo. vnde Apoc. xiij. dicitur. q. od quia ipsi lauerunt stolas suas ⁊ albauerũt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronũ

dei et seruiunt ei die ac nocte. Justus enim plus amat obedire diuinis mãdatis q̃ abundare diuitijs infinitis vnde ps. Ideo dilexi mandata tua sup aurũ et topazion ¶ Itẽ dico qõ qz isti sunt ideo leuãtur ad eminentiã. qz reuera isti per prudentiã diuinã. qsiqs leuãtur et exaltant ad prelationẽ et eminentiã tẽporalem. Sicut de abraam dicit Eccli. xliij. Quod qz inuentus est fidelis ideo iureiurando redit illi gloriã in gente sua. ¶ Item dico qõ quia isti sunt. ideo portãtur ad eternalẽ excellentiam. sicut Sap. v. dr. qõ ideo isti recipient regnũ et diadema speciei de manu dei. Istud autem fiet in patria quando verificabitur illud ps. Ideo cõuertetur populus meus hic. et dies plenos inuenient in eis. Vtz igit quomodo istud aduerbiũ ideo potest significare quandam allegationem. vel consequentiã que spectat ad bonos. ¶ Secundo dico q̃ potest significare quãdam allegationem vel consequentiam que spectat ad malos. Et sic dico quod quia mali sunt et peruersi. Ideo.

Leuat ipsos vana superbia cordialis.
Turbat ipsos grauis inuidia pectoralis.
Grauat eos tristis molestia corporalis.
Damnat illos grandis sententia supernalis.

Mali enim quia mali sunt ideo per superbiam leuant cordialiter ps. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt impietate. et iniquitate sua. Et causa redditur. qz scz prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ. ¶ Item dico. q̃ qz mali sunt ideo per inuidiam leduntur pectoraliter. Vsi Eccli. xxxj. De oculo nequam. per quẽ intelligitur oculus inuidus dicitur. Memento quoniã malus est oculus nequam. Nequius oculo quid creatur est? Ideo ab omni facie sue lacrymabitur. q. Inuidus solet per malum oculum insidiari. etiam quãdoq; quãdo ledere nõ potest lacrymari. Unde de detractoribus et inuidis dr Ezech. v. Ideo patres comedent filios in medio tui. et filij comedent patres suos. ¶ Item dico qõ mali. quia mali sunt ideo per molestiam leduntur corporaliter. Constat enim quod propter malum culpe sequitur etiã corporaliter malum pene. vtpote infirmitas vel tribulatio tẽporalis. sicut de rege israel achab scribitur. iij. Regum. j. quod quia miserat ad consulendum deum ac caron. dictum est sibi. Ideo de lecto super quem' ascendisti non descendes. sed morte morieris. Mortuus est igitur. etc. ¶ Itez dico qõ mali quod mali sunt ideo per iusticiã damnantur. seu premunt eternaliter. qz. s. in iudicio non resurgent ad gloriam sicut sancti. immo cõprimentur ad miseriam vt iniusti. Unde in ps. dicitur. Ideo non resurgunt impij in iudicio neq; peccatores in consilio iustorum. Sic igitur patet quomõ ideo est quãdam allegatio que spectat ad malos et ad bonos etc. Unde de propter infra in litera. ℣. Et etiã de idcirco et de igitur. et de quare et de quapropter. ¶ Si vis autẽ dic de ideo sicut de idcirco qz scz per ideo intelliguntur homines scientiosi et respondẽtes. et boies querulosi et contradicentes etc. Unde de idcirco in paragrapho vltimo.

Idem. Nota q̃ idem signat quandã integritatẽ quandam conformitatem et quandã essentie quidditatẽ. Et sic notabis. Mõ ẽ Idẽtitas realis Idẽtitas moralis. Identitas localis. ¶ Dico igit primo qõ est identitas realis. Et ista est idẽtitas diuine.

Essentie que est immutabilis.
Justicie que est imitabilis.
Presentie que est habitabilis.

Clarũ em est iusticiã et presentiã diuinã nihil aliud esse q̃ diuinã essentiã que. s. nec re mutat. nec tẽpore immo semper eadẽ et in eodẽ statu perseuerat. De rebus autẽ creatis non sic qz iste cõtinue variantur. quinimo sunt et fuerunt phi qui dixerunt q̃ omnia temporalia mutantur cum tempore. eterna vero stant et eadem essentialiter perseuerant. Unde etiam isti dixerunt quod homo nunq̃ est idem. Non enim idem vt aiunt iuuenis quod senex. Non idem in vno loco quod in alio. Non idem dexter quod sinister. Non idem mortuus quod viuus. etc. similia. Ad quod satis facit illud quod scribit. Job. xiij. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur et conteritur. et fugit velut vmbra. et nunq̃ ipse est qui in eodẽ statu permanet. Sed procerto de deo est aliud. qz scilicz dicit. Ego dñs qui non mutor. Mal. iij. Ipse est de quo dicitur. Non est deus vt mentiat nec tanq̃ filius hois vt mutetur. Nume. xxiij. Iste semper vnus et idem est. et in eodem statu immutabilis permanet et consistit. Et hoc est quod bene dicitur in ps. et Heb. j. Ipsi peribunt tu autem permanes et omnes vt vestimentũ veterascẽt et velut amictus mutabis eos et mutabunt. Tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. Et ideo. j. Corin. xij. dicitur. Diuisiones gratiarũ sunt. idem aũt spiritus et diuisiones ministrationũ sunt: idem autẽ dominus et diuisiones operationũ sunt. idem autem deus. Et sequitur. Idem autẽ spũs. diuidens singulis prout vult. Ista est igit idẽtitas que est realis. ¶ Scõo dico q̃ est identitas que est moralis. Et sic dicã qõ est idẽtitas.

Constans et solida. Primã facit vigoris fortitudo.
Instans et feruida. Secundam facit amoris feruitudo
Astans et prouida. Tertiã facit mortis similitudo

¶ Dico igitur qõ inuenitur identitas firmitatis q̃ est informatiua. Et hec est illa summa et inestimabilis fortitudo que mentẽ ita formal firmat et informat in bono proposito quod siue veniant prospera. siue insurgãt aduersa. siue interueniant varia et diuersa semper tamen in virtute et constantia manet idem vt nec sit motꝰ varietatis in pectore nec gestus contrarietatis in corpore nec actus difformitatis in opere semp igitur debet esse idem iuxta illud. j. Corin. j. Sitis autẽ perfecti in eodẽ sensu. et in eadem scientia. Phil. iij. Idem sapiamus et in eadem permaneamus regula. Allega hic. Bene. qui in multis passibus loquitur de tali identitate. Et si vis inuehe cõtra illos qui carent huiusmodi virtuosa et stabili identitate et qui nunq̃ in eodem statu persistit immo ad modicum flatum fortune vel aspere vel secunde tam interius q̃ exterius statum mutant. Similes illi lapidi sy. onites qui ẽm lunam mutat imaginem. quia scilicet sicut luna mutat in celo. sic imago lune que est in lapide mutatur et variatur in ipsius corpusculo sic tales ad mutationem lune idest fortune mutant imaginem status sui. Similes tirsicyati. qui ẽm fabulam de viro in feminam et de femina in virum fuit mutatꝰ qui tamen oculorum lumine fuit priuatus vt dicit Ouidius li. iij. fabula. iij. sic tales quandoq; sunt viri quandoq; femia qsiqs fortes. qsiqs infirmi. quãdoq; leti. qsiqs tristes. quandoq; magnanimi quandoq; parui. Et sic nunq̃ sunt idem. Iob. xiij. Nunq̃ in eodem statu permanet. Quod potissime pt; in nobis ecclesiasticis qui fortune subijcimus nosmetipsos. et facili occasione volumur et rotamur. Iob. iiij. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles etc. Ista est igitur identitas firmitatis que est informatiua. ¶ Item dico quod in moribus inuenitur identitas caritatis que est transformatiua. Amor enim transformat amantem in amatũ. Et ideo amor proprie comparatur igni qui scilicet duo metalla solet taliter liquefacere et ignire quod efficiuntur vnum et idem. sic etiam amor. Unde Seneca in epistola dicit de amico. Est enim amicus qui est quasi alter idem. ¶ Item dico quod inueniuntur in moribus identitas qualitatis que est conformatiua. Idem enim quandoq; accipitur pro simili. Unde quandoq; vnum est alteri simillimum tunc dicitur esse idem cum ipso. Sicut cũ dicitur ad Romanos. ij. ca. Eadem enim agis que iudicas. Eadem enim dico idest similia. Et sic dico quod nos inuenimus identitatem bonorum et identitatẽ malorũ. Bonorum dico. qui scilicet volunt se bonis alijs conformare. et cũ eis esse idem in moribus et in vita quia scilicet isti solẽt idẽ credere. idem sapere. idem facere. ibidem sistere. Habent enim iusti eundem locum. quia scilicet omnes sunt in ecclesia militante. Et omnes illi qui sunt eiusdem religionis debent esse eiusdem habitationis. Act. ij. Erant autem omnes discipuli pariter in eodem loco. Credũt etiam

etiam iusti eundẽ deum. ij. Corin. iiij. Habentes autem eundem fidei spiritũ etc. Habent etiã iusti eundẽ scientie fructũ. qz scz oẽs eadem doctrina et scientia sunt instructi. j. Corin. i. Omnes enim vnũ potũ spiritualem biberant. Et Phyl. iij. Idem sapiatis eandẽ caritatem habentes vnanimes idipsuz sentientes. Facit etiã iusti eundẽ bone operationis actũ. qz. scilicet in actibus virtutibus vnus alteri se conformat. Nume. xv. Tam indigene q̃ peregrini eodẽ ritu offerent sacrificia Eccli. xliij. Et ysaac eodẽ fecit modo. Inuenimus etiã identitatez malorum qz. s. mali habent identitatez obstinationis. et identitatẽ cõuersationis. Obstinationis dico. qz scz ita sunt obstinati in malo qõ semper volunt esse idem. nec a suo malo proposito possunt aliqualiter immutari cõuersationis etiã quia semper se solent vnus alteri in moribus conformare. eosdem actus facere. et idem dicere et sentire. prouerbi. x. Idem sequitur auces volãtes idest quilibet talis idem se conformat auibus volantibꝰ. i. alijs vanis hominibus et ineptis. Et sic patet qõ est q̃dam identitas que est moralis. ¶ Tertio dico qõ est q̃dam identitas que est localis. Quia procerto iusti habent eundẽ locũ scilicet ecclesiam militantem in via. Josue. v. Manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur. Et paradisum seu ecclesiam triumphantem in futuro. Nume. xx. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum manebant in eodem loco. Et mali etiã in eodẽ loco manent quia scilicet in vita sua isti habent eandem habitationẽ. et finaliter in inferno eandem habebunt damnationem. Unde de illo iniquo andronico quoniam occiserat dicitur. ij. Macha. iij. quod in eodẽ loco in quo ionã interfecerat iussit reddere thiocus sacrilegum vita priuari. Et hoc de idem et de eodẽ sufficiant. Vide de huiusmodi in litera. ℣.

Idipsum. Quia idipsum videtur significare illud quod idem notare possuz quod nos debemus. Idipsum.

Sapere. Idipsum dico sapere. Roma. xv. Deus
Dicere. autẽ pacis et solacij det vobis ipsuz sa
Facere. pere in alterutrũ. Item idipsum dicere. j.
Sperare. Corin. j. Obsecro aũt vos fratres vt id
Laudare. ipsum dicatis oẽs. et non sint in vobis
scismata. ¶ Item idipsum facere. Phyl. ij. Gaudeo et congratulor vobis. idipsum autẽ et vos gaudete et congratulamini mihi. ¶ Item idipsum sperare. ps. In pace in idipsum dormiã et requiescã. ¶ Item idipsuz laudare ps. Exultem nomẽ eius in idipsum etc. Sufficit.

Is. Nota quod is vt communiꝰ accipitur demonstratiue. designat enim certitudinem persone. Et ideo quia omnis persona aut est bona aut est mala Dicam quod is potest in bono et in malo significare et designare boiem virtuosum et boiem vitiosum. ¶ Primo ergo dico quod is signat boiem virtuosum. Virtuosus enim potest dici is quia scilicet iste est demonstrabilis et spectabilis apud omnes ratione vite apparentie et doctrine. Et sic notabis qõ homo potest dici is. i. demonstrabilis et virtuosus. ¶ Ratione.

Sapientie speculatiue. Talis cũ is solet subtiliter speculari. Vsi Actuũ.
Fiducie postulatiue r. dicitur. Quod is vidit
Constantie tolleratiue. in visu manifeste quasi
Caritatis retributiue. bora nona angelum dei
Voluntatis renouatiue. ¶ Item is solet supplici
Humilitatis subiugatiue. ter rogare. Unde de illo claudo qui sedebat ad portam speciosam. dicitur Actuum. iij. quod is videns Petruz et Johannem incipientes introire in templum. rogabat vt elemosynam acciperet. ¶ Itez is solet stabiliter portare supplie tribulationes. vnde. ij. Macha. vij. dicat. de sexto martyre machabeorũ qõ is mozi incipiẽs Antiochum arguebat. ¶ Item is solet sinceriter amare. supple deũ et quemlibet benefactorem. vnde Luce. vij. Quis inquit eiz plus diligit? Respondetur. Existimo quod is cui plus donauit. Itẽ solet animũ renouare. s. per penitentiã oportunã. Vsi. ij. Corin. iiij. Licet is qui deforis est noster homo corrũpatur. is tamen qui intus est renouatur de die in diem. ¶ Item is solet se deo subiugare. vnde de demoniaco dicitur. Luc. viij. Is vt vidit Jesum procidit ante illũ. Sic igitur dico qõ is designat hominẽ virtuosum. ¶ Secũdo dico qõ potest designare hominẽ vitiosum. qui scz demonstrat uus potest dici pro eo q̃ quãdoq; sic abundat in vitijs. q̃ tanq̃ non sit rum vel spectaculũ per alios et digitũ demonstratur. Et hoc merito. quia procerto is.

Abundat mendacijs sine veritate.
Predicat eloquijs plenis falsitate.
Pessundat nequitijs sua prauitate.
Redundat spurcicijs et cupiditate.

Talis dico solet mendacia seminare. j. Joh. ij. Quis est mendax nisi is qui negat quoniam Jesus non est xps? ¶ Item solet fallacia predicare. ij. Corin. xj. Si is qui venit aliũ christũ predicat quẽ nos non predicamus. supple falsum predicat etc. ¶ Item solet in vitijs abundare scz in luxuria et auaricia. j. Corin. v. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator aut auarus aut idolis seruiens etc. cũ hmõi nec cibuz sumere. ¶ Itẽ solet ad vitia concitare seu prouocare scz alios suis malis dictis et factis. j. Thes. iij. Misi ad cognoscendum fidem vestram ne forte tentauerit vos is qui tentat et inanis fiat labor vester. Transeo. quia sterilis est materia etc.

Idest. Nota qõ idest põt accipi pro vna dictione vel pro duabus. Quocunq; tamen mõ accipiatur dictio est interpretatiua: expositiua et declaratiua. Et sic nota qõ istũ vocabulũ idest signat. Prudẽtem sagacitatem. Rebellẽ fatuitatem. Presentẽ prosperitatem. Mundanã aduersitatem et Celestem felicitatem Ista enim omnia habent vim interpretatiuam. vel alterius q̃ ostendant significatiuã. Nam per primum idest notatur motũ sanctitas in prouidis. Nam per secundũ idest notatur vite prauitas in fatuis. Nam per tertiũ idest notatur mundi vanitas in psperatis. Nam per quartũ idest notatur rerũ paupertas in tribulatis Nam per quintũ idest notatur celi felicitas in beatis. ¶ Primo igitur dico qõ ista dictio idest. signat in prouidis et prudentibus motũ sanctitatẽ. Prudens enim homo nihil aliud est q̃ vnũ idest. qz. s. isti sunt qui sciũt interpretari res aliter q̃ eas proferant. Ipsi sunt etiam aliud aliquotiens q̃ ostendant. qz. pculdubio q̃uis nõ semper appareant isti tamẽ sunt quãdoq;.

Uiri
Penitentes et magni doloris.
Permanentes et magni vigoris.
Continentes et magni decoris.
Precellentes et grandis valoris.

Dico igitur q̃ quidã sunt viri penitentes doloze cõtriti. vt de ipsorũ quolibet dicatur illud. Geñ. xxxv. qõ. s. rachel appellauit nomen filij sui benoni. i. filius doloris. ¶ Itez quidã sunt viri permanentes vigore muniti vt scz de quolibet dicatur illud Geñ. xxxv. Pater Joseph vocauit eum benjamin. i. filius dextre. Dextera enim fortitudinem bone operationis designat. ¶ Itẽ dico q̃ quidam sunt viri continentes decore floridi seu politi vt de tali dicatur illud Judic. xvj. Nazareus idest sacratus sum domino. Nazareus autẽ floridus interpretatur. ¶ Itẽ dico qõ quidã sunt viri precellẽtes valore fulciti Et isti sunt illi qui licet modici videantur. sciunt tamẽ et possunt magna facere. magnis resistere. et pro fide magna et grauia sustinere. vt de talibꝰ dicatur illud Dan. iij. Viri autẽ hi tres. i. sydrac misac et abdenago ceciderũt in medio ignis colligati. et ambulabãt in medio flãme laudãtes deum. Habes autẽ de istis ibidẽ quomodo pronunciam babylonis reperunt et quomodo iniqs regis iussionibus contradixerunt. vt de quolibet tali dicatur illud. iij. Reg. vij. Vocauit columnã iachin. i. firmitas. Et sic igitur dicam qõ istud idest. signat motuz sanctitatem. ¶ Secũdo dico quod ista dictio. i. signat in fatuis vite prauitatez. per idest enim intelligi possunt quidam qui et in verbis et in factis non sunt nisi vnuz dest. vnuz aliud q̃ ostendant. In verbis dico sicut sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebelles et litigiosi. heretici et supstitiosi: mendaces et proditiosi. Isti enim habēt sua verba semper duplicia t obscura q; nunq; sunt talia sicut esse videntur. immo semper vno ideſt. i. vna fallaci expositione glossata t interpretata noscūtur et tamē verba nostra debēt esse ita solida quod nulla calua occasione vel ficta interpretatione debent mutari. sed in ea intentione qua prolata sunt immutabiliter debent effari Leuit. xxvij. Si quic quid vouerit sanctum erit nec mutari poterit ideſt nec melius malo nec peius bono. In factis etiaz sunt sicut hypocrite. t malicioſi quorū vita non est nisi vnū ideſt quia sez alia est existētia q; apparentia. alia cōuersatio q; operatio. Alia vestis q; pestis. Unde t malis dicitur Judic. xix. Venerunt viri ciuitati illius filij belial. ideſt absq; iugo. Unde de peccatis talibus pōt dici illud Deu. xxix. Vidistis abominationes et sordes. i. ydola eorum Patet igitur q; ideſt quādoq; sumitur et designat vite prauitatem. ¶ Tertio dico q; ideſt signat in prosperatis mundi vanitatem. Mundi enim gloria non est nisi vnum ideſt. vnū enim ostendit et aliud pretendit. vnus est et aliud erit. vnū patet et aliud latet. Qz reuera mūdus videtur splendere t tamen solet fetere. videtur ridere t inuenitur lugere. videtur gaudere t solet tedere q; reuera et in mundo et in mundanis plus est de amaritudine q; de dulcedine. Plus de tedio q; de gaudio plus de labore q; de sopore. Et ideo de tali ideſt potest talis mundana ꝓsona dicere illud Ruth. j. Non vocetis me noemi ideſt pulcram. sz vocetis mara ideſt amarā quia amaritudine repleuit me omnipotēs. Talis autē amaritudo et tale ideſt tunc precipue complebitur quando per damnationem eternam omne quod dulce fuerat in amaritudinē conuertetur t quāde mundana gloria futuris infortunijs destruetur. Unde de futuris infortunijs dicitur Hieremi. lj. Sonabunt fluctus quasi aque multe. quia venit super eam ideſt super babylonem predo. et apprehensi sunt fortes eius et emarcuit arcus eorum. quia fortis vltor dñs retribuet. Patet igitur q; id est quādoq; designat mundi vanitatem. ¶ Quarto dico quod ideſt designat in tribulatis rerū paupertatem Constat enim q; status presentis tribulationis et paupertatis non est nisi vnū ideſt. Signat eñ pro tempore futuro aliud q; pro modo q; procerto miseria presentiū tribulationum signū est futuroꝝ cōsolationū. Quod bene figuratū est. Gen. xlviij. vbi dicitur q; Joseph posuit effraym ad finistrā suam. i. ad dexteram israel. Qz reuera quādo ioseph qui interpretatur augmentuz vel appositio. i. mundi ꝓsperitas in qua est bonoꝝ terreno rum augmentū ponit aliquē ad finistrā suam. i. in statu tribulationū. istud nō est nisi vnū ideſt hoc est dictu vnum signum t vna demōstratio q; ipse erit finaliter: ad dexteram israel. ideſt in felicitate eternarū consolationum. et in societate israel ideſt deum videntiuz hoc est, spiritualium contemplationū. Signat igitur ideſt rerum paupertatē et aduersitatez. ¶ Quinto dico q; ideſt signat in beatis ceu voluptatem et felicitatē. Id est enim signat declarationem et expositionē illoꝝ que dicta sunt. Et quia in celo omnia sunt clara nuda, expsita et aperta. bene dico quod celi vita potest dici ideſt.

¶ Unde nota q; ibi est declaratio et manifestatio.

Veritatis et scientie.	Ibi eñ refulget veritas et
Claritatis et letitie.	cognitio. qz. ſ. ibi sunt che
Securitatis et fiducie.	rubin qui interpretantur
Tranquilitatis et cōsciētie.	plenitudo sciētie. iij. Reg.
Libertatis t idulgētie	vj. Adēsura parū op⁹ vnū
Saturitatis et opulētie.	erat in duobus cherubin

ideſt altitudinē habebāt. x. cubitorū. Hoc est dictu altitudinē mentis ad cognoscendū verū denariū retributionis eterne. ¶ Item ibi refulget caritas et dilectio. vnus enim alterū affectat desiderat alterum intuetur. et per caritatem et inuicem consolari. Roma. j. Desidero enim videre vos ideſt simul cōsolari in vobis per eā que inuicem est fidem vestram atq; meam. ¶ Item ibi refulget securitas t tutio. quia, scilicet é secura habitatio que a nemine perturbatur Unde istud est tabernaculum non manufactum. ideſt non huius creationis Hebre. ix. Unde Gene. xxviij. q; iacob cum obuiam habuisset angelos. appellauit nomen loci illius manaim i. castra. Et xxxij. c. dicitur q; appellauit nomen loci illius sochoth. i. tabernacula. Unde de celesti habitatione dicitur Hebre. xj. Nūc autem inquit meliorē appellauit nomen loci illius sochoth. ideſt tabernacula. Unde de celesti habitatione dicitur Heb. xj. Nūc autē inq̃t meliorē appetūt supple habitationē seu patriā. i. celestē. parauit eñ illis ciuitatē. ¶ Itē ibi refulget trāquillitas t quietio. Leuiti. xxij. Die primo t die octauo erit sabbatum. i. requies. ¶ Item ibi refulget libertas t remissio qz sez oē opus seruitutis remittet t cessabit ibi sicut Plume. xxvj. Et Leui. xxvij. 0z q̃cū iubileus. i. annus remissionis aduenerit restituet hereditas pristino possessori Hec est aūt hereditas seruorum domini. ſ. gloria sempiterna. ¶ Item ibi declarat saturitas t refectio. Quia sez diuinitas t humanitas christi sunt duo fercula quibus anime beatoꝝ recreantur et corpora. Unde Exod. xvj. dicit. q; filij israel de manna celesti colligebant cibos duplices. ſ. duo gomor p singulos homines. Et Exo. xij. Est enim phase. i. transitus domini Phase. enim ideſt pascha erat festum vbi comedebatur agnus paschalis &c.

Idolum. Nota q; idolum est illa imago: figura statua seu similitudo q̃ antiquitus ab infidelibus ꝓ deo colebatur Uerūtamen q̃uis generaliter ydola in scriptura significent deos gentiliuz possunt tamen designare diuersa genera peccatorum: vel etiam diuersa genera vitioruz. Et breuiter dico q; in scriptura inueniunt idola

Bonorū exteriorꝝ.	Bona eñ terrena dicunt idola q; ista non sunt vere res immo imagines rerum. Quedaz etiam fictiones dicuntur esse idola quas hebetes t stulti faciunt deos suos. Et ideo consulit Esa. ij. In illa die ,ꝓiciet hō idola argenti sui t simulacra auri que fecerat vt adoraret: Ad literā eñ antiquitus ꝓ totū ordē fuerūt idola in que fatui idolatre crediderunt t ea coluerunt t adorauerunt De q̃ bus Ezech. xx. In idolis egypti nolite pollui. Peccata etiam possunt dici idola q; scilicet multi sunt q̃ diuersis peccatis deos suos faciunt t in cordib⁹ suis ea adorant t colūt Sicut ptz de carnalib⁹ q̃ rectevident luxuriā deificare Et de auaris q̃ vident auariciaz adorare Ephe. v. Auaricia q̃ est ydoloꝝ seruitus Peccatores etiam dicuntur idola. q; ꝓcerto sicut idolū nullū erat virtutis q̃uis magne eēt autoritatis. Sic peccatores nullius sunt virtutis apud deū. q̃uis magne sint autoritatis apud mundum. Et sicut idola de diuersis metallis t materijs solebāt fieri qz. ſ. q̃dam erant.

Dexteriorꝝ t peccatorꝝ.	
Ulteriorꝝ interiorum.	

Lignea. Sic vere mundi peccatores dicunt eē lignei
Lapidea. per fragilitatem Lapidei per insensibilita-
Aurea. tem. Aurei per ꝓ pompositatez. Erei. i. facilr
Erea resonātes p iactātiā t detractionā p̃uitatē.
Juxta illud ps. Simulacra gentiū argentū t aurum.
De talibus igitur t eorum malis operibus potest dici illud Sap. xiij. Infandoꝝ enim ydoloꝝ cultura omnis mali causa est. Et breuiter possumus notare q; per idola possunt accipi tria vel quatuor genera peccatorum scilicet illi Qui magnis statibus sublimant Qui falsis ritibus palliant Qui bonis moribus elongant. Primi sunt superbi t ambitiosi Secundi sunt ypocrite et proditiosi. Tertij sunt pigri et accidiosi. ¶ Primo igitur dico q; ydolum signat superbos elatos et ambitiosos. Sicut enim ydolum q̃uis esset sine virtute t sine sensu. tñ antiquitus in alto loco ponebaſ tanq; deꝰ adorabat eoraz ipso thurificabant. t diuersis cultib⁹ tinuerib⁹ ab infidelib⁹ colebat. sic vere hodie multi sunt ambitiosi q̃ q̃uiscareant oi sensu t ratione. oi virtute et discretione: omni motu t bona operatione ipsi tamē hodie in altis dignitatibus et officijs sublimant. vbi

dij. i. viri excellentes t pfecti esse creduntur vbi etiā ab infidelibus. i. ab adulatoribus coluntur et honorant t vbi per adulationem etvane laudis exhibitionem thurificantur. t incensant Isti figurant in illo ydolo. i. in illa statua quā fecit erigi Nabuchodonosor rex coram quo instrumentis varijs cantabatur. t quam q̃ adorare nolebant in fornacem igneam ponebant. sicut dicit Dani. iij. Sic vere charissimi videmus q; hodie multa idola. i. multe statue. i. multe ꝓsone inutiles t ignorantes a rege Nabuchodonosor i. a papa rege vel imperatore in altis dignitatibus: officijs: prelaturis t beneficijs erigunt Et statim ꝓcerto assunt coram talib⁹ cantores musitatores. i. fallaces adulatores mali consiliarij t suggestores t suoꝝ malorum actuum iustificatores. Tales enim corā talib⁹ idolis cōtinue resonant t adulant. t ꝓ sonosvane laudis coram eis modulantur Juxta illud Esaie. xxx. quod proprie videtur esse dictū talijs idolorū. laudes adulatoriz diligentiū. Loquimini inquiant nobis placentia. videte nobis errores. auferte a me viaz. declinate a me semitaz. cesset a facie nostra sanctus israel Et breuiter pauperes subditi talia ydola adorare. t munera dare coguntur q̃ si facere noluerint. igne diuersarū tribulationum cremātur quia vere si tales talibus malis principibus vel prelatis: officialibus vel balliuis non offerunt munera. statim in currunt lites t verbera De talibus igitur idolis loquitur Ezec. viij. q; ipse vidit in templo vniuersa idola domus israel depicta in parietibus. quibus seniores israel, thurificabant Hodie enim in templo ecclesie idola. i. personeſ sunt in dignitatibus sepius constitute. Quia reuera sunt viri picti t ficti. coram quibus seniores. ideſt illi qui debent esse consilio saniores. non cessant thus t incensum adulationis incēdere t verba placentia incensare. Quia vere istud fit hodie in domib⁹ prelatorum t magnatum. q; seniores. i. illi qui in eoruz curijs sunt maiores. t in consilijs secretiores t ad quos pertinet magis veruz magistris suis dicere. et ipsos de malefactis corrigere sunt hodie ad thurificandū et ad adulandum promptiores. t ad dicendū veritatem remotiores Sicut enim dicit Seneca. Cum diuites omnia habeant. hoc eis solum deficit. ſ. q; eis verum dicat. Tales enim non curant verum dicere sed magis magistros suos per adulationem decipere. vt. ſ. possint magistri sui diuitias exhaurire t suas proprias ampliare Et inde est q; talia idola. ideſt tales principes vel prelati sunt hodie pauperes. seniores vero isti scilicet. sui balliui t consiliarij sunt diuites t potentes. Istud figuratur Daniel. xiij. vbi dicitur. Quod in babylōe erat vnus ydolum coraz quo magna infinitas ciboꝝ omni die ponebatur q; totuz comederet a populo credebat. In fero enim apponebantur cibaria. sz de nocte sacerdotes qui seruabant istud idolu cum vxoribus et puulis omnia occulte comedebāt ita q; in crastino nullam coraz idolo cibaria apparebant populus vero sic rapebat quō illud idolum tamsubito tot t tanta comedebat. Sic vere charissimi coram idolis nostris. i. coram ignaris ꝑncipibus t prelatis apponūtur hodie infiniti cibi. ideſt infinite, diuitie q̃ de eorum redditib⁹ quotidie apportātur. Quia sicut dicitur prouer. xiij. Multi cibi in noualibus patrum. Mensa vero ipsorum non videtur esse in crastino propter istos cibos fertiliores vel repletiores qz scilicet sacerdotes qui sunt circa idolum. i. seruitores consiliarij et officiales talium totum occulte vxorant furantur t subtrahunt et sic nihil apparet coram idolo qz scilz pauperes et miseri semper fiunt Ideo bene cōsulitur Ecclesiastici. v. A consiliario malo abscōde animā tuam. Quia breuiter mense dominoꝝ sunt mantes t vacue mēse vo talij sacerdotū bōis dñoꝝ fiūt repletе vnde Ecclesiastici. xxx. Quid proderit idolo libatio nec enim manducabit nec odorabitur Tales igitur dicuntur idola scilicet viri ambitiosi de quibus dicitur q; rex Antiochus posuit abominandum idolum desolationis in templo. sicut dicitur. j. Machab. j. Quia scilicet hodie in templo ecclesie sunt multa talia idola constituta propter quod ipsa est hodie quasi penitus desolata. Multa sunt igitur talia idola Et certe malum est eis thurificare t eos colere t eis seruire. Unde. j. Corintio. x. Fugite a cultura idolorum Et merito. quia sicut dicitur Sapien. xiij. Infandoruz idolorum cultura omnis mali causa est. Et sequuntur ibidem vitia talium idololatrarum ideſt talium curialiuz t adulatorum Aut enim inquit dum letantur insaniūt aut certer vaticinantur falsa aut viuunt iniuste aut perturbāt cito. dum enim confidunt in idolis que sunt sine anima male iurāte nocere se non sperāt. O deus quot vitijs hodie tales idolantur Ut enim dicit ille poeta. Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur Uerumtamen q̃nq; fit q; in taliuz curijs et seruitijs sunt aliq̃ q̃i medio cursu vadunt quia scilicet t bonam conscientiā seruare volunt et magistris suis seruiūt t obediunt q̃ satis est impossibile cum nemo potest duobus dominis seruire. Isti figurati sunt i samaritis qui simul desti t ydola colere voluerunt Unde. iij. Reguz. xvij. in fine dicitur q; fuerunt gentes timentes deum. et nihilominus idolis suis seruientes. Breuiter igitur istud est verum q; hodie sunt multi qui gaudent se esse in seruitio vntus talis idoli dicentes illud Osee. xij. Uerumtamē diues effectus sum inueni idolum mihi. Significant igitur ista idolola illos qui indigni in dignitatib⁹ sub limantur. ¶ Secundo dico q; per idola possunt ypocrite significari qui falsitatibus palliantur. Sicut eñ idolum nihil habet nisi exteriorem apparentiam quia scilicet non habet nisi membra exteriora scilicet os oculos manus. faciem &c. De membris vero interioriꝝ nihil habet quia cor: viscera. medullam t sanguinem nō habet Sic ypocrite optime sunt formati et figurati in exterioribus sed nunq; in interioribus quia scilicet. illud quod in eis exterius apparet scilz os locutionis: oculi discretionis. manus operationis. est in ipsis optime compositum. Sed vere illa que latent interius. scz cor intentionis viscera compassionis. medulla deuotionis. sanguis &c. ideſt memoria dominice passionis. non sunt in eis facta vel formata nec compōsita vel figurata Omnibus enim talibus membris ideſt virtutibus interioribus carent et illa solum habent que exteribus apparēt. Figurati in idolo hel quod erat in babilone de quo dicitur, Danielis. xiiij. Ue erres inq̃t rex iste intrinsecus luteus est. foris vero ereus Unde de receptione et fictione talium ydoloꝝ qui vnam videntur exterius et aliud sunt interius dicitur Amos. ij. De ceperunt eos idola sua. Isti sunt igitur ypocrite fallacitatibus palliati. ¶ Tertio dicuntur idola illi qui sunt a bonis motib⁹ elongati. ydolum enim caret.

Sensu.	ydolum enim non cogitat. nō videt: nō
Motu.	audit: non operatur non sentit nō odo
Actu.	rat non ambulat: nō loquitur. Dicitur enim dicitur in Psal. Quod os habent t nō loquē tur oculos habent et nō videbūt &c. Sic vere viri: pigri octosi peccatores vdeficti o finullo motu bōi exercitij mo nentur. nec in aliquo bono opere occupātur. Non enim Cogitant per contemplationem non vident per discretionem. non audiunt per informationem. non operantur per aliquam bonam operationem non sentiunt p compassionem. non odorant per deuotionem. non ambulant per aliquam bonam affectionem. non loquuntur per confessionem: orationem et gratiarum actionē De talibus loquitur Sapien. xiij. Confidunt inquit in ydolis que sunt fine anima Talia igitur ydola. ideſt tales mundi peccatores a deo finaliter destruentur et confundētur Quia sicut dicitur Osee. x. Dispendentur excelsa idoli. Patet igitur quomodo per idola possunt intelligi accidie torpidi sectatores: ypocrisis fallaces professores. dignitatum indigni possessores &c.

Idria. Nota q; idria est vas aquaticum de terra vel de lapide vt communiter factum. Sumitur autem in scriptura moraliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Pro diuina scriptura,
¶Pro fragili natura,
¶Pro doctrine litura,
¶Pro lachrime lotura.

¶Primo igitur est idria nobilis que denotat scripturaz quia scz. idria que est repositorium liquoris signat scripturam q̄ est repositorium scientie Unde de salomone dicitur. iij. Regū. vij. q̄ ipse fecit idrias t fuscinulas in templo. ¶ Scdo dico q̄ est idria fragilis que denotat naturā. Naturā enī corporis q̄ fragilis est pōt p idriā designari. q̄. s. faciliter frangitur t cassat. Unde Ecclesiastes. xij. Ibit homo in domum eternitatis sue. t circuibunt in platea plangentes anteq̄ rumpat funiculꝰ argenteus t recurrat vita aurea. et conteratur idria supe fontem et confringat rota sup cisternam et reuertatur puluis in terram suam vnde erat et spiritus redeat ad deum q̄ dedit illum. ¶ Auerte tū q̄ in fragili idria latent aliquotiens multa quia. i. sub humani corporis fragili velamento latent quandoq̄ virtutes digne mirabili monimento. Quandoq̄ cīm ibi reconditur aqua quandoq̄ farina quandoq̄ lucerna reconditur. Dico q̄ ibi reconditur aqua lachrimose deuotionis. Joannis. ij. Implete idrias aqua. Recondkur etiam ibi farina pie t viscerose compassionis quia scilicet nutrit t sustentat miseros indigentes vnde ista est idria farine que paupercule heliaz nutrienti fuit multiplicata. ita q̄ iz quotidie exinde comederetur nunq̄ tamen consumebatur. sicut dicitur. iij. Reg. xvij. Inquo notatur q̄ idria. idest virtus compassionis. subuentionis clementie t beneficientie tante est efficacie. q̄ suam farinam. i. bona sua temporalia. quibus helyas. i. iustū et pauperes sustentantur non minuit sed auget. Quia sicut dicitur ¶Prouer. xj. alij diuidunt propria et ditiores fiunt. Et Lu. vj. Date t dabitur vobis. Et prouer. xxviij. qui dat pauperi non indigebit Ad quod etiaz applicari potest illud de nuptijs galylee Joannis. ij. vbi dicitur. q̄ aqua que fuit in sex ydrijs posita secundum purificationem iudeorum. conuersa fuit in vinum. Ad denotādum q̄ sex opera misericordie. lapidee. idest firmiter et solide continuantes et permanentes debent esse. Et que etiam ad purificationem criminum institute fuerunt tante sunt efficacie. q̄ semper aqua mutatur in vinum minus mutatur in maius. bonum mutatur in melius modicum mutatur in magnum terrenum conuertitur in eternum. iij. Reg. xvij. Idria farine non deficiet et lecythus olei non minuetur vsq̄ ad diem qua dominus deus daturus est pluuiam super faciem terre recondit Insuper in idria etiam lucerna clare t miraculose cōuersationis. Lucerna enim mire sanctitatis quandoq̄ latet sub fragilium corporum velamento que quando ex certius manifestatur. virtus latentis luminis declarat quod potissime patet in martyribus qui in idrijs fragilium corporum lumen veritatis t fidei continuerunt. quibus tandem morte confractis. lux sue virtutis emicuit. que mundus exemplis t miraculis illustrauit. q̄ potissime apparuit in christo. in cuius idria. i. in cuius corpore lux diuinitatis latuit. que facto corpore t mortuo per fidem t miracula resplenduit t refulsit. Figura ad hoc in ydrijs gedeonis Judit. vij. vbi dicitur q̄ fractis idrijs lucerne intus posite apparuerunt. que madianitas taliter terruerūt q̄ filij israel fugatis t victis hostibus victoriam habuerunt. Quia scilz fractura idrarum. idest mors christi et martyrum t maceratio corporum hominum iustorum. t apparētia lucis. idest bonorum exemplorum documentorum t miraculorum. ē t fuit terror t horror demonum t omnium impiorum.

¶Patet igitur q̄ inuenitur idria fragilis q̄ denotat corporis naturam. ¶ Tertio dico q̄ est idria vtilis q̄ designat doctrine lituram. ydria enim que vt supra dictum est fundit aquam: minuitur farinam occultat lucernā signat doctores qui scilicet fundunt aquaz scilicet simplicem doctrinam pro imbecillibus t insipientibus. Farinam idest doctrinam fortiorem pro proficientibus

Lucernā idest doctrinam subtiliorem pro perfectis et excellentibus. iij. Regum. xviij. Implete quatuor idrias aqua et fundite super holocaustum. Quatuor enim idrie doctores euangelicos et doctrinam quatuor euāgelistarum designant. Qui aqua sapientie repleti holocausta. i. illos qui deo offeruntur docendo et predicādo irrigant et humectant. Si enim aliquis petierit a doctore dicendo illud Genesis. xxiiij. Inclina idriam tuaz vt bibam. statim debet aquam doctrine infundere. t eū in salutaribus informare Jurta illud quod sequitur ibidem effundens idriam in canalibus recurrit ad puteum vt hauriret aquam t haustam omnibus camelis dedit Doctor enim debet illud quod hausit t studuit effundere t pro iterum. hauriendo ad puteum recurrere. vt iterum hausta doctrina possit alios adaquare. vnde ibidem dicitur Celeriter depositi rebecca ydriam in vlnam suam et dedit ei potum. scilicet seruo abrae. hec est igitur idria vtilis tc. ¶ Quarto dico q̄ in scriptura reperitur idria flebilis que designat anime loturam. i. penitentiam lachrymosam. Et de hoc dicitur Genesis. xxiij. q̄ rebecca descenderat ad fontem aque et repleuerat idriam et reuertebatur Quia reuera dū anima peccatrix ad fontem diuine misericordie descendit. idriam cordis solet aqua lachrymarum implere. t sic ad domū ecclesie t statum gratie solet reuerti per penitentiā t redire. ¶ Si vis adhuc dic de ydria alio modo cum idria sit vas concauum continendis liquoribus aptum possum dicere. Quod idrie significant tā personas q̄ virtutes liquorem gratie continentes. Sic iuxta Mauricium nota q̄ in scriptura reperitur ydria. C

Continentium.
¶Penitentium.
Sapientium.
¶Meditantium.
¶Diserantium.
Contemplantium.

¶Prima est idria virginitatis Et ista est illa quaz rebecca dicitur portasse quevr dicitur Genesis. xxiij. erat puella decora nimis virgoq̄ pulcerrima. habens. scz. idriam in scapula. ¶Ponit autem Mauricius. q̄ sicut idrie que erant in nuptijs vbi vocatus est Jesus. continebat quelibet metretas binas vel ternas. Sic iste spirituales idrie binos vel ternos habent gradus. Virginitas enim habet metretas binas q̄ scilicet ipsa debet esse in corde vel in carne. Uel ternas quia triplex est castitas. scilicet. Castitas virginalis Uidualis et Coniugalis. ¶ Secunda est idria penalitatis quam scilicet deferūt penitētes. Figurati in illis qui erant in exercitu Gedeonis. Qui frangentes idrias et lampades ostēdentes hostes suos superauerūt. Quia scilicet hostis anime superatur quando idria corporis et carnalitatis per penitentiam frangitur et mortificatur. t lampas idest splēdor bonorum operum declaratur. ¶Penitentia etiaz ꝑz ¶Mauricium binas habet metretas. q̄ mortificat malos affectus t malos act⁹. Uel ternas quia constat ex tribus scilicet Ex.

Corde contritione.
Oris confessione.
Operis satisfactione

Tertia est idria sagacitatis figurata in idrijs aureis quas Salomon sapientissimus fabricauit in templo. sicut dicitur. iij ¶Regum. vij. Quia sapientia per splendorem aureum denotatur. Et ista similiter binas habz metretas Inquantum scilicet ista apparet in circumspectione spiritualium et temporalium. Uel ternas q̄ scilicet ista prudenter agit in: recordatione preteritorū ordinatione presentium cautela futurorum. ¶ Quarta est idria fragilitatis. quaz scilicet. viri meditatiui debent considerando portare. et quia fragilibus ipsam modicum reputare Ecclesiastici. xj ¶Memēto creatoris tui in diebus iuuentutis tue anteqū veniat tempus afflictiōis tue et reuertatur tc. Et sequitur. Anteqū conteratur idria super fontem Due autē metrete illius sunt

labor presentium

labor presentium et incertitudo futurorum Terne sunt Carnis infirmitas. Rerum tenuitas. Mortis necessitas. ¶ Quinta est idria benignitatis seu clemētie t pietatis. Figurata in idria farine t lechito olei quibus. helyas fuit in sarepta nutritus que scilicet hauriendo nō fuit diminuta. Et ista similiter habet metretas binas: que sunt. Iniurias indulgere. t miserias proximorum releuare. Uel ternas que sunt Corde diligere ore instruere opere prouidere. Sexta est idria temporalitatis quaz scz contemplantes debent dimittere vt soli deo possint vacare. Figuratum illa mulicre Joannis. iij. Que idriā reposuit christo q̄s sermonibus vacauit Et isti⁹ bine mete trete sunt Contemptus terrenorum t affectus celestiū Terne vero sunt Curaruz abdicatio. Mentis deuotio Scripturarum lectio t inuestigatio. Si igit istas idrias habuerimus vinum celestis dulcedinis pro aqua mi serie presentis reportabimus.

A **Idumea Iudumeus.** Nota q̄ Idumea fuit regio arabie in confinijs terre promissionis vbi habitauit posteritas edom. idest Esau. Fuit autez populus idumee semper filijs israel inuidiosus t ipsis plurimum in omnibus que potuit odiosus. Interpretatur a uterez idumea rufa vel sanguinea: rubea vel terrena. Igit̄ per idumeā possum intelligere Statum.

¶Hominis penitentis.
Seculi pestilentis.
Inferni punientis.

Et primo dico q̄ idumea potest significare statuz sincere penitentie ¶Penitentia enīz dicitur rubea ꝓpter ignē doloꝛem seu feruoꝛem qui fit in cōtritione. Sanguinea propter colorem roseum qui fit in verecunda confessione. Terrea vero seu terrēa. propter pondus graue t difficile. quod fit in satisfactione. Et sic dico q̄ in idumea. i. in statu penitentie: religionis vel ecclesie Est obsequiuz humilitatis. Est presidium securitatis Et solacium quietatis. Ibi enim est humilitas obsequiosa. quia ibi ꝑpie seruitur deo. ij. Regum. viij. Facta est idumea seruiens dauid Et Esa. xj. idumea t moab preceptum manꝰ eorum t filij amon obedientes erunt. ¶ Item ibi est securitas presidiosa. quia scilicet in statu penitentie viget potissime custodia et defensio euangelica. Unde te dauid. idest de christo dicitur. ij. Regum. viij. Quod ipse posuit custodes i idumea. ¶ Item ibi adest societas solaciosa. quia scilicet deus adest penitentibus t deuotis. dicens illud ps. In idumeam extendam calciamentum meum. mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vsq̄ in idumeam. Deus enim diligit cum talibus habitare. et eos tanq̄ suos protegere et seruare. Hume. xxiij. Erit idumea possessio ei⁹. Et ideo vult et precipit q̄ quilibz talis foueri debeat t amari. Deuter. xxiij. Non abominaberis idumeum quia frater tuus est ¶Peccator enim quando penitet efficitur proximꝰ qui antea fuerat alienus. Patet igitur q̄ idumea signat statum sincere ¶penitentie ¶ Secundo dico q̄ signat statum mundane insolentie. Status enim peccati et mundi significatur per idumeam q̄ scilicet ibi est filiorum israel idest iustorum olim et inuidia. Ibi est rubor t ruffedo. idest calliditas et malicia. Ibi est sanguineitas. i. crudelitas t feritia. Ibi est terrestreitas. i. cupiditas t auaricia. Sunt enim tales idumei. i. mundani vel peccatores.

B

Ignorantes et stultissimi.
Indigentes et pauperrimi.
¶Malignantes t seuissimi.
¶Machinantes t falsissimi.

In istis enim viget ignorantia seu fatuitas. Unde Abdie. j. ¶Perdam sapientes in idumea. ¶ Item in istis viget indigentia seu cupiditas Hiere. xlix. Erit idumea deserta. Cupiditas enim deserta dicitur pro eo q̄ ꝑpter defectum sufficiente seminis sterilis t vacua reperit. ¶ Item ibi est feritas seu crudelitas Unde. j. ¶Regum. xxij. dicitur. q̄ doech idumeus irruit in sacerdotes domini t occidit eos. Et. ij. Esdre. iij. dicitur. q̄ idumei incenderunt templum domini. ¶ Item ibi est fallacia seu calliditas. ps. Simul aduersum me testamentum disposuerunt, tabernacula idumeorum et ysmaelite. Signat igitur statum mundialis insolentie. ¶ Tertio dico. q̄ signat statum infernalis pestilentie. idumea enīz signat infernum t idumei significant demones infernales Isti cīm sunt q̄. cōtra filios israel. i. cōtra fideles ꝓ tentationes t tribulationes opponuntur. et ipsos pro viribus persequuntur. ij. ¶Paralip. xxviij. Venerūt idumei t percusserunt multos ex iuda et ceperunt predam magnam idumea enim. idest inferꝰ potest dici rufus et rubeus propter furoꝛem. Sanguineus propter fetoꝛ ē Terreus seu terrenus propter longum tenoꝛez. Ibi cīm ē Furoꝛ percutiens.

C

Fetoꝛ inficiens
Terroꝛ irretiens

Furoꝛ dico percutiens quia scilicet idumea interpretat rufa vel rubea qui sunt colores hominis furiosi. Unde de christo malos in inferno percutiente t puniente potest dici illud quod de rege israel dicitur. iij. Regū. viij. Uenit Joram seyra et omnis exercitus cum eo et surrexit nocte percussitq̄ idumeos. ¶ Fetoꝛ etiam inficiēs quia scilicet idumea interpretatur sanguinea. Unī. Esaie. xxxiij. dicitur sic. Ecce super idumeam descendent. t super populum interfectionis mee ad iudicium. Sequitur. Descendent unicornes cum eis et tauri cum potentibus. inebriabitur terra eorum sanguine. et conuertentur torrentes eius in picem t humꝰ eius in sulphur tc. Uide ibi. ¶ Terroꝛ insuper irretiens. quia scilicet pena illa ineternum durabit. Et inde est q̄ idumea interpretatur terrena quia terra est solidissimum elementum Jurta illud Ecclesiastes. j. Terra autem in eternum stat Unde de eterna conclusione t captiuitate seu seruitute damnatorum potest dici illud Amos. j. Transtulit captiuitatem perfectam vt concluderet eam in idumeam Ut de tali idumea concludatur illud Joelis. iij. Egyptꝰ in desolationem erit: t idumea in desertum perditionis Sic igitur per idumeam potest designari Status.

D

Damnatorum
¶Mundanorum
Conuersorum.

¶Nota adhuc alio modo q̄ idumea fuit patria filiorum edom: qui ab Esau descēderunt. que in principio abrae in arenis t montibus fuit sita que semper fuit filijs israel inimica que rufa vel rubea interpretatur. seu sanguinea vel terrena. de semine abrae primitus genita sed a cultu diuino paulatim facta est aliena. Igitur ꝑ istaz potest moraliter intelligi status Clausꝛi ¶Mundi t Inferni. Signat enim idumea Statum.

¶Religionis t meriti
¶Perditionis t peccati
Damnationis t tormenti

Signat dico statum conuersionis seu religionis et meriti. quia scilicet status penitentie per memoriam dominice passionis est rubeus seu sanguineus. ¶Per asperitatem arenosus. ¶Per contemplationis eminentiam montuosus. Ista enim idumea. i. penitentia: religio vel ecclesia montuosa dicitur. eo q̄ perinde ad celorum altitudinem peruenitur. iij. Regum. ij. ¶Per quam viaz ascendemus. ¶Respondit per desertum idumee. q. d. ista est via ascendēdi ad celū Et merito. qz pcerto in ista idumea dño seruit ex hac idumea ad ꝓmissam i hac idumea iust⁹ custodit. Ab hac idumea dñs audit. ¶ Ibi dico domino seruitur. ij. Reg. viij. Facta est idumea seruiens Dauid t ¶Hume. xxiij. Erit idumea possessio ei⁹ ¶ Itē ex hac idumea ad deum venitur. ¶Marci. iij. ¶Multa turba secuta est Jesum ab idumea. ¶ Itez in hac idumea iustus custoditur. ij. Reg. viij. ¶Posuit dauid custodes in idumea statuitq̄ ꝓsidium. ¶ Itez per hanc dominus auditur quia scz precepta diuina percipiuntur ibidem. Unde Esa. xj. idumea et moab preceptum manus eorum t filij amon obedientes erunt. idumea igitur si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Egnat statum religionis ⁊ penitentie. ¶ Secundo dico q̄ quandoq; signat statum perditionis ⁊ iniustitie. scz statum mūdi vel peccati. Cōstat enim q̄ idumea idest peccatores ⁊ mundani ab abraam idest a christo geniti ⁊ creati fuerunt ⁊ tamen a cultu vere fidei recesserunt ⁊ idolis idest bonis terrenis ⁊ vitijs adheserunt. Et ideo sanguinei, per luxuriam terreni per auariciam ruffi per malitiam interpretari merito debuerunt. Et merito q̄ filiorum israel. idest sanctorum ⁊ iustorum inimici sunt ⁊ fuerunt ps. Aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula idumeorum ⁊ ysmahelite moab ⁊ agareni gebal ⁊c. Et nota q̄ talis idumea debet vitari

Quia ibi deest virtutum vbertas.
Quia ibi cessat animi libertas.
Ista igit idumea caret bonorum omnium vbertate Unde Hieremie. xlix. Erit idumea deserta. omnis qui transibit per eam stupebit. ¶ Itez caret virtutis animi libertate quia scz illa subiacet seruituti peccati vnde dyabol⁹ potest dicere illud ps. In idumeam extendam calciamentum meū mihi alienigene subditi sunt. ¶ Item non caret prudentum hominum pauertate Abdie. j. Perdam sapientes de idumea. Ista est igitur idumea cuius habitatores scz demōes vel peccatores templum dei succendunt ⁊ sacerdotes occidūt sicut dicitur. ij. Esdre. iij. Et. j. Reg. xxij. Quia scz. mali semper nituntur templū ecclesie destruere. ⁊ sacerdotes. i. ecclesiasticos dissipare. ij. Parali. xxvij. Venerūt idumei et percusserunt multos ex iuda ⁊ acceperūt predam magnam. Signat igitur idumea statum perditionis ⁊ iniustitie. ¶ Tertio dico q̄ idumea signat locum damnationis ⁊ pestilentie. s. infernum Unde Joelis. iij. Egyptus in desolationem erit. ⁊ idumea in desertum perditionis. Ideo dicitur. Esa. xxxiij. Inebriatus est in celo gladius meus super idumeam descendet ⁊ super populum interfectionis mee ⁊ ad iudicium inebriabitur terra eorum sanguine. ⁊ conuertentur torrentes eius in picem ⁊c. Unde vbi de inferno ⁊c.

A **Jeiunium.** Nota q̄ ieiunium est abstinentia a rebus comestibilibus ob diuinā reuerentiam ad carnis macerationez completa. Est autem duplex ieiuninm. Unum. scilicet spirituale quo abstinemus a vitijs. Aliud corporale quo abstinem⁹a corporalibus cibarijs de ieiunio spirituali loquitur. Esa. lviij. Hoc est enim ieiuninm quod elegi dissolue colligationes impietatis solue fasciculos deprimentes. dimitte eos qui confracti sunt liberos. ⁊ omne opus dirupe. De ieiunio vero corporali dicitur Hester. xiij. Humiliauit corpus suum ieiunijs ⁊ cinere ⁊ stercore implevit caput. Sed quia plene tractaui ꝛ. de abstinentia ⁊ ieiunio vero supra in aliquoloco vel in aliquo sermone de quo ad presens non recordor satis plene scripsi ideo omitto gratia breuitatis. hanc solum expone autoritatem Genua mea infirmata sunt a ieiunio. ⁊ caro mea immutata est propter oleum. ps. cviij. In ista igitur autoritate ostenditur quot sunt vero ieiunio necessaria ad hoc q̄ domino sit acceptum. Habeat igitur Humilez orationem. Genua inquit mea infir. sunt. Corporis afflictionem. Jeiunio inquit et caro. Moralez conuersionem. Mutata est inquit Clementem compassionem. Oleum inquit. ¶ Ista enim sunt necessaria in vero ieiunio. scilicet.

Feruens oratio.
Carnis afflictio,
Morum conuersio.
Pia compassio.

De istis igitur dicitur Thob. Bona est oratio cum ieiunio. ⁊ elemosyna magis q̄ thesauros auri cōdere ⁊c. Ista enim quatuor requiruntur. ad hoc q̄ ieiuninm acceptum habeatur videlicet. Quantum ad deum feruēs oratio cum humilitate Genua. infir. sunt ⁊ Quantū ad corpus proprium mordens afflictio spreta voluptate. Jeiunio inquit ⁊ caro. Quantum ad animaz seu ad spiritum morum cōuersio ab iniquitate. Mutata inquit. Quātum ad pauperem seu ad proximum pia compassio cum humanitate Propter oleum. quod scilicet cōpassionem signat. ¶ Dico igit primo q̄ ieiunium dz cōcomitari oratio feruēs ⁊ humilis. Sputū enim hominis ieiunij valde est virtuosum. Occidit enim serpentez si ex ipso gustauerit sicut dicit Isido. In quo notatur q̄ sputum quod egrit ex ore. i. oratio quando est humilis ⁊ deuota. valde est vtilis atq; digna. Serpentem enim. i. dyabolum vel peccatum superat. ⁊ enim in corde mortificat atq; necat. Quod bene figuratur Mathei. xvij. ⁊ Mar. ix. vbi dicitur de demonio. quod discipuli ejicere nequierunt. quia hoc genus demoniorum non ejicitur nisi in oratione et ieiunio. Ista enim duo semper simul debent esse. scz ieiunium ⁊ oratio Sicut Luc. ij. dicitur de Anna prophetissa q̄ non recedebat de templo ieiunijs et obsecrationib⁹ seruiens die ac nocte : Uas enim vacuum melius sonat q̄ plenum Cythara concaua. sicca ⁊ vacua dulciter modulatur que si plena esset vel humectata vel solida nullum sonum emittere posset. nec melodia ipsius audiretur. Sic vere homo siccus macer ieiunus ⁊ vacuus ⁊ maceratione corporis affectus. solet per orationem dulcius canere ⁊ in diuinis auribus acceptius ⁊ melodiosius resonare. Ille vero qui per voluptatem est humidus ⁊ p carnis delitias cibis ⁊ potibus semper plenus. raro fit sono orationis ꝺ̄dig⁹ nec sonus ipsius est deo acceptabilis siue grat⁹ Bene igitur dicebat dauid in ps. Humiliabam in ieiunio animam meam ⁊ oratio mea in sinu meo conuertetur Ista autem oratio ostenditur cuz dicitur. Genua mea infirmata sunt Quando enim oratio fit genua solent incurvari ⁊ ex incuruatione ebetari ⁊ infirmari. Heemie. viij Incuruati sunt ⁊ adorauerunt deuz. Requiritur igitur ad ieiunium oratio feruens ⁊ humilis. Genua inquit mea in ⁊c. ¶ Secundo dico q̄ ad ieiunium requiritur afflictio marcens ⁊ flebilis qz. scilicet ieiunuz debz fieri cum maceratione carnis non cum cibarijs delitiosis quod ostendit in verbo a ieiunio. Et in verbo Caro mea Constat enim q̄ per ieiunium maceratur caro. ij. Re. xxj. Scidit achab vestem suam et operuit cilicio carnez suam ieiunauitq; ⁊ dormiuit in sacco ⁊ ambulauit demisso capite Et de regina Hester dicitur Hester. xiij. Quod ipsa pauens periculum cōfugit ad dominum. ⁊ dimissis vestibus regijs luctui apta induimenta suscepit pro vnguentis varijs cinere ⁊ stercore impleuit caput ⁊ corpus suum humiliauit ieiunijs. j. Machabe. iij. Fatigati sumus ieiunio hodie Requiritur igitur ad ieiunium Afflictio marcens ⁊ flebilis. ¶ Tertio dico q̄ ad ieiunū requirit cōuersio voluēs ⁊ mobilis. quod ostenditur cum dicitur. Immutata. Quia tunc bonuz ieiunium reputatur. si a peruersis moribꝰ animus immutatur. Usi illis. q̄ ieiunantes immutant nec conuertunt Dicitur Esa. lviij. Ecce inquit in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. ⁊ omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis ⁊ percutitis pugno impie. Sequitur. Nunquid tale est ieiunū q̄ elegi p diem affligere hominē. contorquere quasi circulū caput suū ⁊ saccum ⁊ cinerem sternere nunq̄d non vocabis istud ieiunium ⁊ diem acceptabilē domino. q. d. Non Sequit. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi Dissolue colligationes impietatis ⁊c. sicut supra in principio illius tituli. Isti igitur non bene ieiunant : qui se a vitijs non immutant immutata inquit. Unde igitur de mutare Danielis quinto vultus regis immutatus est. Et Danielis. v. Species mea in me immuntata est. Unde de tali conuersione potest dici illud Joelis. ij. Conuertimini ad me in toto corde vestro. in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu ⁊ scindite corda vestra ⁊c. Requiritur igitur ad ieiunij perfectionem conuersio voluēs ⁊ mobilis Immutata ē inquit ⁊c. ¶ Quarto dico q̄ ad bonum ieiuniuz requiritur compassio in uans ⁊ vtilis. ⁊ hoc ostenditur cum dicitur oleuz. Oleum enim habet letificare ⁊ lenire. Ad denotanduz q̄ ille qui ieiunat debet esse letus ⁊ hylaris q̄tum ad se. scilicet

licet letanter sustinens propter christum ⁊ debet esse vngens ⁊ leniens p compassionem ⁊ elemosynam quo ad prorimum. Math. vj. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum ⁊ faciem tuam laua Caput tuū christus est. qui. scilicet a ieiunante mungitur quādo in pauperum persona per elemosynaz visitatur ps. Exhilares faciem in oleo. ⁊ panis cor hominis confirmet hominis dico scz pauperis. Unde de oleo Patet igitur quadrupler additio boni ieiunij ⁊c. vide s. de abstinētia

Jebuseus. Nota q̄ iebuseus qui interpretat presepe vel conculcatio fuit vn⁹ de populis chananeorum quos dominus delert precepit ⁊ quorum terram filijs israel assignauit. Filij. tamen israel populum istum iebuseorum delere non potuerunt sed ipsum subiugauerūt ⁊ sic secum sub tributo viuere permiserunt. Josue. xv. Jebuseum non potuerunt delere filij iuda. Iste igitur populus moraliter motus carnales significat qui. s. sunt quoddam presepe vbi dyabolus se impinguat et quo mediante motus rationis subiugat ⁊ conculcat. Istos igitur non possunt filij israel idest q̄cunq; ⁊ q̄tūcunq; tuisti de terra sua. i. de corpore suo penitus delere immo necesse est vt eos permittāt secum viuere ⁊ manere. Ipsos tamen iugo seruitutis debent premere ⁊ sub rationis ferula subiugare nec aduotum permittere lasciuire. Judicum. j. Jebuseum nō deleuerunt filij beniamin.

A **Jericho.** Nota q̄ iericho que interpretatur luna vel odor eius fuit ciuitas gentiliuz que a deo circundante. Josue cum exercitu israel. ⁊ tubis ⁊ buccinis resonantibus. et populis processionaliter euntibus. vndequaq; fuit destructa ⁊ murisimiraculose corruentibus dissipata ⁊ a filijs israel occiso populo cum suis bonis omnibus igni data. Sicut dicitur Josue. vj. Lapsu vero temporis iurta imprecationem Josue serui dei ab abiel de bethel reedificata est. q⁹ in morte primogeniti filij sui funt fundata ⁊ in morte sui vltimogeniti consummata. Josue enim maledixerat iericho ⁊ quicunq; eam amplius reedificaret in primogenito suo iaceret fundamentum eius ⁊ in vltimogenito ponere et valuas eius. quod scilicet postea factum est quia scilicet Abiel qui eam reedificauit quando fundamēta eius posuit primogenitum suum perdidit quādo vero completo edificio valuas apposuit vltimogenitum amisit. sicut dicitur. iij. Reg. xvj. i fine Applicando igit ad mores dico q̄ iericho potest significare statum.

Horribilem mundi vel peccati.
Laudabilem populi sacrati
Spectabilem seculi beati
Damnabilem baratri cecati

Isti enim quatuor status hominum ⁊ eorum habitationes v loca videlicet Mundus ⁊ sceleratus. Ecclesia et iustificatus. Paradisus et beatus Infernus ⁊ damnatus possunt per iericho signari. Primo igitur dico q̄ p Jericho possumus intelligere statum horribilem mundi deceptoris. Mundus enim propue dicitur iericho. i luna qz. s. iste continue ad modum lune variatur vnde. s. ille versificator bene dicit. q̄. s. Status fortune variat imagine lune Crescit decrescit in eodez sistere nescit Unde etiam de homine mutabili ⁊ mundano dicitur Eccli. xxvij. Stultus vt luna mutatur. Mundus igitur est ie richo. quem iosue idest christus cum exercitu iustorum impugnare ⁊ tubando. i. predicando circuire non cessat. ita q̄ muros sue obstinationis quandoq; subuertit et truncat. ⁊ vitia occidendo populuz eius spūaliter interficit dum ipsum conuertendo in melius mutat Hebre. xj. Fide muri iericho corruerūt. Iste est etiaz iericho cuius dilectores ⁊ edificatores p̄nogenitū suum. scilicz etiam primo p̄dunt deinde vltimo genitum. scz. corpus amittunt. Mors igitur q̄ in isto iericho Sunt.

Insidiantes parcentes nemini.
Cecucientes rebelles lumini.
Ibi enim demones insidiantur
Afficientes nocentes hominꝫ

Luc. x. Homo q̄dam descēdebat de hierusalem in iericho ⁊ incidit in latrones qui etiā spoliauerunt eum ⁊ plagis impositis abierunt semiuuo relicto. Quia reuera quando homo dimissa hierusalem. idest dimisso statu gratie ecclesie vel penitentie. descendit. s. ad complacentias mundiales statim adsunt latrones demones qui ei insidiantur q̄. scz ipsum bonis spūalibus spoliantes ⁊c. Per diuersa mala desideria plagantes ⁊ vulnerantes ipm semiuuum m̄tum. s. animā mortua corpore sclm viuit dimittere cōprobant. ¶ Item ibi simplices obtenebrātur seu per ignorantiam excecantur. Sicut Math. xx. dicitur. q̄ duo ceci egredientes de iericho clamauerunt ad christum vt illuminarentur. Homo vero existens in iericho. idest in mundo cecus manet qui si ad christum per penitentiam ⁊ per mundi contemptum egredi statim videt. Christus em̄ egredientes de mundo per fidē gratiam ⁊ sapientiam illuminat quos mundus secum retinens cecos seruat Luc. xviij. Cum appropinquaret iericho cecus q̄dam sedebat secus viam mendicans.

¶ Item ibi homines excrcebrantur. i. capiuntur per demones ⁊ damnantur. Hiere. lij. Exercitus chaldeoruz apprehenderunt sedechiam in deserto quod est iurta iericho. ⁊ omnis comitatus eius deffugit ab eo. ⁊ adduxerunt sedechiam ad regem babylonis. Quia. s. in deserto huius mundi exercitus demonum solent sedechiaz idest hominem peccatorem per mortem comprehendere. ⁊ cum ad regem babylonis luciferum in infernuz deducere vel portare. Signat igitur iericho statum horribilem mundi deceptoris. C ¶ Secundo dico q̄ iericho signat statum laudabilem legis professoris. idest hominis seu populi iusti. Hoc est dictu. statum ecclesie fidei vel penitentie que scilicz luna dicitur propter fidei spēdorem ⁊ odoz eius propter deuotionis feruorem. Talis enim iericho seu talis status aut ciuitas est locus.

Tutus ad habitandum.
Gratus ad visitandum.
Aptus ad pullulandum.

Dico igitur q̄ iericho. idest status religionis vel ecclesie est locus tute habitationis Josue. vj. Jericho clausa erat atq; munita. Muri enim diuine legis claudunt ⁊ ambiunt istum locum Et ideo tutum est habitare ibidem Exemplo helysei de quo dicitur. iij. Regum. ij. Ac ille habitabat in iericho. ¶ Item iste est locus gratie visitationis seu etiam spaciationis. Quia. scilicet in loco isto sunt flores ⁊ fructus bonorum operum ⁊ virtutum ⁊ copia etiam arborum ⁊ herbarum. idest bonarum et sanctarum personarum Ecclesiastici. xxiij. Quasi platatio rose in iericho. quasi oliua speciosa in campis. Et inde est q̄ sancti solent hic spaciari et per gratiam habitare Luce. xix. Egressus iesus perambulabat iericho. ¶ Item iste est locus apte pullulationis ibi enim crescunt virtutes ⁊ merita incessanter. Undeseruit dauid qui carebant barba dicitur est. ij. Regum. x. Manete in iericho donec crescat barba vestra Barba enim que ornat faciem signat virtutes. que ornant animam seu mentem. Sic igitur patet q̄ iericho signat statum laudabilē legis professoris. ¶ Tertio dico q̄ signat locum mirabilem summi creatoris scilicet paradisum que bene dicitur luna vel odor: pro eo quia ibi est claritas lucis eterne. Jurta illud Esa. lx. Non occidet vltra sol tuus ⁊ luna tua non minuetur. Et etiam quia ibi est fragrātia suauitatis immense. Canti. iij. odor eius super omnia aromata. et nota de ista iericho q̄ hec ē locꝰ vbi sūt Pulchra que considerantur. Leta que desiderantur. iusta que remunerantur. Tuta que non vulnerantur seu verberantur. ¶ Dico q̄ hic sunt pulcra digna considerari. Josue. ij. Considerate terram vrbemq; iericho. ¶ Item hi sunt bona digna desiderari qz scz ibi est continuum sempiternū Josue. v. fecerunt phase in campestribus iericho. ¶ Item hic sunt iusta digna remunerari qz. s. ibi est locꝰ retributionis triūphat ⁊ iō iericho in scriptura ciuitas palmaꝝ dr que. s. significant victoriā vñ de filijs israel dr. Quod ipsi adduxerunt filios iu

Universidad de Deusto
Biblioteca

da in iericho ciuitate palmarum ad fratres suos.ij.pa
rali.xxviij. Filij enim israel cum videntes sunt angeli.
qui scilicet filios iuda. idest homines cum confitentes
in iericho. idest in paradisum ducunt. vbi palmam. i.
triumphum & victoriam iuxta merita cū fratrib⁹ suis. i
cum sanctis recipiunt. ¶ Item ibi sunt tuta digna non
vulnerari seu non impugnari. Ista enim ciuitas valde
tuta est. qz. scilz ista ē extra omnē tumultū inimicorū. s.
extra limites huius vite. Nume. xxj. Transiordanez ie
richosita est. Patz igitur q iericho signat locuz mira
bilem summi creatoris. ¶ Quarto dico q signat locuz
terribilem hostis tentatoris. idest infernum q̄ proprie
dicitur luna. quia scilicet ibi est perpetua eclypsis. Et
ad hoc applicat Sedechia qui in deserto iuxta iericho
fuit captiuatus et ad regem babylonic ductus per euz
excecatus & ligatus & in babylonem. i. in confusionez &
perpetuam seruitutem tractus. Sicut dicitur Hiere. lij
Vel si vis dic de iericho alio modo que interpretatur lu
na seu odor eius fuit enim primo ciuitas idololatrie de
dita. a deo maledicta. a filijs israel dissipata. clangenti
bus buccinis a diuino plus q̄ humano opere dirupta
& subuersa. transiordanem situata & a quibusdam vbs
palmarū vulgariter nuncupatur. Et tandem ab abel q̄
interpretatur pater meus vel patris deitas. mediante
morte sui p̄mogeniti filij fundata & renouata & mediāte
morte sui vltimogeniti consummata Et tandem solen
nis ciuitas magis q̄ ātea reputata. sicut hec oia patēt
Josue. vj. Et. ij. Reg. xvj. Et deinceps possum dicere q̄
per iericho potest significari in scriptura Mundi p̄o
stibulum in quo iacent qui sepe deliquunt Christi lati
bulum in quo gaudent q̄ mundum relinquunt. Legis
vmbraculum in quo sedent qui fidem addiscūt. ¶ Di
co igitur q̄ per iericho intelligitur prostibulum munda
ne corruptionis. quia procerto mundus ē ciuitas ydo
lolatrarum idest peccatorum. que a filijs israel. idest a
sanctis hominibus fuit superata vltra iordanem qui i
terpretatur riuus iudicij. i. vltra omnem rationez et iu
dicium fuit fundata. & lune que semper est in mutatione
& motu propter instabilitatem suorum fictuuz com
parata. Et si vis nota q̄ iericho signat mundum pro
pter tria videlicet. quia est.
Locus penuriosus.
Locus periculosus.
Locus ruinosus.
Est dico locus penuriosus. quia caret virtutum fructi
bus vnde Hiere. lij. dicitur q̄ iuxta iericho erat deser
tum in quo apprehensus est sedechias. et omnis exerci
tus eius fugit ab eo. qz. scilicet desertum. i. carentia om
nis boni inuenitur hic vbi cum quis deducitur a suis
mundanis amicis & comitibus deserit & oditur. ¶ Item
est locus periculosus quia abundat prauis hominib⁹
Unde Luc. x. dicitur q̄ homo quidam descendebat ab
rusalem in iericho et incidit in latrones. ¶ Item est locus de
fectu osus seu etiam ruinosus. Heb. xj. Fide muri ieri
cho corruerunt. Istud est igitur iericho quod signat p
stibulum mundane corruptionis. ¶ Insuper dico q̄ ie
richo signat latibulum fidei ecclesie vel religionis. Jeri
cho enim idest ecclesia de antiqua facta fuit noua in q̄
tum de synagoga. nostra noua et fidelis ecclesia fuit or
ta que sub abiel. i. a deo patre in morte sui primogeniti
christi fuit fundata. et gratijs & virtutibus reparata. et
transiordanem. idest vltra fluxuz mundane habitatio
nis mirabiliter coliocata. Nume. xxj. Transiordanem
iericho sita est Et aduerte q̄ status fidei religionis vel
ecclesie intelligitur per iericho. s. Quia.
Tallatur clausulis mandatorum.
Scrutatur oculis prelatorum.
Ditatur plantulis meritorum
Sectatur cumulis perfectorum.
Ista enim iericho est dei mandatis clausa vel vallata.
Josue. vj. Jericho autem clausa erat atq̄ vallata et nul
us egredi audebat. ¶ Item ista est a bonis prelatis vi
sa vel scrutata hoc est dictu correcta vel visitata. Unde
exploratoribus dictum fuit Josue. ij. Confidens te ter
ram vbemq̄ iericho. ¶ Item ista est virtutum plantu
lis aucta vel ditata. Unde ipsa etiaz potest dicere illud
Ecclesiastici. xxiij. Quasi palma exaltata suz in cades
& quasi plantatio rose in iericho Et bene dicitur quasi
palma que scilicet signat victoriam. Quia scilicet ibi so
let de vitijs victoria reportari. ij. Paralip. xxviij. Impo
suerunt eos in tumentis & adduxerunt in iericho ciui
tatem palmarum. ¶ Item ista est a viris honestis scm
per habitata Nam. ij. Reg. x. dicitur. Quod seruis da
uid preceptum est q̄ manerent in iericho donec cresce
ret barba sua. Barba dico. idest sapientia seu virtus. &
iij. Reg. ij. dicitur q̄ helyseus habitabit in iericho. Se
quitur. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est. Pa
tet igitur q̄ iericho signat latibulum ecclesie vel religio
nis. ¶ Deniq̄ dico q̄ iericho signat vmbraculuz synaB
goge et antique traditionis. Ista enim fuit ciuitas per
filios israel destructa & in nouaz ecclesiam transforma
ta. Ad istam eīm christus personaliter venit. & ipsam lu
mine fidei & gratie illustrauit. & moribus et virtutibus
informauit. Unde Luce. xviij. dicitur. q̄ cum christus
appropinquaret iericho, cecus quidaz clamauit. Jesu fi
li dauid miserere mei. qui statim illuminauit eum Ce
cus enim iste fuit populus iudaicus q̄ in aduentu chri
sti ad iericho. idest. ad synagogam fuit illuminatus. &
fide et miraculis illustratus. Sic igitur patz q̄ iericho
pōt mundū ecclesiam & synagogam signare &c. Sufficit.

Jeremias. Nota q̄ ieremias interpretatur excelsus domino vel certitudo domiA
ni fuit autem Hieremias propheta Speculator de se
cretorum Tolerator mundi tormentorum Procurator
celi; gaudiorum Iste enim dei secreta contemplabatur
Unde Hiere. j. Quid tu vides hieremia. ollam succen
sam ego video &c. ¶ Item iste mundi tormenta ample
ctabatur. quia scilicet multas penas sustinuit pro veri
tate. Hier. xxxij. Exercitus babylonis obsidebat ierusa
lem. & Hieremias erat clausus in atrio carceris ¶ Item
pro peccatoribus deprecabatur. ij. Macha. xv. Hic est
qui multum orat pro populo hieremias ppheta Exem
plifica si vis quomodo in vtero sanctificatus fuit Quo
modo ad predicandum destinat⁹ fuit Quomodo mu
rus ferreus ratione sue constantie reputatus fuit &c. si
cut patet Hiere. j. & deinceps.

Jeroboam. Nota q̄ Jeroboam fuit ille rexA
q̄ maiorem partez regni salomo
nis occupauit et rapuit: & qui scisma inter filios israel
primo fecit qui vitulos fecit cōflatiles et in populo do
mini idololatriā introduxit. Interpretatur autem iero
boam causa populi. Diuisio populi. Discernens po
pulum aut supernus oīudicans. Per istum igitur pos
sunt intelligi tyranni alienorum bonorum occupato
res. Diuisionum et discordiarum & scismatum introi
ductores ydololatrie. idest vitiorū & iniquitatuz in suo
populo gloriatores. Et inferiorum per potentiam iudi
ces & imperatores. Ista autem omnia possunt haberi
per hystoriam. iij. Reg. xij. & deinceps. Et. ij. Para. x. &c
Sed vlterius non curo prosequi nisi soluz q̄ tales. So
piuntur in vitijs mortalibus farciūtur malicijs falla
cibus feriuntur supplicijs letalibus vltimalibus. De
obdormire in vitijs quod facit obstinatio dicitur. iij.
Reg. xiij. Dormiuit ieroboā cū patrib⁹ suis De occu
patione in malicijs quā facit machinatio dicitur. ij. Pa
rali. xij. Jeroboam retro molichatur insidias. De af
flictione seu iflictione in suplicijs quod facit condemna
tio seu eterne mortis vulneratio. Dicitur. Amos. vij.
In gladio morietur ieroboam. quia breuiter tyranni i
vitijs totaliter obstinantur Malicijs totaliter occupā
tur. Suplicijs finaliter lacerantur seu terminantur. et
sic isti sunt ieroboam &c.

Jerosolyma. Nota q̄ ierosolyma idem fuit Aqs hierusalem. caput. s. regni &
ciuitatū iudee antiquitus etiā apud infideles mirabili
ter commendata

ter commendata. Tolintus eīm de iudea loquēs dicit sic
Huius inquit. s. iudee vrbs est hierosolyma vrbium ori
entis lōge clarissima Interpretatur autē hierosolyma
pacifica vl visio pacis. Et sic ponit magister i hystoria
scolastica. Ista primo fuit dicta salēm vbi fuit rex melchi
sedech. sicut gen. xiiij. in fine. Tandem p eo q̄ populus
iebuseozū habitauit ibi sicut dicit Josue. xv. dicta est ie
busalē. Et sic b. mutata in r. hierusalem finaliter nūcu
pata. Tādē vo tpe salomōis a hierusalē hierosolyma
fuit dicta et visio pacis nominata Dicaz igitur q̄ quia
hierosolima interpretatur pacifica vl dictum est secun
dum q̄ in rebus inuemo triplicem pacem. sic dicaz tri
plicem esse hierosolimaz. Inuenitur enim Pax tempo
rea que est mundialis Pax pectorea que est spiritualis
Pax etherea q̄ ē eternalis. ¶ Prima est malorum. Se
cunda iustorum. Tertia sanctorum. ¶ Sic vere dicam
q̄ in scriptura fit mentio De hierosolyma exteriori que
signat statum mundanorum Interiori que signat sta
tum perfectorum et Superiori que signat statum elec
torum. ¶ Prima spectat ad iniquos cuz seculo prospe
rantes Secunda spectat ad electos in seculo militātes
¶ Tertia spectat ad beatos de seculo triumphantes.
Et sic dico q̄ est triplex hierosolyma scilicet Mundus
Ecclesia. Paradisus. ¶ Primo igitur dico q̄ iuenitur
hierosolyma exterior et ista propie signat mundum et
statum hominum mundanorum qui scilicet in prospe
ris et terrenis rebus viuunt pacifici et quieti. In ista ci
hierosolima. scilicet in mundo ficta pace mali vtuntur
falsa luce vanā fruuntur. Dira falce boni cruciantur.
¶ Primo facit rex prosperitas. Secundū facit mūdi
calliditas. Tertium facit dira crudelitas. ¶ Dicā igi
tur q̄ hierosolyma scilicet mundus gaudet ficta pace
quia scilicet ibi mali videntur esse in quiete et pace Et
tamen ista non est pax vera immo instabilis atq̄ va-B
na. Dyabolus enim videtur peccatoribus pacem ad tē
pus concedere. vbi tamen non sperant solet confringe
re. et eos temporaliter et eternaliter molestare. Figura.
ij. Machabeorum. v. vbi dicitur q̄ Appollonius intē
dens omnes iudeos perfecte etatis iterficere mulieres
& paruulos vendere. cum venisset hierosolymam. pacez
simulans. quieuit vsq̄ ad diem sabbati. Jn sabbato ve
ro armari fecit suum exercitum contra ipsos. et vbi nō
precauebant. omnes qui ad spectaculum venerunt in
terfecit. Quia reuera appollonius qui interpretatur ex
terminans. idest dyabolus qui ad nihil aliud intendit
nisi genus humanum vendere et occidere. in hierosoly
ma huius mundi solet ficte & fallaciter pacem & prospe
ritatem ostentare et pretendere. Sed reuera in sabbato
requiei mundane & vbi homo se sperat esse in maiori qe
te. solet tribulationes & infortunia suscitare Joannis
x. Facta sunt encenia in hierosolymis & hyems erat qz
scilicet semper cum encenijs & cum festis hyems tribu
lationis insurgit Gaudet igitur ista hierosolyma ficta
pace. ¶ Insuper dico q̄ ista lucet seu splendet vana fa
cie. idest vana sapientia. Unde. j. Machabeorum. j. di
citur Quod iniqui filij israel edificauerunt gimnasiuz
hierosolymis. Gimnasium enim. idest studium. quia
studium fallacis sapientie viget ibi. ¶ Deniq̄ dico q̄
ista hierosolyma stridet dira seu dura falce. idest dura
crudelitatis strage. Jbi boni inuste grauantur & mole
stantur a malis. Unde Marci. x. Ecce ascēdimus hie
rosolymam et filius hominis tradetur &c. & condemna
bunt eum morte &c. Ista est igitur hierosolyma exteri
or. ¶ Secundo dico q̄ inuenitur hierosolyma interior
Et ista est ecclesia militans seu religio vel status quili
bet saluandorum. Quia scilicet ista habet pacem inte
riorem in via & videt et sperat pacem superiorem in pa
tria Et sic bene interpretatur vi ſio pacis & pacifica Dic
autem q̄ ista hierosolyma Est locus.
Oblectationis.
Expectationis.
Inquisitionis
Visitationis
Predicationis.
Expiationis.
Emundationis
Federationis
Castigationis.

Nam pro certo hic adoratur dīuinitas Joannis. iij. hie
rosolymis est locus vbi adorare oportet. ¶ Item hic ex
pectatur dignitas. s. glie paradisi Actuum. j. Precepit
illis ab hierosolymis ne discederent sed expectarēt pro
missionem patris. ¶ Item hic expectatur veritas Ma
thei. ij. Ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam
dicentes. vbi est qui natus est rex iudeorum. ¶ Item
hic visitatur charitas. Unde apostolus Galathas. j.
Deinde post annos tres veni hierosolymam videre Pe
trum et mansi apud eum diebus quindecim. ¶ Item
hic predicatur sanitas. idest. penitentia et remissio. pec
catorum. Luce. xxiij. Oportebat predicari penitentiaz
in remissionem incipientibus a hierosolymis. ¶ Item
hic expiatur prauitas quia scilicet oblatio pura et im
maculata offertur ibidem pro peccatis et culpis. Un
de de Machabeo dicitur. ij. Machabeorum. xij. Quod
ipse misit duodecim milia dragmas argenti hierosoly
mam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum. ¶ Itē hic
procuratur puritas quia scilicet sicut dicitur Joannis.
v. Erat āt hierosolymis pbatica piscina: circa quam ia
cebat multitudo languentium: ceco rum. claudorum &
aridorum et qui mota aqua per angelum primus descē
derat sanus erat. ¶ Item hic federatur seu colligatur
vnitas seu etiam amor charitas et fraternitas Unde.
ij. Machabeorum. j. fratribus qui sunt per egyptum
iudeis salutem dicunt fratres qui sunt hierosolymis.
¶ Item hic castigatur vnitas. quia scilicet illi qui in ec
clesia peccant debent acriter castigari. Et potissime sy
moniaci. Exemplo illius quod dicitur Joannis. ij. vbi
dicitur. Quod. Jesus ascendit hierosolimam & inuenit
ementes & vendentes in templo. et facto flagello eiecit
eos et dixit. Auferte ista hinc et nolite facere domum
patris mei domum negociationis. Ista est igitur hie
rosolyma exterior. Si vis facere tertium de hierosoly
ma morali et interiori scilicet de mente vel de anima po
tes dicere omnia que hic sunt dicta quia scilicet omnia D
possunt ad morale propositum applicari. ¶ Tertio di
co q̄ inuenit hierosolyma. supior. Et ista signat padisuz
que scilicet est habitatio pacifica et pacis visio. Jbi eīm
non solum pacifice et tute viuitur. sed insuper ille qui
est pax nostra & fecit vtraq̄ vnuz ibi visibiliter contem
platur. Juxta illud Galathas. j. Veni hierosolymis vi
dere petrū &c. ibi eīm est bta visio. bta fruitio & fruitio
bonorum omnū felix et lauta acquisitio Juxta illud. ij
Esdre. j. Fecit Josias pascha in hierosolymis. Pascha
enim signat conuiuiuz paradisi vbi ipse agnus dei qui
tollit peccata mundi presenti aliter recipitur et gusta
tur. Et sic patet quomodo hierosolyma potest accipi
multis modis. scilicet Pro futuro statu sanctoruz. pro
presenti statu iustorum Pro nephando statu malorum
&c. Vide infra de hierusalem.

Jerusalem. Nota q̄ istud vocabulum Jeru-A
salem quadrupliciter sumitur in
scriptura. Sicut enim dicit Jnnocentius in sermone qua
dragesime que dicitur Letare ierusalem. Est quedam
Jerusalem.
Superior.
Quedam inferior.
Quedam interior.
Quedam exterior.
Superior inquit est in patria Inferior est ecclesia que
est in miseria Interior est in conscientia Exterior ē in sy
ria. ¶ Accipiendo igitur Jerusalez pro ciuitate sancta
in qua dominus dicitur spiritualiter habitare. Juxta
illud Ecclesiastici. xxiij. Jn ciuitate sanctificata simi
liter requiem et in ierusalem potestas mea. possumus
dicere q̄ est ierusalem superior que est gloriosa. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista est ecclesia triumphās iuxta illud Esa.xlvj. Dabo in syon salutem.t in hierusalem gloriam meaz. ¶ Itē inferior que est virtuosa. Et ista ē ecclia militās de qua dicit Esa.lx. Surge illuminare hierusalē.quia venit lumen tuū. ¶ Itē interior que est speciosa. Et ista est bona conscientia vel bona anima. De qua Cāticoruz.vj. Pulcra es amica mea suauis t decora sicut hierusalē ¶ Itē exterior q̄ est dolorosa Et ista est hierusalē terrestris que nunc a fidelibus occupatur. de quo in Psal. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. polluerunt templum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomoruꝫ custodiaz. Et Galath.iiij. Que nūc est hierusalem seruit cum filijs suis. ¶ De isto igitur vocabulo hierusalez possumus dicere q̄ signat paradisi habitationem. Quia non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. ps. Ecclesie congregationē Luce.ij. Homo quidam erat in hierusalez nomine Symeon Bone persone seu bone conscientie perfectionē. Unde.i. Machabeorum. x. Jerusalem sit sancta t libera. Hierosolime mansionem seu regionem. De qua Hieremie.xxxviij. Factum est vt caperetur hierusalem. De ista igitur quadruplici hierusalem possent multa t mirabilia dici. Sed quia in pluribus locis particulatim dictum est de eisdem. idcirco supersedeo quo ad presēs

B Dide igitur de hierusalem superiori supra vbi Adduce re. in illa autoritate. Eleuauit me spiritus t induxit in hierusalem Ezechielis.viij. De hierusalem vero inferiori. idest ecclesia vide supra vbi custodire. vel vbi Constituere. in illa autoritate diuisa supermuros tuos hierusalē constitui custodes Esa.lxij. Et infra. Letare hierusalem. De hierusalem interiori. idest de bona conscientia vel bona persona vide in sermone. Mater tua lena. de assumptione beate vtrgnis. in illa autoritate diuisa. Illa que sursum est hierusalez libera est. que ē mater nostra. Galath.iiij. Ju sermone que sursum est hierusalem. ¶ Item in sermone videbunt filiuz hominis in illa autoritate. Venit lumen tuum hierusalem. De hierusalem vero exteriori t terrestri. vide bene in sermone de passagio. q̄ incipit. Recordamini priozis seculi t hierusalem ascendat super coz vestrum. In istis enizt pluribus alijs locis de hierusalem fit mentio. Et ideo estimaui superfluuz amplius dicere. ergo in tot locis de hierusalem memini me dixisse. Sed si vis istam materiam dilatare dic q̄ in scriptura reperitur hierusalem.

Speciosa latens interius — Dicamus igitur primo q̄
B Virtuosa manens inferi — inuenitur vna hierusalem
Vitiosa viuens deterius — latens interius que est speciosa. Et ista est anima sancta aut conscientia pura.
Gliosa gaudens superius
Luctuosa gemens exteri
vel beata virgo. vel quelibet virgo sancta. Ista ēm dicitur hierusalem pro eo q̄ sicut in hierusalem fuit antiquitus sedes regis. Templū legis. Fidelitas gregis. Ut scz. ibi fuit Sedes equitatis quam dauid tenuit. Templum pietatis quo cultus viguit. Populus sanctitatis q̄ deum coluit seu timuit. Sic vere dico q̄ in ista spirituali hierusalem est sedes t habitatio summi regis. q̄ scilicet ibi per gratiam habitat. t qui iustitiam ibidem suscitat atq; plantat. Hieremie.iij. Vocabunt hierusalem solium domini. Ibi etiam est templum deuotionis in quo scilicet deus spiritualiter colitur. t in quo p spiritum contribulatum quotidie sacrificat t hostia laudis t orationis offerent ps. In templo tuo quod est in hierusalem. tibi offerent reges munera. ij. Paralipo. xxx. Facta est grandis celebritas in hierusalem Ibi etiā est populus videns. idest congregatio virtutum. que. s. istam ciuitatem inhabitant. t illam ornant visitant t frequentant. Sicut enim in Psal. dicitur Ista est hierusalem que edificatur vt ciuitas cui⁹ participatio ei⁹ in idipsum. Ciuitas idem est quod ciuiū vnitas Quia scilicet hierusalem anima sancta habet in se spiritualē ciuitatem. idest virtutem t affectionem vnitatem. t bonorum spiritualium participationem et fertilitatem. Psal Rogate que ad pacem sunt hierusalem et abundantia diligentibus te. Ista est igitur speciosa que est interius. De qua potest dici illud Cantic. vj. Pulcra es amica mea. suauis et decora sicut hierusalem. in quibus verbis aduerte q̄ ista spiritualis hierusalem describitur. Ut.

Purificata nitoris floscvlo. — Fuit enim in ista hierusalem Floscvlis ni
Fortificata vigoris angvlo — toris et innocentie.
Letificata amoris oscvlo.
Magnificata honoris titvlo. — Pvlcra Angvlus vigoris et permanētie
Lem ficata dvlcoris rivvlo. — Es. Modulus amoris t amicicie: Amica
Sanctificata virtvtis ortvlo
Assimilata decoris speculo
Turbificata timoris scrvpvlo. — Titulus honoris excellentie Mea riuulus dulcoris t patientie. Suauis. Hortulus virtutis t apparentie. Decora Modulus decoris t adiacentie. Sicut. Scrupulus timoris t reuerētie. Hierusalē. ¶ Dico igitur q̄ ista spiritualē hierusalē commendat flosculus puritatis. Pulcra inquit. Nihil enim taz pulcram facit animam sicut puritas t innocentia. Pulcritudo enim corporis consistit in debita membrorum proportione t in omnis macule carētia t defectione. Sic vere anima spiritualiter pulcra dicitur. quando omnia mēbra sua spiritualia scilicet omnes interiores affectiones t potentie in deum ordinantur et in se debite regulātur. Canticoruz. vij. Quam pulcra es t q̄ decora charissima in delitijs. vnde ista fuit ciuitas noua hierusalem quam vidit Joannes descendētem de celo Apoca. xxj. Ego inquit Joannes vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentē de celo. a deo paratam sicut sponsam ornataz viro suo: ista enim habuit pulcritudinem vnitatis quia ciuitas. id. est ciuilis vnitas. Pulcritudinem bonitatis quia sancta. Pulcritudinem puritatis. quia noua. Pulcritudinem humilitatis quia descendens. Pulcritudinem dignitatis Quia de celo. Pulcritudinem honestatis q̄a parata. Pulcritudinem charitatis. quia sponsa. Pulcritudinem decoris. Quia ornata Pulcritudinem fidelitatis. quia viro suo Pulcra. vide de pulcritudine hierusalem Canticoruz. j. Sequit Ecce tu pulcra es amica mea. ecce tu pulcra oculi tui columbarum. Ista igitur commendat flosculus puritatis. Insup dico q̄ ista commendat angulus firmitatis. quod ostenditur cuz dicitur. Es istud enim verbum eis signat boni propositi firmitatem. t costantis perseuerantie stabilitatem Es enim verbum est substantiuum. substantia em̄ stat accidentia vero fluunt. Ideo de ista hierusalem sic ente t manente dicitur Ezechielis. v. Ista est hierusalem in medio gentium posui eam. Vide eam infra vbi iste. Unde Esaie. xxxiij. Oculi tui videbunt hierusalem habitationem opulentam tabernaculum quod nequa q̄ ultra transferri poterit nec auferentur claui eius i sempiternum. Nullus enim hostis potest sanctam animā vincere nec eam a soliditate sue constantie immutare. Unde zacharie. xiij. Anatema non erit amplius sed est hierusalem secura. Deinde dico. q̄ istam hierusalem cōmendat nodulus charitatis Et hoc ostenditur cum dicitur. Amica. vide supra de amicicia. Ista enim amica dicitur. quia magno zelo a christo diligitur et zelatur. zacharie. j. Zelatus sum hierusalem zelo magno. Quia reuera sicut homo tantum diligit sponsam vel amicaz q̄ nullo modo vult q̄ preter ipsum aliquis tangat illā imo si cum alio amatore conūgitur. acriter animaad uertit in ipsam. Sic deus ita zelotipe diligit animam amicam suam q̄ si alicui alteri amatori. scilicet mundo carni vel dyabolo se peccando coniungit deus ipsaz per tribulatiōes verberat t si emendare noluerit ipsaz destruit et occidit. Thobie. xiij Hierusalem ciuitas dei castigauit te dominus Verumtamen sicut homo perfecte diligens amica licet iracatur ei dum intelligit q̄ alteri se fecerit gratam et placidam. illi tamen recon ciliatur. Dum de offensa penitet et lachrymatur. sic deus perfecte diligens animam hominis. eam despicit t abhominatur. cum se peccati t dyaboli amplexibus polluit

bus polluit tamen ipsam penitentem non excludit. sed recipit dicens illud Cant. ij. Jam hyems transijt ymber abijt et recessit surge amica mea t veni. Uñ ipse est qui dicit zacharie. j. Reuertar ad hierusalē in misericordia domus mea edificabitur in ea. Cōmendat igitur istam perfecte nodulus caritatis. ¶ Deinceps dico q̄ ista cōmendat prouecte titul⁹ dignitatis. cum dr. Mea. Magna eñ est dignitas esse amicā vel sponsam regis. multoplus igitur dei. lij. Paralypo. vj. Elegi hierm vt sit nomen meū ibi. Unde de tali dignitate dicitur Baruc. v. Exue te hierusalem stola luctus t vexatiōis tue. t induere decore et honore eius que a deo tibi est in sempiterna gloria. Sequitur. Exurge hierusalem et sta in excelso. ¶ Et nota. si vis q̄ dignitas ista consistit in.

Carentia seruitutis. — Ista eñ habuit carentiam male seruitutis
Decentia iuuentutis.
Prudentia senectutis — quia scilicet peccatis t
Mundicia sanctitatis. — vitijs nō fuit subiecta
Facundia veritatis. — ſ. Machab. x. Hierusa
Leticia iocunditatis. — lem sit sancta et libera. Et Galath. iiij. Que sursum est hierusalem libera est. ¶ Item habuit decentiam sancte iuuentutis. id. est innocentiam et puritatem. Unde ista dicitur noua Apocalyp. iij Scribam super illum nomen meum t nomen ciuitatis dei mei noue hierusalem. ¶ Ite⁊ habuit prudentiam. docte senectutis. Hiere. vj. Erudire hierusalem ne forte recedat anima mea a te. ¶ Item habuit mundiciam pure sanctitatis Esaie. lij Induere vestimētis glorie tue hierusalem ciuitas sancti. ¶ Item habuit facundiam magne veritatis. zach. viij. Uocabitur hierusalem ciuitas veritatis. ¶ Item habuit leticiam summe iocunditatis. Psal. Lauda hierusalē dominuz lauda deum tuum syon. Esa. lxv. Ego creo hierusalem exultationem. Sic igitur dicam. q̄ istam cōmendat p uecte titulus dignitatis. ¶ Deniq; dico. q̄ ipsam commendat benigne riuulus pietatis. Et hoc quādo dicit Suauis. Suauitas enim lenitatem. misericordiaz t benignitatez designat Psal. Suauis est misericordia tua Res enim suauis tangentem nō ledit sed ipsum potius delectat atq; lenit. Sic persona pacifica t benigna non solet alios contingentes et secum conuersantes ledere sed mulcere. et ad omnes dulciter et pacifice se habere. ps. Rogate que ad pacem sunt hierusalem Et sequitur fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Suauis igit Cant. v. Guttur illi⁹ suauissimū. ¶ Etiaz dico quod ipsam cōmendat viuacis hortulus honestatis. quia dicitur decora. vnde Treno. ij. Cui assimilabo te filia hierusalem? Sequitur. Hec cine est ista perfecti decoris gaudiuz vniuerse terre. Unde vbi. Decor. ¶ Ad huc dico quod ipsam cōmendat voluntis modul⁹ qualitatis. quod ostenditur cum dicitur. Sicut aduerbiz similitudinis. q̄ scilicet ista per virtutē humilitatis et obedientie voluebat se ad omnem actum virtutis et se bonis personis omnibus conformabat. Sicut inquit. Unde illud Apoca. xxj. Uidi ciuitatem sanctā hierusalem a deo paratā sicut sponsam ornatam viro suo. Unde infra. vbi. Sicut. vt et ipa dicat illud Eccli. xxiij. Sicut cynamomū et balsamū aromatizans odorem dedi. Ultimo vero dico. Quod istam cōmendat turbate scrupulus voluntatis quod ostenditur in verbo hierusalē Quia hierusalem interpretatur perfectus q̄ scz ad sanctam animā virginem vel personā pertinet q̄ perfecte timeat deum suum Baruch. iij. Contristastis hierusalem nutricem vestrā. Timor enim filialis deducit ad ciuitatem perpetue consolationis. vnde Esa. lx. Surge illuminare hierusalē. q̄ gloria domini super te ozta est. Quia ecce tenebre operient terram. et caligo populos. Super te autem orietur dominus t gloria eius in te videbitur quasi dicat de caligine presentis timoris. peruenit ad lumen glorie et honoris. Pone hic de finali beatitudine seu gloria eternaque dabitur isti hierusalē propter merita supradicta. Jurta illud. Esaie. xlvj. c. Dabo in syon salutem et in hierusalem gloriā meaz. Patet igitur quomodo inuenitur vna hierusalē latens interius que est speciosa. scilicet anima vel quelibet virgo sancta Et hoc est primum principale. ¶ Secundo principaliter dico. quod inuenitur vna hierusalem manens inferius. que est virtuosa. Et ista est ecclesia militans seu religio vel quicunq; perfectionis status. Ista est enim hierusalem quam christus inhabitauit et vbi habitationē fidelium ordinauit. et vbi specialiter credi et colvoluit et mandauit. vbi christus t deo patre loquens dicitur dicere illud. ij. Paralypo. vlti. Et. j. Esdre. j. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi. Et ipse precepit mihi vt edificarem ei domum in hierusalem que est in iudea. idest que est in fidei cōfessione. ¶ Et notabis quod ecclesia vel religio dicitur hierusalez propter multa. videlicet quia est locus.

Tute habitationis.
Laute cumulationis.
Docte predicationis.
Caute inquisitionis.
Certe eruditionis.
Juste iurisditionis.
Multe dimicationis.
Alte contemplazionis.
Lete exultationis.
Sancte congregationis.
Digne visitationis.
Magne consolationis.

Ibi igitur est habitatio tuta. Tutum enim t securuz est habitare in castro forti t maxime quando rex et fortissimi defensores habitant ibi. Sic est ista. Hierusalē quia deus et angeli ipsaz inhabitant et defendūt. t ideo hostes spirituales istam non capiunt nec offendūt. Treni. iij. Non crediderunt omnes habitatores vrbis q̄ ingrederetur hostis per portas hierusalem. Securum est igitur ibi viuere. et ibidem per gratiam habitare. ij. Regum. xix. Uem mecum dixit rex Dauid berzelai vt securus requiescas in hierusalez. ¶ Item ibi est cumulatio lauta. idest diuitiarum spiritualium. scilicet gratiarum et virtutum abundantia. Psalmi. Hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. Unde ter tij. Regum. x. dicitur. Quod salomon fecit vt abundantia tanta esset argenti in hierusalem vt lapidum. ¶ Itē ibi est predicatio docta. Unde Esaie xlj. Hierusalem euangelistā dabo. Et Esaie. ij. De syon exibit lex. t verbum domini de hierusalem. Et Hierem. ij. Uade t clama in auribus hierusalem. ¶ Item ibi est inquisitio seu tentatio cauta. Quia regina Saba audita fama Salomonis venit in hierusalem vt tentaret eū in enigmatibus. Tertij Regum. x. ¶ Item ibi est eruditio certa quia scilicet veritas sapientie et fides viget ibi. Unde illud zacha. viij. Uocabitur hierusalez ciuitas veritatis Et Esaie. lx. Surge illuminare hierusalē. ¶ Itē ibi est iurisditio iusta. Hiereiñ. iij. Dabo vobis pastores iuxta coz meū. Sequitur. Et vocabitur hierusalem soliū dñi. ¶ Itez ibi est dimicatio multa. q̄ scz ibi viget bellum tentationū t tribulationū. ij. Paralyppo. xvij. Bellatores et robusti erāt in hierusalē. ¶ Itē ibi est cōtemplatio alta. Ezechie. viij. Eleuauit me spūs inter celum et terrā. et adduxit me in hierusalē in visione dei. ¶ Item ibi est exultatio leta. q̄ scz ibi lete et iocūde landatur deus Neemie. xij. Audita est leticia in hierusalez ¶ Itē ibi est cōgregatio sancta. Quia. s. ibi est societas dominū sanctorū et innocentiū Psalm. Edificans hierusalem dñs dispersiones israel cōgregabit. ¶ Itez ibi est visitatio digna q̄ scilicet ibi sunt prelati qui habēt subditos custodire et visitare. Soph. j. Scrutabor hierusalem in lucernis et visitabo super viros defixos in fecibus suis. Et Esaie. lxij. Super muros tuos hierusalez constitui custodes &c. ¶ Item ibi est cōsolatio magna. quia scilicet ibi est spes diuini consilij et auxilij. et arra glorie sempiterne. Ideo illud predictum Esaie. xlvj. Dabo in syon salutem et in hierusalem gloriā meam. Unde Esaie. xl. Dicitur. Consolamini consolamini

Universidad de Deusto
Biblioteca

populemeus.dicit dominus deus,vester. Sequit. Loquimini ad cor hierusalez ꝛc. Ista est igitur hierusalez vbi debemus per gratiã habitare et deo humiliter deseruire. Quia sicut in ps. dicit. Te decet hymnus deus in syon. ꝛ tibi reddetur votũ in hierusalẽ. Exemplo xpi De quo dicit Luc. ij. Remãsit puer iesus in hierlm ꝛc. Quia renera qui in ista hierusalẽ per gratiã non manserit mortis eterne periculis subiacebit. Quod bene figuratum est. Luce. x. vbi homo qui descendebat de hierusalez in hiericho incidit in latrones qui spoliauerunt eum. ꝛ plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Qui procerto qui statim per peccatum ꝛ cupiditatẽ, et affectum vult hierusalem istam. i. statum gratie religionis vel ecclesie dimittere. et in hiericho que interpretat luna idest in mundũ variũ et mutabilem per auaritiam et negociationem descendere. sciat latrones idest tentationes et demones presto esse. Qui scilicet solent cũ gratuitis virtutibus spoliare ꝛ in naturalibus vulnerare. et semiuiuum hoc est solo corpore viuentem: anima uero occisa dimittere et abire. ita quod media pars compositi mortua est ex quo mortali crimini subiugat. Bene igitur precipitur. iij. Regum. ij. per salomonẽ illi Semey sic. Edifica tibi in hierusalem domũ, et non exeas inde huc atq; illuc. quacunq; enim die exieris scito te interficiendum. Ista est igitur hierusalez. manens inferius que est virtuosa. et istud secundũ principale. ¶ Tertio dico quod inuenitur vna hierusalem viuens deterius que est vitiosa. Et sic dico. quod sicut hierusalẽ quandoq; fuit ciuitas diuino cultui specialiter dedicata. ciuitas nobilis regia et ornata tamen relicto cultu diuino facta est idolis subiugata et a deo contemptra a gẽtilibus pculcata. Sic vere anima et ecclesia fuit in principio sponsa vel ciuitas summi regis. quam videlicet in baptismo per fidem sibi et cultui suo specialiter dedicauit: vbi per gratiam regnauit et habitauit. ita quod ornatam virtutibus ipsam pre aliis exaltauit. Huc vero probdolor videtur in multis ista sponsa proprium sponsum christi cõtemnere cultum: diuine legis dimittere et ydolis idest demonibus vel peccatis mundiq; t secularibus negociis damnabiliter adherere. Et ideo deus istã ciuitatẽ puaricatricẽ idest animã vel ecclesiã peccatricẽ iam videtur in gentilũ idest in tyrannorum manibus dimisisse et se ab ea elongasse qui reuera non cessant ipsam quotidie conculcare et penis et iniurijs molestare. De hoc videtur plangere dauid. et dicere in ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã. polluerunt templũ sanctũ tuum. posuerunt hierusalẽ in pomorum custodiã. Et sivis nota q; tres reges leguntur hierusalez specialiter afflixisse. videlicet. Nabuchodonosor rex babylonis qui eaz cepit combussit captiuauit et dissipauit. ꝛ regem ipsius excecauit. Dicre. xxxix. Sesac rex egypti qui thesauros domus domini ꝛ scuta aurea que fecit salomon inde tulit. et vniuersa diripuit et vastauit. sicut dicitur. iij. Regum. xiij. Et antiochus rex syrie qui muros hierusalez destruxit templum spoliauit et idolum abbominationis in tẽplo posuit. sicut dicitur. j. Macha. j. ¶ Primus istorũ regũ. Nabuchodonosor qui interpretatur sedens in angustia. qui fuit rex babylonis. que interpretatur confusio: signat peccatum auaricie quia scilicet ista est que sedet in angustia. q; scilicz auaricia angustiat cor auari vel desiderio acquirendi. vel studio conseruandi vel timore perdẽdi Nullius enim cor magis est in angustia positũ q; auari. Danicl. xiij. Angustie sunt vndiq;. quid eligam ignoro. Istud etiam peccatum rex babylonis idest confusionis dicitur pro eo q; diligentes pecunias finaliter cõfunduntur et ad nihilũ deducuntur. Phyl. iij. Gloria in cõfusione eorũ qui terrena sapiunt. Iste igitur rex. s. auaricia nostrã hierusalẽ. s. animã vel ecclesiã capiuat vel dissipat et fidi submittit ꝛ subiugat et per desiderũ habendi incendit pariter ꝛ inflãmat. ps. Ignis accẽsus est in iacob. flãma combussit peccatores. ¶ Secũdus istorum regũ fuit. Sesac rex egypti. et iste signat peccatum luxurie. Sesac enim interpretatur humecta: egyptus tenebre. Luxuriosi enim volunt esse in humoribus carnalium deliciarũ et in latebris ꝛ in abscõditis tenebrarum Job. xxiij. Oculus adulteri obseruat caliginem. Et iste rex scilicet luxuria de templo domini. i. de ecclesia vel anima aufert et surripit thesauros ꝛ scuta aurea Thesauros dico gratie et deuotionis scuta aurea bone et splendentis conuersationis Treñ. iij. Quomodo obscuratum est aurum ꝛc. ¶ Tertius istorũ regũ fuit anthiocus rex syrie: qui interpretatur pauper filens. Et syria interpretatur sublimis. et signat peccatũ superbie que scilicet vt plurimũ facit hominẽ pauperẽ ꝛ mendicum. sublimẽ tamen et eleuatũ. et per superbiam exaltatum et altũ. Et iste rex scilicet superbia istam hierlm animã scz vel ecclesiã inuadit et suppeditat. ꝛ murum regularis obseruantie et diuinorũ mandatorũ subuertit et dissipat Mee. ij. Considerabam murũ hierusalem dissipatum. Templũ idest clericorũ et religiosorum seu deuotionis statum bonis spiritualibus depredat ꝛ spoliat. ꝛ ydolum abbominandum idest ignaras et inutiles personas vel vitia ibidem collocat: ipsosq; munere vel fauore ibidem promouet et exaltat. et honorandos in altas prelationes eleuat et presentat. iij. Regum. xxj. Posuit idolum luci in templo domini. Isti sunt igitur tres reges idest tria capitalia crimina que hierusalem spiritualem capiunt et confundunt. quia scilicet auaricia ipsam succendit. Baruch. j. Ceperunt chaldei hierusalem et succenderunt eam igni. Luxuria ipsam confundit. Treno. j. Facta est hierusalẽ quasi polluta menstruis. Et. ij. Paral. xxj. Fornicati sunt habitatores hierusalem. Superbis ipsam offendit. Hiere. xiij. Putrescere faciam superbiam iudaꝛ et superbiam hierusalem multã. Et breuiter ista hierusalem repleta est hodie vitijs et malicijs quia scilicet ibi regnant.

Crudelitas et seuicia.
Fallacitas et malicia.
Contrarietas et discordia.
Instabilitas ꝛ inconstantia.

De crudelitate dicit. iij. Regũ. xxij. Mãnasses repleuit hierlm cruore innocentiũ. De fallacitate ꝛo dr. ij. Paral. xxv. Tetenderũt insidias in hierusalez. De rebelli contrarietate dicit. j. Esdre. iij. Venerunt in hierusalem ciuitatem rebellez. De instabilitate vero dicitur. Trenorum. j. Peccatum peccauit hierusalem propterea instabilis facta est. Et ideo procerto in ista hierusalem inuenitur aduersitas et pestilentia. Unde. ij. Paralypo. xxiij. Dereliquerũt templum domini dei patrum suorum. et seruierunt lucis et sculptilibus. Et facta est ira domini contra iudam et hierusalem. Sic igitur patet quod inuenitur vna hierusalẽ viuens deterius que est vitiosa. ¶ Quarto vero dico quod inuenitur vna hierusalem gaudens superius que est gloriosa. Et ista est hierusalez celestis scilicet paradisus. vbi salomon pacificus christus imperat atq; regnat. Sed quia de hierusalem inquantuz denotat paradisum satis dictum alibi. sicut notaui superius in principio huius tituli. ideo parum dicaz. Hoc solum dic quod ista hierusalem scilicet celestis patria est appetenda. et desideranda propter multa. videlicet quia ibi est et inuenitur.

Tranquillitas que cunctis sufficit.
Fertilitas cui nullus officit.
Jocunditas que corda reficit.
Eternitas que nunq; deficit.
Securitas que totum perficit
Subtilitas que cuncta conspicit.

¶ Est dico ibi que cunctis sufficit mira fertilitas, quia scilicet ibi est abundantia omnium bonorum. Psalmũ. Videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue. Et alibi. Hierusalem abundantia in turribus tuis. Et Esaie. xxxiij. Oculi tui viderunt hierusalem ciuitatem opulentam ꝛc. ¶ Item ibi est cui nullus officit pacis tranquillitas. Ibi enim est pax et requies sempiterna. Psalmista. Rogate que ad pacem sunt hierusalem. ¶ Item ibi est que corda reficit leta iocunditas.

tas. ij. Paralypo. xx. Reuersus est omnis iuda et habitatores hierusalẽ ꝛ iosaphat ante eos in hierusalẽ cũ leticia magna. Et illud predictũ Mee. xij. Audita est letitia in hierusalẽ. ¶ Item ibi est que cuncta perficit vera securitas. Zacha. xiij. Sedebit hierusalẽ secura ꝛc. ¶ Item ibi est que cũcta conspicit clara subtilitas q; scilz ibi est perfecta visio ꝛ intuitiua cognitio. Unde Esa. lx. Illuminare hierusalẽ. et illud. Ezech. viij. Eleuauit me spũs et adduxit in hierusalem in visione dei ꝛc. Sic igit patet q; est vna hierusalẽ gaudẽs superi⁹q; est gliosa. ¶ Quinto dico. q; inuenit quedã hierusalẽ gemens exterius q; est luctuosa. et ista est hierusalẽ terrestris. que scz teste apostolo Gal. iiij. Huc seruitcũ filijs suis. Ista est eñ hierlm de qua lamẽtando dr. Treno. v. Hereditas nra versa est ad alienos dom⁹ nostre ad extraneos. Cõstat enim q; hierlm et terra sancta est specialis ꝛ peculiaris hereditas populi xpiani. que. s. sibi per xpm extitit acq̃sita: pphetarũ vaticinijs insignita: lege dei pre ceteris erudita: diuino cultui dedicata: cristi psentia decorata et eius sacro sanguine consecrata. Ista enim est quam melchisedech sacerdos dei summi primitus habitauit Ista est quã dauid de manu iebuzeorũ abstulit et regni israel caput effecit. Ista est quã salomon tẽplo ꝛ miris edificijs insignuit ꝛ immensis diuitijs cumulauit Ista est quã destructam a chaldeis Neemias reedificauit Ista est quã christus personaliter visitauit. ꝛ in qua redẽptionis humani generis ministerijs celebrauit. ipsamq; proprio sanguine decorauit. Ista est in qua sub constantino ꝛ aliis romanis impatoribus fides catholica pullulauit et quã tandẽ p thurcos possessam francoꝝ popinis acquisiuit ; in qua per annos plurimos regnauit ꝛ imperauit. ista est que sub melchisedech salẽ fuit dicta. Tandem a iebuzeorũ populo ibidẽ habitãte fuit hierlm quasi iebusalẽ appellata. Postea ꝛo tẽpore salomonis hierosolyma nũcupata. Postremo vero ab adriano imperatore romano qui helyseus fuit reparata ꝛ helya nũcupata. ꝛ ab ipso iudeis interdicta ꝛ xpianis assignata. Sed probdolor ista est quã tandẽ agaremi ceperunt ꝛ vastauerunt egyptij tenuerũt ꝛ possederũt tartari afflixerũt ꝛ pfuderũt. ꝛ saraceni fedauerũt ꝛ fuierũt. Ista igf est, pbdolor q; a saracenis calcat. Que ab infidelib⁹ regit. Queja fidelib⁹ plãgit. Que a gẽtilibus occupat. iam igitur probdolor videt impletũ illud Luce. xxj. Hierusalẽ calcabitur a gẽtibus donec impleantur tempora nationũ. Ad istam igitur hierusalẽ debemus anbelare. istam debemus desiderare. Istã debemus appetere ꝛ repetere. ꝛ pro recuperatione ipsius totis conatibus laborare Dicam igitur christi fidelibus illud Hiereñ. lj. Recordamini procul domini et hierusalem ascendat super cor vestrũ. confusi sumus quñ audiuimus opprobriuz quia venerũt alieni super sanctificationem domus dei. Dicat igitur populus christian⁹ illud zacha. j. Reuertar ad hierusalem in misericordia domus mea edificabitur in ea vt et de quolibet deuoto christiano dicatur illud Luce. ix. firmauit faciem suã vt iret in hierusalem. Et nota quod tria principaliter debent nos mouere ad hierusalem visitandum ꝛ mariam transuadendum. videlicet.

Iniquitas gentis impie quam persequimur.
Hereditas gentis propie quã prosequimur.
Utilitas tante venie quam consequimur.

Dico igitur. q; mouere nos debet iniquitas gentis impie. s. paganorũ ꝛ saracenorũ qui in signũ nostri vituperij tenent et possident terrã sanctã. et qui vilipendũt et vituperant nomẽ xpi. ꝛ calcant et inficiũt illa loca que cristus suo sanguine dedicauit. Ad vindicandũ igitur christi mortem et iniurias illatas nomini xpiano ꝛ ad extirpandum sectam impij machometi nos zelo fidei ꝛ iustitie moniti illuc debemus accedere. ꝛ terrã illã presentialiter visitare. Excessus enim criminũ mouere dz animũ viri iusti ad vindictã de impijs sumendã. Unde aliaz causam non allegat dominus in scriptura quare deleuit habitatores antiquos istius terre sancte. scilicz Eucos. Amorreos. Jebuzeos ꝛc. nisi quia horrendis criminibus abundabant. que domin⁹ nõ potuit amplius sustinere. Et ideo terrã istã filijs israel volut dare. ꝛ cananeorũ populos extirpare. Sicut patet. Deut. xij. et deinceps horror vero criminũ mouit cũ. De filijs etiaz israel legitur. iudicũ. xix. et. xx. qualiter congregati sunt ad delendã ciuitatẽ gabaa propter scelus cõmissum in vxorez leuitẽ. quã scz occiderant abutẽdo. Etiã ipa bruta animalia quodãmodo nos incitant ad hoc ipm. q; scilicet si bos aliquis alicubi occisus fuerit: alij boues odorem sanguinis sentientes quodã horrore cõmoti mugiunt atq; clamant. ꝛ de morte socij sui tumultuãt atq; sonat Cũ igitur socius noster xps occisus fuerit in iudea ꝛ viri leuite scz filij dei. vroz hoc est humanitas ibidem mortua fuerit et occisa indebite ꝛ iniuste cõstat q; odor istius sanguinis. et excessus istius criminis debet nos monere ad illuc eundũ ꝛ ad istud faciendum vindicandum ꝛ sceleratos homines puniendũ. vnde de iniqtate istorũ qui nunc calcant et habitant terrã sanctã potest dici illud. ps. Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuaz. polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerũt hierusalem in pomorũ custodiã. Effuderũt sanguinẽ filiorũ ꝛ filiarum tuarũ tanq; aquã in circuitu hierusalẽ. ꝛ nõ erat qui sepeliret. igitur nos mouere debet iniquitas gentis impie. ¶ Item dico. q; mouere nos debet hereditas gẽtis ppzie. Constat eñ qõ terra illa hereditas nostra est. nobis a deo distributa ꝛ data. Ista eñ terra promissionis dz pro eo. qõ a deo fuit promissa abrae patri nostro. ꝛ semini eius distributa. s. Josue. Cum igitur nos simus abrae verum semen. restat q; ista est propria terra nostra. Deus enim qui est verus terre ꝛ rerum dñs. dedit eã plebi israel etice ꝛ voluit vt ibi primo vigeret cultus ꝛ fides ipsius: et exinde diffunderetur in orbem. Terra mea est inquit dñs et cui voluero dabo ipsam. ergo cuz omnia naturaliter diligant loca propria. Quia scz quidam naturalis amor et quedã proportio est insita inter, locũ ꝛ locatum. inter auem ꝛ nidum suum. Inter patriam et virũ. inter hominem et illud quod est suum. Aues enim pro nidis suis pugnant: et ipsos perditos recuperant. Canes eñ ad domos dominorum suorum de longinquis partibus redeunt et solo odore precedentium viam querunt Reuera dico quod terrã sanctam tanq; hereditatez nram et domum domini dei nostri. et tanq; proprium nidum nostrum debemus amare et repetere et ipsam pugnando recuperare et acquirere: et odor veri domini nostri. scilicet christi. et patrum nostrorũ. s. prophetarũ ꝛ apostolorum qui ibi fuerunt nos ad hoc debet trahere ꝛ monere. ij. Paralyppo xx. Reuersus est omnis vir iuda in hierusalẽ cum leticia magna. Similes naboth qui pro hereditate sua seruanda mortem recepit. iertij. Regum. xxj. Et Esaie. lviij. Hec est hereditas seruorum domini. vt sic dicat quilibet illud Ecclesiastici. xxiiij. In omnibus requiem quesiui : et in hereditate domini morabor. Sequitur. In ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. Moneat igitur nos hereditas gẽtis propie. ¶ Dico. quod monere nos dz vtilitas date venie quia scilicet illi qui istam viam aggrediuntur peccatorum suorum plenam indulgentiaz consequuntur. Nonne mercatores pro lucro temporali mare transeunt: et diuersis periculis se exponunt. Turtures etiam hyrundines et cyconie mare solent transire. et in tempore hyemis ad vberiora loca ad regiones calidas se transferre. Uultur etiam odorem corporum mortuorum vltra mare sentit. illucq; trãsuolat et accedit. sicut patet per Plinium et Solinum. Multo igitur fortius pro lucris spiritualibus et eternalib⁹ acquirendis scilicet pro venia peccatorum et gloria seu copia celestium premiorum transire debemus maria ꝛ in terram sanctam transfretare. Et xpm etiaz mortuũ deuotis cordibus adorare Et etiam ad spiritualia pascua et eterna mentaliter et corporaliter nos transferre Cum enim dominus nunc velit in terra sancta fidem suam seminare et deuotum etiam populum habitare

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse procerto vult et precipit qō nos cū precedam⁹.ꝛqō inimicos suos exinde tollam⁹ꝛ subuertam⁹.et qō locū et habitaculū eidem preparem⁹.Marci.xiij.Iussit ie-sus discipulos suos descendere in nauiculā et p̄cedere eū transfretū.Et ad hoc monet scriptura.j.Esdre.j.vbi dicitur.Mō suscitauit dōs spiritū cyri regis persarum ita vt diceret.Sic deus celi precepit mihi vt edificez ei domū in hierusalem que est in iudea.Quis est in vobis de⁹ in vniuerso populo eius. Sit dominus illius cum eo. Ascendat in hierusalem que est in iudea.vt edificet domum dei israel. Dico igitur quod propter.

Utilitatem quam consequimur.
Hereditatem quam prosequimur.
Gentilitatem quam persequimur.

Hos debemus hierusalem transfretare et ad terre sancte acquisitionez totis conatibus anhelare. Exemplo inde machabei dicentis.j.Machabeo.iij. Ecce cōtriti sunt inimici nostri:ascendamus nunc mundare sancta et renouare.Et dicitur ibidem qō congregatus est omnis exercitus et ascenderunt in montez syon ꝛc.Sic igitur patet quomodo inuenitur in scriptura hierusalez Exterior.Superior.Deterior.Inferior.Interior.Et hoc sufficit.Vide de hierosolyma.

B **Jesus** Nota.q̄ istud nomen Jesus signat vt cōter dōm saluatorē.Et p̄ hoc quis possit diuersi mode applicari sicut alia noia:nō decet tamen q̄ ad significāduz aliquid aliud transmutetur quod ad significanduz personā saluatoris singulariter.est assumptū Distinguamus igitur,breuiter ꝛ isto nominez dicam⁹ quod istud nomen. Jesus est nomen.

Benignitatis.
Utilitatis.
Humilitatis.
Nobilitatis.

Jesus enim.
Benigniter miserebatur.
Utiliter operabatur.
Humiliter cōuersabatur.
Nobiliter dominabatur.

Dico q̄ Iesus benigniter miserabat.Vñ ipse dicebat illud Marci. viij.Misereor sup turbā:qz ecce iaz triduo sustinent me. nec habent quod māducent.Et hō qz benignus et misericors ad ipm est p̄cipue recurrendum et eius auxiliū implorandū.Exemplo cerui qui artatus a canibus desperās de euasione vltro refugit ad boiem.sm Isidō.Sentiēs ipm instinctu nature esse animal misericors ꝛ benignū.Sic faciebat ille cecus Luce.xviij.Jesu preceptor miserere mei. Discōbia vero sua bene apparuit Luc.xix. Ubi prouidens miserias ciuitatis hierusalē fleuit super eā.Et Jobis.xj.vbi condolens Lazaro mortuo lacrymatus est super sepulcrū.

¶Jtez iste vtiliter operabatur.Opera em̄ que faciebat testimoniū perhibebant de ipso.Iste enim operat⁹ est salutez in medio terre.Sicut dicitur Abacuc.iij. Unde de ipso dicitur Act.j.Quod cepit Iesus facere ꝛ docere

¶Item iste humiliter cōuersabatur.Iste enim fuit humilis in nascendo humilis in viuendo humilis in moriendo. Quia sicut dicitur Phyl.ij. Hoc sentite in vobis qō et in christo Iesu:qui cū in forma dei esset: semet ipsum exinaniuit formā serui accipiens:ꝛ habitu inuētus vt homo.humiliauit semetipsum factus obediens vsq̄ ad mortem.

¶Jtē nobiliter dominabat.Qz scilicz iste est ille hō nobilis qui venit in regionē longinquam huius mundi accipere sibi regnum Luc.xix.Et ideo ꝛ isto scribitur q̄ iste est iesus nazarenus rex iudeorum. Johan.xix. Luce.xxiij. Unde ipse poterat dicere oibus sibi deuotis illud Actu.xxij.Ego sum iesus nazarenus quem vos queritis.In quibus ostendit quod iesus est Amandus. Querendus. Laudand⁹ ꝛ magnificandus triplici ratione scz Quia iste est.

Fortissimus sustentator.
Pyssimus liberator.
Mundissimus conuersator.

Primū probat dictio solida. Ego suz. Sed scōm dictio fluida. Jesus idest saluator. Sed tertium dictio fluida Nazarenus qui interpretat florens iste em̄ fuit solidus sustentando. Ego sum inquit. Fluidus in adiuuando. Jesus. Floridus munde cōuersando. Nazaren⁹. ¶Primo igitur dico⁹ consulo.q̄ queramus⁹ꝛ diligam⁹ iesuz sicut solidū sustentatorē.quia dicit. Ego suz. Dñe enīz debile ꝛ fragile quod per se nequit stare.indiget aliquo forti et solido cui sua fragilitas innitat. Et ideo videm⁹ quod debiles ꝛ infirmi indigent aliquo magno et forti cui possint inniti:ꝛ per quem portentur ꝛ sustineantur Aque etiam naturaliter indigent terrena firmitate in ferius.vt per terre firmitatem earū fluxibilitas portet. Et indiguerunt firmitate celi superius vt per celi solidi tatem aquea labilitas fisteretur.Ideo dr Genes.j. Fiat firmamentū in medio aquaruz.Unee etiam que sunt debiles indigent aliqua alia firmitate. Et ideo palis fixis ꝛ solidis solent ligari.vt earū possit fragilitas sustētari.Et quia igitur charissimi nos qui sumus in hac vita.Quia faciliter per tentationes vincimur:sumus infirmi.Quia faciliter per affectiōes labimur:sum⁹ aque Quia faciliter per delectationes flectimur:sum⁹ vinee. Ideo valde indigem⁹ q̄ ad xp̄m iesum sicut ad quid fortet solidum recurramus.Qz scilicet ipse est ita solidus atq̄ firmus:qō ipse potest nostram fragilitatē portare Nostram labilitatem sistere et nostram flexibilitatem firmiter sustinere.Mō ostendit cum dicitur.Ego sum. Istud enim verbū sum est verbū substantiuū significās essentiam.substantiā fortitudinē ꝛ firmitatē.Mō bene notauit cū dixit moysi illud.Exod.iij. Ego sum q̄ sum. Sequitur.Qui est misit me ad vos. Unde Luce.xxiij. Hic est iesus nazarenus rex iudeorū. Et iob.xviij. Quē queritis?Responderunt. Jesum nazarenum.dixit eis. Ego sum. Et Act.ix.Ego sum iesus nazarenus quez tu persequeris.Ad denotandū qō iste est per q̄ et non per participationem.Iste est enim sicut adamas cuius existentia non ferro vincitur nec igne cremat. Est etiam sicut colūna cypressina:que onere non deprimit nec alio graui flectit qz.s.tanta est sua firmitas bonitas ꝛ fidelitas qō quicūq; ei per deuotionē cōfidentiā innitit ab ipso iuuat fouetur ꝛ sustentatur ꝛ in oibus tribulationib⁹ sustinet.Ego sum inq̄t. Et si quereret ab eo qō quesitū est ab ipso Job.viij. Tu quis es? Ipse procerto respondere et dicere potest. Ego sum.

Sustentator omnis debilitatis.
Illustrator omnis obscuritatis.
Expiator omnis iniquitatis.
Renouator omnis antiquitatis.
Imperator grandis autoritatis.
Predicator magne sagacitatis.
Satiator magne fertilitatis.
Consolator magne securitatis.
Gubernator magne benignitatis.
Amplexator magne fidelitatis.
Toleretor omnis aduersitatis.
Administrator omnis humilitatis.
Reparator omnis mortalitatis.

Dico igit qō respondendo ad questionē. Tu q̄s es? Ipse pōt revocare debilitatis sustētatorē. Et ideo ipse pōt dicere illud Gen.xlvj. Ego sum fortissim⁹ de⁹ patris tui.

¶Jtē vocat se obscuritatis illustratorē. Vñ ipse pōt dicere illud.Iobis.viij. Ego suz lux mūdi.ꝛ illud Iohā.xij. Ego lux veni in mundū. ¶Jtē vocat se iniq̄tatis expiatorez. Unde Esa.xliij. Ego sum qui deleo iniq̄tates propter me dicit dōs. ¶Jtē vocat se antiquitatis renouatorem. Vñ Esa.xlviij .Ecce ego facio noua.et.xliij. Ego sum dōs faciens oia. ¶Jtē ipse vocat se autoritatis imperatorē. Vñ ipse met dixit pylato. Tu dicis qz rex sum ego. Et Esa.xliij. Ego sum dōs ꝛ absq̄ me nō est saluator. ¶Item vocat se sagacitatis predicatorē Unde Esa. lxiij. Ego qui loquor iusticiā ꝛ ppugnator sum ad saluandum. ¶Item vocat se fertilitatis satiatorē. Unde ipse dicit. Johā.vj. Ego sum panis vite. ¶Item vocat se securitatis consolatorē. Unde ipse dixit Math xiij. Ego sum: nolite timere et esaie.lj. Fugiet dolor ꝛ gemitus ego ipse qui consolabor vos.et esaie.lxvj. Ego consolabor vos in hierusalē consolabimini. ¶Item vocat se

benignitatis

benignitatis gubernatorez Unde ipse dixit Joan .x. Ego sum pastor bonus ꝛ cognosco oues meas. ¶Jtē vocat se fidelitatis ampleratorem. Unde Joann.xij. Que ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor: qua si dicat. Nolo loqui nisi qō mandatū est mihi a patre q̄ misit me.qz descendi de celo nō vt faciā voluntatē meā:sed voluntatē eius q̄ misit me. ¶Jtē iste se vocat aduersitatis toleratorē. vnde Act.ix. Quis es? Ego sum iesus nazarenus quē tu persequeris. ¶Jtē ipse se vocat humilitatis executorē vel ministratorē Vñ Luc.xxij. Ego aūt in medio vestri sum sicut q̄ ministrat. ¶Item vocat se mortalitatis reparatorem. Unde Joannis.xj. Ego sum resurrectio ꝛ vita.qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et Joannis. xiij. Ego sum via veritas ꝛ vita. Ad iesum igitur est recurrendū ꝛ ipsius auxilium deuotissime requirendum quia scz tot bona potest hominibus facere:ꝛ tantis beneficijs fragilitatem hominuz sustinere quod tm̄ ostenditur cum dicitur. Ego sum. Actuū.ix. scilicet Jesus nazarenus quem tu persequeris. Requiramus ergo ꝛ diligamus ipm sicut sustentatorē. ¶Secundo dico q̄ debemus ipm querere ꝛ diligere sicut prouidū liberatorem.quod scz ostenditur quādo dicitur iesus.quia scz iesus interpretat saluator. Salvare em̄ nihil aliud est q̄ aliquē de periculo liberare. Et ideo canimus. iesu saluator seculi. Et de eius nomine dicitur Luce.j. Et vocabis nomen eius iesuz ipse em̄ saluū faciet populum suuz a peccatis eorum. Et nota q̄ iste dicit saluator seu liberator. quia sicut vincti ꝛ incarcerati.per virtutez saphyri sm̄ Dyas. de vinculis liberantur. vt dicitur in lapidario. Hic lapis vt perhibēt educit carcere vinctos. Sic iste vinctos in mendicitate ꝛ ferro de inferno primitus liberauit ꝛ saluauit. Nunc etiā illos qui sint deuoti sunt de vinculis peccatorum educit. Sed sicut iste apis non saluat nec liberat hominez: nisi mundus fuerit atq̄ castus Sic procerto nec iesus saluat aliquos nisi illos qui vitam bonam duxerūt ꝛ mundam. Et nota q̄ iste liberat nos

Discordes ad concordiam reuocando. Iste enīzdi
Tormenta pro hominibus tolerando. scordes ad
Miranda inter homines operando. concordiā
reuocauit. Fecit em̄ vtraq; vnū. scz ex populo indeo ꝛ gentili vnā ecclesiā cōstituit ꝛ etiā discordiam dei pris ꝛ hoim concordauit. Iste em̄ fuit sicut adamas q̄ est lapis reconciliationis Unde de ipso dicit Joā. xx. Stetit ihesus in medio ꝛ dixit. Pax vobis. ¶Jtē iste tormēta pro hoibus toleraut. Vñ iste fuit aries abraam per cuius mortē fuit ysaac liberatus. qz scz per mortē xp̄i fuit genus humanū liberatū ꝛ saluatū. vñ Math.xxvij. Jesum q̄ crucifixus est queritis.

¶Item iste miranda inter hoīes demonstrauit. Vñ Joa.vlti. Multa quidem ꝛ alia signa fecit iesus. Et ideo sicut elephas sequitur suū de fouea liberatorez. Sic nos debemus diligere istū nostrū redemptorē ꝛ saluatorē dicētes illud Joan.xij. Dñe volumus iesuz videre.iste em̄ non solum liberat de fouea peccati.immo etiā iuuat existentes in fouea inferni Legitur em̄ q̄ q̄dam sanctus vidit in inferno quendā q̄ erat tot⁹ in igne:ꝛ requisitus quare caput suū nō patiebatur? Respondit Quia inquit nomen iesus cum digito in frōte scribere deuote solebā. Istū igit diligam⁹ sicut prudū liberatorē. ¶Tertio diligamus ꝛ queram⁹ eū sicut floridū cōuersatorē.qō notat cū dr. Nazarenus qō interpretat floridus.iste em̄ habuit floridā cōuersationē.i.mundā purā placidam ꝛ honestā Math. xxj. Hic est iesus ppheta a nazareth galilee. Figuratus in nazareo sicut dr supra de abstinentia. ꝛ applica de flore ad perfectionē vel ad cōuersationem sicut supra.ideo de isto dr Joan.xix. Hic est iesus nazarenus rex iudeorum. Et vide istam autoritatez diuisaz ꝛ prosecutā in secundo sermone: Prope est estas ꝛc. Patet igit. Istius cōuersatio que fuit nobilis istius liberatio que fuit vtilis istius sustentatio que fuit stabilis. ¶Si aūt de iesu vis magis aliquātulū dilatare.dic q̄ illud nomē iesus est nomen omnis perfectionis ꝛ virtutis. In isto em̄ inuenit homo omnia necessaria ad salutē. Teste em̄ Bernardo sup Cant. Homen iesus.q̄ carum.q̄ vtile. Si vtile inquit nō esset non me lucraretur. Jesus mei in ore. meos in aure. iubilus in corde.ista est em̄ veritas q̄ si nomen ad nominatum referimus.ꝛ status ꝛ conditiones Jesu attendimus:certe in ipso sex exempla vtilia reperimus Ergo vide iesum.

Nascentē.ecce signū dulcoris.
Pendente.ecce signū doloris.
Surgentē.ecce signū vigoris.
Scandente.ecce signū honoris.
Solantē.ecce signu fauoris.
Tonantē.ecce signū rigoris.

In iesu nascente concipes humilitate.in iesu pendente seu moriente cōcipiens asperitate iesu penitentie.in iesu surgente ꝛ de inferis redeūte cōcipies strēnuitatē.in iesu ascendēte ꝛ triumphante cōcipies felicitatē.in iesu solante seu dona ipūssancti tribuente cōcipies liberalitatē.in iesu tonante vel iudicante cōcipies seueritatē.ista enim sunt sex exempla que nos inuenimus in iesu.Dicz.Exemplū dulcoris ꝛ amicicie ꝛ hoc cū nascit humiliter. Exemplū doloris ꝛ penitentie ꝛ hoc cū moritꝛ flebiliter Exemplū vigoris ꝛ pmanentie.ꝛ hoc cū resurgit viriliter.Exemplū honoris ꝛ excellentie ꝛ hoc cū triumphat nobiliter.Exemplū fauoris ꝛ benivolentie.ꝛ hoc cum consolatur discipulos liberaliter.Exemplū rigoris atq̄ iustitie.ꝛ hoc cum iudicabit terribiliter. ¶Dico igit.q̄ in iesu nascente nos inuenimus exemplū dulcoris.Quid em̄ dulcorosius.Quid benignius.Quid humilius. Quid benignius. q̄ q̄ deus homo fieret.carnē sumeret. pauper viueret.nullū lederet.oīm⁹ iubueniret. Sicut em̄ dicit Joan.j. Vidit ioannes iesum venientem ad se ꝛ ait. Ecce agnus dei:ecce q̄ tollit peccata mūdi. Agno em̄ nihil mansuetius.humilius seu dulcius. Unde ipse est qui dixit Hiere.xj. ego quasi agnus mansuetus q̄ portat ad victimam.ꝛ bene agnus in quo quicqd est totū est bonū ꝛ vtile.scz pellis lana ꝛ caro Quia procerto in iesu nihil fuit nisi bonū:ꝛ nisi humano generi vtile ꝛ proficuū.ꝛ hoc nō solū in carne fluide cum passionis aut in lana doctrine ꝛ eruditionis. immo etiā in pelle honeste cōuersationis ꝛ sic notabis q̄ iesus nascens fuit hominibus exēplū ꝛ signum.

Puritatis ꝛ innocentie.
Veritatis ꝛ sapientie.
Humilitatis ꝛ patiētie.
Debilitatis ꝛ impotetie.

fuit em̄ iesus innocentissimus sine malicia ꝛ ideo dr Luce.ij. Remansit puer iesus in hierusalez. ¶Jtē fuit iesus sapientissimus sine stultitia. Unde Luce.ij. iesus aūt proficiebat sapientia ꝛ etate cōa deo ꝛ hominibus. ¶Item fuit iesus patientissimus sine proteruia seu superbia. Unde cū se posset defendere quādo voluerunt eū lapidare.tamen dicit Joan. viij. iesus aūt abscondit se ꝛ exiuit de templo. ¶Item fuit iesus penitentissimus seu macerationissimus sine blandicia quia scz semper vixit in penitentia ꝛ penuria. Unde Matthei.iij. Ductus est iesus in desertum vt tentaretur ꝛc. Desertum em̄ penitentie ꝛ penurie asperitatem designat. ¶Item fuit iesus miserationissimus sine duricia Quia sicut dicitur Joannis.xj. de morte Lazari. Lachrymatus est iesus. scz pre compassione. Unde ille cecus Luce.xviij. dicebat iesu preceptor miserere mei.ꝛ ideo iste iesus.i .saluator.quia omnibus semper voluit benefacere ꝛ omnes misericorditer adiuuare Luce.j. Vocatum est nomē eius iesus. Patet igitur.q̄ nos inuenimus in iesu nascente exēplū dulcoris. ¶Item inuenimus in iesu pendēte seu morīente exemplū doloris. Constat em̄ q̄ christi passio fuit nobis in exemplū: vt penas ꝛ miserias pro ipso sustinere loco ꝛ tempore debeamus. Quia christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplu⁹ vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequamur vestigia eius.j.¶Petri.ij. Unde de christo dicit Joan.xix.Exijt iesus portans spineam coronaz ⁊ purpureū vestimētū. Et dixit pylatus. Ecce homo quasi diceret. Ecce exemplū penitētie ⁊ doloris. Unde Bernardus sup Canti. dicit sic. Habemus christum iesuz ex patre nascentem. in patre cubantē. etiā cum patre sedentē. sub pre pendentem. a patre ambulantem. pro patre stantem sine patre morientem.

¶Item dico. q nos inuenimus in iesu surgente erē plum vigoris. Constat enim q iesus in triduo illo: de mones debellauit: iferos spoliauit: patres liberauit ⁊ tandem resurgens mortis potentiam superauit: in quo vigorē sue infinite potentie demonstrauit ⁊ erēplum pugnandi contra vitia ⁊ vincendi hostiles impetus nobis dedit. Eccli.xlvj. Fortes in bello iesus naue. Mathei.xxviij. Jesum qui crucifixus est queritis surrexit nō est hic. ¶Itē inuenimus in iesu stantem te seu ascendente exemplū honoris. in hoc eīm q christus iesus teste apostolo: semetipz exinaniuit formā serui accipiens: ⁊ humiliauit semetipm factus obediens vsqz ad mortē propter quod deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen qō est super oīe nomen. vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestium terre strium ⁊ infernoz. ⁊ oīs lingua confiteatur. quia dominus iesus christus in gloria est dei patris sicut dicitur ¶Phyl.ij. Datuz est exemplū fidelibus: q per viam pene. marturij vel laboris. peruenitur ad fastigiū exelsi premij vel honoris Et q per exercitiū laborioſum nomen acquiritur glorioſum. In nomine inquit iesu omne genu flectatur. Et reuera istud nomen est fortissimum ⁊ honorabilissimum angelis est sanctis gratissimum demonibus vero est terribilissimū. Teste enim Bernardo super Canti. Nomen iesu lucet predicatū: pascit cogitatuz. lenit inuocatum Hoc enim reparat sensus: roborat virtutes. vegetat bonos mores. castas fouet affectiones. Si vis narra de illo milite. qui cum misset peregrinari hierusalē ⁊ circuisset oīa loca que christus in scriptura legitur ambulasse. ⁊ finaliter venisset ad montem oliueti vnde iesus in celum ascendit. tunc iesum amplius sequi non valens. nimia cordis affectione letatus expirauit ⁊ prodentib⁹ medicis q pre gaudio mortuū est corpus eius. in medio cordis inuentuz est scriptū Amor meus iesus Breuiter istud est nomen summi honoris. Unde Luc.xxij. Hic est rex iudeorum. Ergo vide in iesu scandente exemplum honoris. ¶Itē inuenimus in iesu solante apostolos ⁊ promissionez spiritus mittente exemplum fauoris Ad regem enim regni solio pacifice ⁊ potenter dominantem ⁊ diuitijs abundantem bene spectat q se fauorabilem ⁊ liberalem ostendat. ⁊ q de bonis suis omnibus sibi deuotis largiter tribuat ⁊ concedat Sicut fecit christus qui tam regnans in celis spūmsanctuz misit et discipulos suos donis varijs ditauit ipsosqz consolatione multiplici confirmauit. oīmbus scz dans exemplum q illi qui sciunt ⁊ possunt debent alijs ⁊ maxime indigentibus ⁊ desolatis benefacere ⁊ cunctis fauorabiles se prebere. iste enim confert.

Gratiam penitentibus, Est eīm iesus penitentibus gratiosus Joan
Leticiā contēplantibus, nis.j. Gratia ⁊ vitas
Gloriam triūphantibus, per iesum xpm facta est. Est etiā iesus contemplantibus gaudiosus. vñ Abacuc.iij.ōr. Ego autem in dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo iesu meo. Est insuper iesus beatis seu triumphantibus gloriosus vnde ipsi dicere possunt illud Hebreo.ij. Videmus iesum gloria ⁊ honore coronatū Et illud Act.vij. Ecce video celos apertos ⁊ iesum stantem a dextris virtutis dei. Patet igit q nos inuenimus in iesu solante exēpluz fauoris. ¶Sexto dico q nos inuenimus in iesu tonante exemplum rigoris. hoc est dictu in iesu iudicā te. Decet enim principem esse non solum amoroſuz bonis. immo etiā iustum ⁊ rigoroſum malis. ideo iesus non solū est pius gratiā bonis dando. immo etiā est in iudicio rigoroſus ⁊ iustus impios puniendo. Unde Act.x. dicit Verbū misit dominus filijs israel annuncians pacem per iesum xpm Sequitur. Huez constituit iudicem viuoū atqz mortuoū. De rigore etiā iesu dū viueret habemus exemplū. Joannis.ij. Ubi eiecit ementes ⁊ vendētes de templo. facto flagello de funiculis Et Marci.xj. ōr. Mō circūspiciēs eos cū ira contristatus est. Et sic igit bene dico q ꝑz diuersos status suos datus est nobis in exemplum. Rigoris Fauoris. Honoris. Vigoris. Doloris. Amoris. seu Dulcoris. Hec sufficiāt de iesu Vide de christo et cetera.

Jehu. Fuit rex israel. q ꝙuis esset malus: tamē ad puniendū ioram. q erat deterior. ⁊ ad delendum domū ipsius necnon ad exterpandū cultū baal ⁊ ꝓphas ipsius: fuit a domino rex electus. Sed q in multis alijs peccauit: ⁊ exequendo dei voluntatem excessit ideo domus eius finaliter periit: ⁊ semē eius de regno israel abijt ⁊ recessit sicut ō: Osee.j. interpretat aūt parcens vel commotio siue maleficus seu maleficium. Vide hystoriam de iehu.iij. Reguz ix. ⁊ demceps Et.ij. Paral'.xix. Et applica ꝓout voluēris ⁊c. A

Jezrahel. Nota q Jezrahel fuit quedaz particularis prouincia in terra promissiōis agris fertilib⁹ insignita vbi final'r illa regina Jezabel vxor achab fuit canibus denorata propter hoc q ibidez naboth occidi fecerat siue causa ⁊c. interpretatur aūt semē dei vel semmanit oīs sicut hec apparēt.ij. Regū.xxj. ⁊. iij. Regū..ix. Expone si vis quo mūdi fertilitas ⁊ ꝓsperitas possessores suos facit diuersis vitijs inquinari ꝓpter quod necesse est ipsos finaliter ab infernalibus canib⁹ deuorari ⁊c. A

Jezabel. Uxor achab regis israel que interpretatur fluxus vanus. vel fluxus sanguinis siue cohabitatrix aut sterquilinū fuit mulier luxurie plena fetoribus. Sceicie spirans ardoribus. Angustie pressa doloribus. ista eīm habitu meretricio legit ornata. ¶Prophetarū seu innocentū supplicio fuit satiata. Et tandē canina laceratione fuit deuorata. Sicut hec oīa patent.iij. Regū.xvij. ⁊.xxj. Et iij. Regū.ix. Et sic bene fuit interpretata fluxus vanus quo ad luxuriā q̄ fuit possessa. fluens sanguine quo ad sceiciā quam fuit professa. sterquilinum quo ad miseriā seu angustiam qua fuit depressa. Et si vis hec applica contra malas ⁊ improbas dñas ⁊ reginas que fetent luxurie carnalitate. Unde de ista legitur. iij. Regum.ix. q ita ornauit se ⁊ depinxit stibio oculos suos vt ictu aū lidinē prouocaret Et ideo de talibus ō: Apocal'.ij. ¶Permittis mulierē Jezabel que se dixit ꝓphetare docere ⁊ seducere seruos meos fornicari ⁊ comedere de idolololitis. ⁊ dedi illi tēpus vt penitentiā ageret. ¶Item que strident sceicie crudelitate. Sicut de ista legit q ꝓphetas domini occidit. Helyam etiā summum prophetam occidere voluit ⁊ naboth iustū: q⁹ vineam suā noluit vēdere interfici ꝓcurauit.iij. Regū.xvij. Cum interficeret iezabel prophetas dñi. tulit Abdias centū prophetas ⁊ abscondit eos. ¶Item q̄ finaliter dolent angustie seu miserie calamitate videlicet in inferno q. i. sicut canes dei iudicio comederūt istam pessimā mulierē corporaliter. Sic tales a canibus infernalibus deuorabuntur eternaliter.iij. Regū. xxj. Canes comedebant Jezabel in campo Jezrahel ⁊c. Sufficit. A

Igitur. Cum igitur sit aduerbiuz conclusiuū diffinituum ⁊ allegatiuuz. ⁊ alicuius presumpte vel vere certitudinis ostensiuum. Notabo q moraliter loquendo Igitur significat conclusionem ⁊ terminum oīm rei. ⁊ coertionem ⁊ conclusionem ad aliquid faciendum vel ad aliquid sustinendum. Et sic notemus q igitur siue actiue siue passiue sumatur potest referri Ad deum. Ad iustum. Ad hominem. A

hominem. Ad mundum. Ad impium. ¶Per igit enim potest intelligi conclusio

Summi creatoris. Dico igit primo. q est vnuz
Viri viatoris. igitur spectans ad creatorē.
Mundi deceptoris. Iste eīm ⁊ orationes sanctoꝝ
Dyaboli turbatoris. ⁊ eoruz merita ⁊ opera sunt
Justi sectatoris. vnū igitur quo deus artatur
Uani peccatoris. ⁊ concluditur ad quesita misericoditer concedēdū. j. ¶Paralyp.xxij. ¶Precebete igitur corda vestra ⁊ animas vt queratis dñm deum vestrum Sic volebat eum concludere ille Ezechias.ij. ¶Paraly.xxix. vbi dicebat sic. Nūc igitur placet mihi vt ineamus fedus cuz domino deo nostro: vt auertat a nobis furorem ire sue Et si vis dic q ad deum spectat multiplex igitur conclusiuum ⁊ determinatiuū tam actiue q̄ passiue. videlicet vnum igitur

¶Predestinationis. Ad deum eīm spectat vnum
¶Dure punitionis. igitur cuncta predestinans.
¶Tute saluationis. Conclusiue eīm ⁊ determina
¶Tute confessionis. tiue potētia predestinatiua

permanet apud ipsum Unde Roma.ix. dicit. Igitur non est volentis neqz currentis: sed dei miserantis.

¶Item ad eum spectat vnū igitur malos exterminans. Iste eīm finaliter ⁊ conclusiue perdit ⁊ dissipat oīes malos Ezech.ix. Igitur ⁊ meus nō parcet oculus: neqz miserebor. Et Ezech.xx. Ego igit leuaui manū meam super eos in deserto ne introducerē eos in terram fluentē lac ⁊ mel. ¶Item ad ipsum spectat vnū igitur bonos illuminans. quia scz finaliter ⁊ cōclusiue oīes boni per eum saluabuntur Job.xxxvj. Eripiet pauperem de angustia sua. ⁊ reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime ⁊ nō habente fundamentū subter se. Istud autez igitur. i. ista conclusio erit in patria quādo scz deus cessare faciet a beatis oīe malum dicēs illud Gen.viij. Nō igitur vltra percutiā oēm animā viuentē Et quādo ipsis conferet oīe bonū Math. xij. igitur perueni in vos regnū dei. ¶Item ad ipm spectat vnum igitur laudans ⁊ carmnans. quia scz sancti ⁊ angeli laudant ⁊ magnificant ipm in patria dicendo. s. illud. j. Paralypo.xxix. Nunc igitur deus noster confitemur ⁊ laudamus nomen tuū inclitum. Patet igitur q est vnū igitur spectans ad creatorem

B ¶Secundo dico. q est vnū igitur spectās ad viatorem. sc̄z ad hominem mortalem. iste eīm habet igitur actiuū ⁊ non passiuum concluditur eīm ⁊ non concludit. Quia scz mors ⁊ sepulcrū ipm solent finaliter cōcludere ⁊ infra suos limites coartare. iij. Regū.xxij. Mortuus est igit helyseus ⁊ sepelierūt eum. ¶Tertio dico q est viuū igitur quod spectat ad deceptoꝝ. id est ad mundum. qui scilicet decipiēdo mentes humanas ⁊ eas ad voluptates alliciendo videtur inferre illud igitur ⁊ illam conclusionē que scribitur Ecclesiastes.viij. Ubi in persona mūdi potest dici. Laudaui igitur leticiam ⁊ q non esset homini bonū sub sole nisi q comederet biberet ⁊ gauderet. Et sm veritatem istud est cuidens. q scilicet mūdus ⁊ munda mi nullam aliam conclusionem cōmendāt: nisi q homo sit in presenti gaudio vel quiete. ¶Quarto dico q est vnum igitur quod pertinet ad turbatorem. id est ad diabolū tentatorem. qui scilicet ad nihil aliud videtur concludere aut intendere q̄ ad ledendū. vel ad occidendum damnādo Job.ij. Egressus igitur satha a facie domini: percussit Job vlcere pessimo.

¶Quinto dico q est vnum igitur seu vna conclusio que spectat ad iustitie sectatorem hoc est dictu ad virum iustum. iste enim potest dici igitur. ⁊ dicere igitur. quia scilicet vir iustus debet bonam conclusionē facere ⁊ ex omnibus premissis cogitationum ⁊ affectionum suarum aliquem bonum finem ⁊ bonaz diffinitionem inferre. primo ¶Paralypo.xxij. Surge igitur ⁊ fac ⁊ erit dominus tecū. ¶Supponendo igitur q per igitur intelliguntur sancti viri ⁊ homines virC tuosi ⁊ docti. qui optime sciunt concludere facta sua ⁊ omnia fine ⁊ conclusione debitis terminare. iuxta illud.iij. Regum.vj. igitur edificauit salomon domū ⁊ consummauit eam. Notare possum q tales sunt ⁊ dici possunt vnum igitur scilicet.

Cōuersionis ⁊ penitentie. Dico igitur. q in in-
Discretionis ⁊ sapientie. stis inuenitur vnum
Remissionis ⁊ indulgentie. igitur id est vna con-
Subiectionis ⁊ obedientie clusio penitētie atqz
Dejectionis ⁊ subiacentie. conuersionis. Un Ac-
Affectionis ⁊ confidentie. tuum. iij. ¶Penitemi
Orationis ⁊ reuerentie. ni igitur ⁊ cōuertimi-
Subiectionis ⁊ prudentie. nivt deleantur pecca-
Turbationis atqz tristitie. ta vestra. ¶Item ha-
Cōpassionis ātqz clementie. bet etiā vnū igitur sa-
¶Predicationis ⁊ eloquentie. piētie ⁊ discretionis.
Expectatiōis ⁊ tēperātie. vel Rom.xvj. Gaudeo
¶Perdurationis ⁊ pmanētie. igit in vobis: sed vo-
Emūdationis ⁊ continentie. lo vos sapientes esse
Cōuersationis ⁊ apparētie. in bono. ¶Item ha-
Inquisitionis ⁊ diligentie. bēt vnū igitur indul-
Contēplationis ⁊ eminentie. gentie vel remissiōis
Circūspectionis ⁊ vigilantie. indulgēt eīm miseri-
Federationis ⁊ amicicie. coditer delinquenti-
Tolerationis ⁊ patientie. bus in se. vt cuilibet
Delectationis ⁊ affluentie. tali dicat illud Ma-
Sublimationis ⁊ excellentie. thei.v. Si igit offers
Consolatiōis ⁊ cōplacentie. munus tuū ad altare

⁊c. Uade prius reconciliari fratri tuo ⁊ post veniens offeres munus tuum. Talibus etiā remittuntur peccata Actuum.xvij. Notum igitur sit vobis fratres: q⁹ remissio peccatorum vobis annunciatur. ¶Itez isti habent vnū igitur Obedientie ⁊ subiectionis. Quia scz isti seruiunt obediunt ⁊ subsunt alijs diligenter. Quia reuera ad iustum pertinet q̄ sit diligens ⁊ seruitialis. deo. sibi ⁊ proximo. Deo dico. Roma.vij. igitur ego ipse mente seruio legi dei. iuxta illud Deutro.v. Custodite ⁊ facite que precepit vobis dñs. Sibi etiam. prima Cor.viij. Ego igitur sic curro ⁊c. Sequitur. Et castigo corpus meum ⁊ in seruitutem redigo ¶Proximo insuper. Romanos.xv. Nūc igitur proficiscit hierusalem ministrare sanctis. ¶Itez isti habēt vnū igitur subiacentie ⁊ dejectionis seu humiliationis. prima ¶Petri.v. Humiliamini igit sub potenti manu dei vt vos exaltet ⁊c. ¶Item isti habēt vnū igitur cōfidentie seu spei ⁊ deuotionis. Quia scz isti in deo ⁊ celestibus spem ⁊ deuotionē reponūt. Unde sc̄da Cor.ij. Habentes igit talem spem multa fiducia vtimur. ¶Item isti habent vnū igitur reuerētie ⁊ orationis. prima Thymoth.ij.ca. Obsecro igit primum oīmū fieri obsecrationes orationes. postulationes. gratiarūactiones pro oīmbus hominibus: pro regibus ⁊ omnibus q̄ in sublimitate sunt constituti. vt tranquillam vitam agamus in oīm pietate ⁊ castitate. ¶Item isti habent vnū igitur prouidentie seu beneficentie ⁊ subuentionis quia scilz isti subueniunt ⁊ prouident indigentibus iuxta posse ⁊ ad hoc tendit totum suū igitur. i. sua conclusio ⁊ intētio vniuersa Unde indigens amicus loquitur tali igitur primo Regum.xxj. Nunc igitur siquid habes ad manū vel quinqz panes da mihi Et primi Regum.xxv. Festinauit igit abigail ⁊ tulit ducentos panes. s. ad David in desertum. ¶Item isti habent vnum igitur tristitie ⁊ turbationis. Quia scilicet iusti invita ista semper sunt in tristitia ⁊ tremore Joānis.xvj. Et vos igitur nunc tristitiam quidem habetis. iterum autem videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrum. ¶Itez isti habēt vnum igitur elementie ⁊ compassionis. quia scilicet clementer ⁊ flebiliter solent compati desolatis. Unde amicis susanne casui suo compatientibus dicitur Danielis.xiij. Flebant igitur sui ⁊ omnes qui nouerant eam. ¶Item isti habent vnum igitur eloquentie ⁊ predicationis quia scilicet isti solent instruere ⁊

Universidad de Deusto
Biblio

docere. Act. viij. igitur qui dispersi erant pertransibāt euangelizantes regnum dei vt quilibet tali dicatur illud. ij. Regum. xxix. Nunc igitur surge ⁊ procede ⁊ alloquens satis fac seruis tuis. ¶Item isti habent vnum igitur temperantie ⁊ moderationis: seu expectationis ⁊ perdurationis quod maxime debet esse quando prouectores loquentur Unde dicit Job. xxij. Igitur Heliu expectauit Job loquentē. ¶Item isti habent vnum igitur continentie ⁊ emundatiōis. Unde secunde Corinth. vij. Has igitur promissiones habentes charissimi mūdemus nos ab omni inquinatione. ¶Item isti habent vnum igitur apparentie et conuersationis. Unde Ruth. iij. Lauare igitur ⁊ vngere ⁊ induere cultioribus vestimentis. ¶Item ipsi habent vnum igitur diligentie ⁊ inquisitionis. Act. j. Igitur qui conuenerant interrogabant iesuz dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnū israel ¶Item isti habent vnum igitur eminentie ⁊ contēplationis quia scilicet mens talium semper est eminens ⁊ elevata. scz celestia appetendo ⁊ contemplando Juxta illud prime Corinth. xv. c. Igitur sicut portauimus imaginem terreni portemus imaginem celestis. Unde Colocenses. iij. Igitur si consurrexistis cum christo: que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite ⁊ que super terram. Exemplo illius qui dicebat Daniel. iij. Igitur post finem dierum ego nabuchodonosor oculos meos ad celum leuaui. ¶Item isti habent vnuz igitur vigilantie ⁊ meditatiōis. quia scz isti in omnibus operibus suis sunt circumspecti ⁊ astuti Unde. j. Thessal. v. Igitur non dormiamus sicut ⁊ ceteri. sed vigilemus ⁊ sobrij simus. ¶Item isti habent vnum igitur amicicie ⁊ federationis. Non enim diligunt guerram sed pacem habere cum omnibus Job. xxij. Acquiesce igitur ei ⁊ habeto pacem ⁊ per hoc habebis fructus optimos. Et Romanos. v. Justificati igitur ex fide pacem habeamus. ¶Item isti habēt vnū igitur patientie ⁊ tolerationis Jacobi. v. Patientes igitur estote fratres vsqz ad aduentum domini nostri iesu christi. Et Paulus dicebat secunde Chorinthios. xij. capitu. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib⁹ meis vt in habitet in me virtus christi. quasi diceret. Non solum patiens ero immo etiam gloriabor. ¶Item isti finaliter habebunt vnum igitur affluentie ⁊ delectationis. videlicet in patria vbi abūdabunt ⁊ affluent cunctis bonis in gloria paradisi. Romanos. xv. Habeo igitur gloriam in christo iesu ad deum. ¶Item isti habebunt vnum igitur excellētie ⁊ dominationis. quoniam scz in honore perpetuo sublimabuntur. ita ꝙ deus cuilibet beato dicet illud Hester. xv. Accede igitur ⁊ tange sceptrum. Sceptrū enim honorem ⁊ dignitatem designat. prime Petri. ij. Vobis igitur honor credentibus. ¶Item isti habent vnum igitur complacentie ⁊ consolationis. qō scilicet fiet inter eos inuicem quando cogitabunt de securitate salutis dicendo illud quod scribitur Romanos. v. Igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Sic igit patet ꝙ est vnum igitur quod spectat ad iustitie sectatorē.

D ¶Sexto vero dico. ꝙ est vnum igitur quod spectat ad nequitie professorem. scilicet ad peccatorem. Peccator enim potest dici igitur Quia scilicet sicut igitur de sui natura significat Immutabilem conclusionem Detestabilem elationem Perturbabilem rebellionem Sic peccator. Est enim immutabilis conclusionis. quia procerto sicut igitur est vnum aduerbiū conclusiuum. ⁊ vna dictio que videtur ponere ⁊ imponere finem verbis Sic peccator ita est fatuus ⁊ obstinatus: ⁊ ita in malo proposito confirmatus ꝙ quicquid dicit ⁊ facit vult immobiliter stare: ⁊ nihil de malis operibus immutare. Est detestabilis elationis Quia sicut igitur est vna dictio que scribitur aliquando tali modo in orthographia ꝙ vnum i que est litera valdē parua ponitur super vnum g que est litera grossa ⁊ magna hoc modo g. Sic sepe fit ꝙ peccator paruus ⁊ iuuenis insufficiens ⁊ ineptus preest ⁊ preficitur grosse litere idest alicui statui magno et solenni. vel ꝙ alicui magno viro per superbiaz ⁊ elationem se preficit ⁊ preponit. Est etiam perturbabilis rebellionis. Quia sicut igitur semper habet vim redargutionis ⁊ argumentationis. Sic vere peccator semper vult rebellando ⁊ contradicendo redarguere ⁊ omnib⁹ que dicuntur ꝓꝑ benedicta fuerint obuiare. Et breuiter de igitur. id est de peccatore possumus notare ꝙ iste conclusiue ⁊ obstinate.

Carnaliter fedatur.	Fedatur dico carnaliter
Aldēdaciter effatur.	quia scilicet tales vt cōmuniter sunt luxuriosi.
Crudeliter predatur.	
Finaliter damnatur.	Unde de immunda persona cum suo igitur id est cum sua obstinata intentione dicitur Ezechielis. xxiij. Fornicata est igit oolla ⁊ insaniuit in amatores suos. Effatur etiam mendaciter quia scilicet tales sunt vt communiter mendaces atqz verbosi. Unde secūdi Paralip. xviij. Hūc igitur dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum. Predatur insuper crudeliter qz scilicet tales vt communiter sunt rapaces ⁊ sedicios. Sicut de rege Anthiocho legitur secūdi Machabeorum. v. Igitur antiochus mille octingentis ablatis de templo talentis velociter anthiochiam regressus est existimās se posse superbia terram ad nauigandum pelagus vero ad iter agendum dedecturum. Antiochus interpretatur pauper silens quia scilicet raptores vt communiter semper sunt pauperes. licet hoc taceant ⁊ sileant. Prouerbiorum. xj. Alij rapiunt non sua ⁊ semper in egestate sunt. Damnatur enim talis igitur finaliter ⁊ perhenniter Quia scilicet tales finaliter mortis ⁊ damnationis erunt capaces et obnoxij Unde Prouer. j. dicitur sic. Comedunt igitur fructus vie sue ⁊ concilijs suis saturabuntur. Et Hiere. v. Quid igitur fiet in nouissimo eius? Vide supra in primo. H. eodem titulo Patet igitur quomodo igitur in malo sumitur ⁊ in bono Vide de ergo ⁊ similibus.

Ignis. A Nota ꝙ ignis multipliciter significat in scriptura. significat enim quēcunqz ardorem vel feruorem bonum vel malum vel quodcunqz feruens desiderium vel appetitum. Distinguamus igitur breuiter de igne quia est multiplex ignis scilicet ignis.

Luminosus.	Ignis luminosus est spūsactus.
Virtuosus.	Ignis virtuosus est amor inclit⁹
Vitiosus.	Ignis vitiosus est feruor vetitus.
Doloroſus.	Ignis doloroſus ē dolor insitus.

¶Primo igit dico. ꝙ est quidam ignis qui est luminosus Et iste est ignis spiritussancti qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundz sicut enim tempore noctis obscuro non habemus lumen nisi per ignem Sic in tenebrosa vita presenti nō possumus habere lumen quod nos dirigat nisi ignē sanctispūs habeamus. Iste est enim illa columna ignis que filios israel de nocte illuminabat quando de egypto ipsos dīs ducebat. Sicut dicitur Exodi. xiij. Unde in ps. Expandit nubem in protectionem eorum ⁊ ignem vt luceret eis per noctē Spiritus eīn sanctus

Est fortificatiuus. qz dicit columna.	Unde de eo
Est refrigeratiuus. qz dicit nubes.	dicitur Esa.
Est illuminatiuus. qz dicit ignis.	l. Ambulate in lumine ignis. Quare? Certe qz dicitur Esa. x. Erit lumē israel in igne. De isto igitur igne scilicet de spiritusancto non oportet amplius dicere. quia in primo membro distinctionis vltime inuenies satis plene. Iste est igitur ignis luminosus. ¶Secundo dico ꝙ est quidā ignis qui est virtuosus. Et iste est ignis dilectionis ⁊ amoris vel cuiuscunqz boni desiderij ⁊ feruoris. De isto igne loquit dominus Luc. xij. Ignez veni mittere

B

veni mittere in terraz. ⁊ quid volo nisi vt ardeat. Iste est ignis inflāmatiuus quo scilz viri sancti fuerunt accensi. ⁊ quo etiam totum mundum accenderunt et inflāmauerunt Sicut enim dicit Plinius. Est quidam mons in india vbi crescit piper. Ibi tamen est tanta serpentum copia quod nullus audet accedere. Incole igitur pipere maturo in estate ignem in siluam accēdunt ⁊ sic serpentes ignem metuentes fugiunt et incole piper accipiunt. quod postmodum ad nos mittunt. Sic vere charissimi: quia serpentes idest demones totā siluam huius mundi solebāt occupare ideo dominus ignez charitatis per incolas suos id est per apostolos in ista silua accendit ⁊ sic eos fugauit et expulit. Et piper quod custodiebant id est peccatores suos sibi retinebant. mediante isto incendio ad partem suam resumpsit. Unde Trenorum. iij. Succēdit dominus in spon ignem De isto enim igne possumus exponere illud. Luc. xxij. vbi dicitur. Mō accenso igne in medio atrij et circumsedentibus illis erat Petrus in medio illorū. In quibusverbis nota. qō sicut ignis habz virtutem inflammatiuam. virtutum indurativam. virtutem copulatiuam. Quia scilicet per ignez ligna inflammātur: per ignem mollia indurantur. sicut patet in vasis luteis. Per ignem metalla copulātur. Sic dico qō ignis charitatis habet inflammare cordium tepiditatem. Accenso inquit igne in medio atrij id est in corde. Roborare cordium debilitatem quod ostenditur in verbo Petrus. quia dicitur de petra: copulare cordium diuersitatem. quod ostenditur cū dicitur. In medio illorum. ¶Dico ergo ꝙ per charitatem corda tepentia inflammatur quia scilicet per charitatem in medio atrij. scilicz in corde quod est in medio hominis. accenditur ignis id est feruor affectionis ⁊ sanctorum desideriorum. Sicut enim ignis facit aquam feruescere. et sicut sursum facit flammaz ascendere et sicut cera et metalla solet liquefagere et dissoluere. Sic vere charitas corda liquefacit per deuotionem et compunctionem corda facit feruere per desiderium et affectionem. et ipsa sursum ascendere. scilicet ad deum per amorem et dilectionem. Iste est igitur ignis accensus in medio atrij. id est in corde quia sicut precepit dominus. Leuitici. vj. ca. Ignis in altari debebat semper ardere. Altare enim dei est cor quod per quatuor cardinales virtutes debz esse quadratuz. In quo scilicet ignis charitatis et spiritussancti nunqꝯ debet deficere vel cessare. Aduerte tamen ꝙ duo filij aaron qui super altare domini ignē alienum posuerunt: igne celesti perierunt. sicut dicitur. Leuitici. x. capitulo. Ad denotandum quod ille qui in altari cordis sui quod deo debet esse totaliter consecratum et dedicatum offerunt ignem alienum. idest ardorem et feruorem malorum desideriorum. scz ignem carnalitatis ignem cupiditatis ⁊c. a deo finaliter feruentur et igne perpetuo cremabuntur. Unde de talibus propzie posset dici illud. Ezechielis. xv. capitulo De igne egredientur et ignis consumet eos. Quia enim tales egrediuntur de igne charitatis ipsum derelinquendo. ideo ipsos consumit ignis perpetue aduersitatis penam eternam infligendo. In medio igitur atrij cordis debet accendi ignis Unde Ezechielis. x. cap. Sume ignem de medio rotarum. Et ibidem dicitur. Ingredere in medio rotarum. ⁊ imple manum tuaz prunis ignis. que sunt inter cherubin. Quatuor rote sunt quatuor cordis affectiones. sup quibus ⁊ super quas cor semper voluitur ⁊ mouetur. Media igitur istarum rotarum idest profunda cordis nostri ingrediamur per meditationem ⁊ de igne qui est inter cherubin id est de perfectione charitatis que est inter bonas personas et sanctos viros debemus implere manus nostras per ipsius actualem executionem. Accenso igitur igne in medio atrij. Accendamur igitur isto igne Sicut abeston lapis qui si semel accensus fuerit: nūqꝯ quocunqz vēto potest ampliuse extingui. Quia scilicet ignis charitatis nunqꝯ per tribulationem debet extinguit: sed potius augmentari. Unde Prouerbio. xxxj. capi. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Et illud Ezechielis. xv. capitu. Utranqz partem eius consumpsit ignis. Charitate igitur corda tepida inflammantur. ¶Deniqz dico: Quod per ignez charitatis corda debilia roborantur. Sicut enim vasa testea valde sunt mollia ⁊ debilia tandem vero cum igne cocta fuerint fiunt stabilia atqz dura sicut patz de lateribus. Sic vere cor ꝓtum est de se valde est debile atqz molleꝛ ad cadēdum in peccatū facile: ⁊ ad resistēdum fragile. Si vero ignis charitatis ipsum perfecte decoxerit tunc efficitur stabile atqz firmum ⁊ ad perseuerandum durabile seu durum Job. xl. Cor eius indurabitur quasi lapis. Unde Genesis. xi. Venite faciamus lateres ⁊ coquamus eos igni. habuerunt qz lateres pro saxis ⁊ bytumen pro cemento ⁊ dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatem ⁊ turrim cuius culmen pertingat ad celum. Quando enim lateres idest homines igne charitatis coquuntur: tunc saxei per firmitatem. bytumi nosi per concordiam et vnitatem efficiuntur et sic ciuitatem paradisi ibi edificant ⁊ turrim celestis celsitudinis sibi parant quod ostenditur cum dicitur: Petrus qui dicitur a petra. Quia scilz tales sic cocti: fortes et petrei efficiuntur. Unde Marci. xv. Petrus vero sedebat cum ministris ⁊ calefaciebat se ad ignem. Insuper dico quod per ignez charitatis corda contraria concordantur. quod ostenditur cum dicitur. In medio eorum. Sicut enim ignis habet diuersa corda conglutinare et inuicem vnire. sic charitas habet diuersa corda conglutinare et inuicem adunare. Interrogatus enim. Diogenes qui essent veri amici? Respondit. Quod illi qui in duobus corporibus habent animam vnam. quasi diceret Amor est tante potentie quod in diuersis personis vnam efficit voluntatem. Unde Bernard⁹ dicit. O felix amor ꝓdulciter capis ⁊c. Vide eam supra de charitate. In medio inquit eorum Charitas enim est sicut medium quod habet conjungere extrema. Unde de hoc potest propzie dici illud quod Daniel. iij. de tribus pueris dicitur. Quod ceciderunt in medio camini ignis colligati. Per istū igit ignē corda contraria cōcordantur Patet igitur quod ignis charitatis est inflammatiuus ⁊ elatiuus. Est induratiuus ⁊ roboratiuus. Est concordatiuus ⁊ cōglutinatiuus. Tali igitur igne fuerūt sancti inflammati figurati in filio hominis Apocal. j. Qui habet oculos quasi flamma ignis: et pedes eius similes auricalco ardenti. Et Ezechielis. viij. vbi dicitur. Et vidi. et ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum eius et deorsum ignis aspectu. Figurati etiam. Ezechielis. j. In illis sanctis animalibus quorum similitudo quasi aspectus carbonum ignis ardentium et quasi lampadarum quia scz charissimi: sancti viri quicquid habent debent totum habere igneum. Quia scilicet in omnibus actibus suis debet ignis charitatis relucere. Juxta illud Apostoli. j. Cor. xvj. Omnia opera vestra in charitate fiant. In oculis enim discretionis. In pedibus sue affectionis. In lumbis sue dilectionis. In aspectu sue benignitatis et compassionis. In omnibus dico istis debet ignis charitatiui amoris apparere. ⁊ bonus amor ⁊ feruor ⁊ bona intentio ⁊ affectio relucere. Et sic erunt illi ministri de quibus dicitur. Hebr. j. facit angelos suos spiritus et ministros suos flammā ignis. Et istam autoritatez vide prosecutā supra de angelis et ibi inuenies quomō vir perfectus ⁊ igni ⁊ angelis comparatur. Iste est ignis virtuosus qui scilz est charitas. Si vero vis hanc materiam magis prolōgare. adde qō dicit infra. in. H. Ad huc dico ꝙ est quidā ignis qui est ad virū iustum ⁊c.

¶Tertio dico qō est quidam ignis qui est vitiosus. ⁊ significat ardorem ⁊ tentationem peccatorum. Et iste D diuiditur in quatuor partes. sm quatuor ignis ꝓprietates. Quia scilicet ignis habet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sursum ascendere.
Cõpacta liquefacere.
Res diuctas affligere.
Res vicinas ꝓsumere.
Et ꝑm ista quatuor inue
nitur in scriptura
Ignis nubeus.
Ignis aqueus.
Ignis flãmeus.
Ignis terreus

Ignis nubeus est superior q̃ significat mentalẽ ambitionẽ. Ignis aqueus ẽ interior qui significat carnalem infectionez. Ignis flammeus est exterior q̃ significat iram cundie inflãmationẽ. Ignis terreꝰ est inferior qui significat auaricie consumptionez. Est igitur primus ignis et ardor ambitionis. Et iste est ignis nubeus. Isto enim igne inflammantur hodie nubes nostre. i. viri alti et in ꝓlationibus t officijs constituti. Iste est enim ignis superior sursum ascendens t mouẽs qz scilicz semper facit hominem superiora appetere t inferiorẽ statum cõtemnere: et de summis ad summiora velle si potest conscendere. Exẽplum in lucifero qui celuz magis superius appetebat dicens Esa. xiiij. Ascendã in celum super astra celi exaltabo solium meum t similis ero altissimo ꝛc. Iste est ignis nubeus et superior. De hoc. Ezech. j. Nubes magna t ignis involuens t splendor in circuitu. Tales enim nubes mãgne habent hodie ignez ambitionis qui dicit ignis involuens qz scilicz cuncta cupit involuere t suis commodis aggregare. Iste est igitur ignis nubeus t superior. ¶ Itẽ est ignis aqueus interior. Et iste est ignis luxurie quem aque scilz delitiarũ nõ possunt extinguere sed augere. Iste est enim ignis grecus qui aqua nõ extinguitur sed accẽto. Quia scz acetum. i. acredo penitentie ignem luxurie extinguit. Juxta illud. Eccli. iij. Ignem ardentem extinguit aqua. Aqua vero voluptatis et delitiarum ipm accẽdit. Ista enim aqua est sicut aqua ardẽs que fit devino quevidek habere naturã olei qz scz ignẽ non extinguit. sed accendit Unde Sap. xvi. In aqua que omnia extinguit. plus ignis valebat. t aqua extinguẽtis nature obliuiscebatur. In talẽ igit aquã nõ extinguentez sed inflammantẽ submergit hodie diabolus peccatores. Et ideo de filio qui erat obsessus a demone dicit. Marc. ix. Mõ diabolus frequẽter ipsum in aquam et in ignem misit vt eũ perderet. vtinam igit nos simus sicut ligna sethim que nec igne cremari nec aqua putrefieri valebãt vt sic nobis possit dicere dñs illõ. esa. xliij. Cũ transieris per aquas tecũ ero: t flumina non operient te. cũ ambulaueris per ignem non combureris: t flamma nõ ardebit te. Tecũ inquit ero qz scz bene est necessariũ qõ illi deũ per gram socium habeãt qui per aquas t flumina deliriarum habent transire. si volunt qõ ignis t flamma carnalis tẽtationis ipos vere nequeat vel cremare. Iste est igit ignis aqueus et interior. ¶ Item est ignis flammeus t exterior. Et iste est ignis seuicie crudelitatis t iracundie. inuidie pariter t discordie. Sicut enim dracones tante sunt calidatis q̃ flammam ab ore emittũt quibus aerem circumiacentem inflammant. Sic crudeles et iracundi ignem iracundie t crudelitatis semper spirant. quibus omnes alios inflammant cruciant et molestant. Exemplũ de antiocho. de quo dicit. ij. Machabeorũ. ix. Qui erat superbia repletus: ignem spirans animo in iudeos negocium accelerari iussit ꝛc. Ista patẽt de raptoribus. balliuis tyrannis. crudelibus t vindicatiuis. Figuratis in Nabuchodonosor. Daniel. iij. Qui omnes qui sibi obedire nolebant: in fornacem ignis mittebat. Figurati etiam in parabola de ramno Judicum. ix. Qui electus in regem arborum egressus est ignis ab eo qui deuorauit cedros lybani. qz scz crudeles t tyranni. iniqui t vindicatiui quando ad regnum seu aliquod aliud officium assumũtur omnes subditos et vicinos verbis minis exactionibus et iniurijs comburere t inflammare nituntur. Unde Jobelis. ij. Ante faciem eius ignis vorans. et post eum exurens flamma. De igne vero iracundie t inuidie proprie potest dici illud Ezechi. xxviij. Ignem ꝓducã de medio tui qui comedat te. Quia scilz iste ignis quandoviget in medio cordis humani. primo t principaliter suum vult t violat possessorem. Iste est ignis flameus et exterior. Iste est enim gladius igneus t versatilis qui prohibet introitũ paradisi. sicut dicitur Gen. iij. ¶ Item est ignis terreus et inferior. Et iste est ignis auaricie qui circa terram t terrena habet interius operari. In quibusdã enim montibus aluernie t ruthine: est ignis qui terram cõtinue cremat t vult ipsamq; vsq; ad magna interualla deuorat t consumit. Sunt enim in illis montibus lapides t mine combustibiles qui cõtinue comburũt ita quod de locis iam combustis etiaz carbones fabrorũ in magna copia extrahuntur. Sic vere charissimi: in mundi superbis diuitijs latitat hodie ignis auaricie qui terras circumiacentes idest possessiones vicinorũ suorum consumit. deuorat t ipsas annihilat et deuastat. Iste est ignis vsq; ad consummationem deuorãs. Job. xxxj. iste est ignis qui nũq; dicit sufficit ¶ Prouerbi. xxx. iste est ignis qui ꝑm quod plus de lignis apponit amplius exardescit. sicut dicitur. Eccli. xxviij. Quia scilz ignis auaricie per strue ligno rum idest diuitiarũ quando apponitur non minuitur sed augetur. Iste est igit ignis terreꝰ t inferior. Quia scilz per istum ignem et terre possessiones hominum ab auaris t impijs cõsumuntur. vnde Esa. xxxiij. Erit terra eius in picem ardentem. Et Soph. j. In igne zeli mei deuorabit ois terra. ¶ Patet igitur qõ est ignis Terreus Flammeus Aqueus t Nubeus. ¶ Quarto principaliter dico. qõ est quidam ignis qui est doloro sus Et iste est duplex. Unus est ignis ꝓsentis tribulationis qui est in patientia tolerandꝰ. Alius est ignis future damnationis qui est cum vigilantia formidãdus. Ignis doloros⁹ ꝓsentis tribulatiõis q̃ ꝙuis sit afflictiuus: est tamen purificatiuus Quia sicut ignis a metallis rubiginem tollit: t ipsa ad fabricam et ad figurationez disponit: ita quod ꝙdiu durat ignis possunt formari t figurari. statimvero cũ virtus ignis defecerit: figurari nequeũt vel malleari. Sic vere tribulatio tm̃ proficit hominibus q̃ ab ipsis rubiginẽ peccatorũ tollit. t ad obediendũ dispositiõi artificis dei vel ꝓlati ipsos disponit t in figuras t in formas variarum virtutũ ipsos occasionaliter mutari facit. Aurum enim in igne purgat t melioraf. Sic homo in tribulatione emẽdatur. Sic enim ꝺr Eccli. ij. In igne probatur aurũ t argẽtum. homines vero receptabiles in camino humiliationis. Et istud patet in multis qui dum sunt actualiter in igne tribulationis: fiunt malleabiles cõuertibiles t boni. Si vero ignis iste recesserit: tunc sicut prius indurãtur t obstinãtur t ad cõuersionem inhabiles efficiuntur. Sancti igitur talẽ ignẽ sustinuerũt. qui scz extinxerunt impetũ ignis: t fugauerunt aciem gladij. sicut dicit. Hebr. xj. Et inde probati t purgati fuerũt. Juxta illud ꝑs. Igne me examinasti t non est inuenta in me iniquitas. Sancti enim sunt sicut quoddã genus salis qõ est in sicilia quod in igne positũ ab igne non resilit sed ibi sicut aqua liquescit. Quia scilicet boni non refugiunt ignẽ tribulationis sed etiam resoluuntur per virtutem deuotionis t compassiõis ꝛc. Multa possent dici de isto igne sed in alijs titulis inuenies. Iste est igit ignis in patiẽtia tolerandus. Quod tamen non faciunt multi atq; stulti similes sali nostro seu etiam castanee non incise. Sal enim nostrum igni applicatum statim crepitat atq; stridet. Castanea vero in igne posita ab igne resilit et clamorem magnum facit. Sic vere multi sunt qui ab igne correctionis vel tribulationis refugiunt. et si eis a deo vel a maioribus tali igne castigari cõtigerit statim stridẽt murmurando t statim clamorez faciũt impatientiam ostendendo t statim fugiũt et resiliũt totum onus sibi impositum dimittendo ista patent in illis qui penitentias iniunctas facere nolunt vel in illis qui apostatant occasione correctiõis ꝛc. Sicut enim dicit Prouerbio. xv. Non amat pestilens eum qui se corripit. Sed procerto qz tales fugiunt ignez tẽporalis

ralis correctionis: ipsi finaliter ponentur in igne infernalis damnationis. Tales enim fugiunt arma ferrea t incidũt in arcũ ereum Job. xx. c. Decidit in scillam qui vult vitare caribdim. Et de hoc Ezech. xv. De igne egredient t ignis consumet eos. Iste est igitur ignis doloros⁹ ꝓsentis tribulationis q̃ est tolerandus. s. in patientia. Ignis vero doloros⁹ future damnationis est ignis formidandus. s. tribulatio infernalis Sicut enim ligna inutilia t arbores q̃ nec pedificijs nec ꝓ fructibus aliquid valent solent in ignẽ mitti Sic infructuosi peccatores q̃ paradisi edificijs nihil valent ignibus infernalibus cremabũtur Juxta sententiam saluatoris qui dicit Matthei. iij. Et luce. iij. Omnis arbor que nõ facit fructum bonũ: excidetur t in ignem mittet. Infernus enim est sicut quedam regio q̃ dicit Theozonia que perpetuo igne flammat vt dicit Gervasius in libro suo de mirabilibus mundi. Est aũt dicta regio in finibus ethyopie a partibus meridiei vbi ꝓ nimio solis ardore ocean⁹ dr feruere vt cacabus Sic ꝓculdubio in inferno est ignis t flãma perpetua. t feruor t ebulitio sempiterna. Ibi enim dyabolus facit feruescere quasi ollam ꝑfunditum maris: sicut dr Job. xlj. Ibi etiam sicut dr ibidẽ alitus diaboli prunas ardere facit qz scz ignis eorũ nõ extinguet t vermis eorũ non morietur Esa. vlti. t Marci. ix. ca. Ignis enim sulphur t spũs procellarũ pars calicis eorum ꝑs. In isto igit igne reponentur finaliter peccatores Unde Apocal. xxij. Qui adorauerit bestiam cruciabit igne t sulphure Et Apocalip. xix. dr. q̃ bestia t pseudo ꝓpheta missi sunt in stagnũ ignis t sulphuris Bestia enim significat demones pseudo ꝓpheta malos qui in iudicio pariter igne infernali cremabunt Ideo de dyabolo t collegio reproborũ dicit dñs Ezech. xxxviij. Ignem t sulphur pluã super eum t super exercitum eius. Ibi est igit ignis doloros⁹ future damnationis qui est formidandus ignis scz infernalis. De igne aũt purgatorij habil ad ꝓsens dico neqde igne cõflagrationis in iudicio timens ꝓlixitatem Unde de eis alibi Et sic igitur ꝑs quadruplex ignis. scz luminosus Virtuosus Vitiosus. t Doloros⁹. ¶ Sed si adhuc vis aliquid superaddere dic q̃ in scriptura reperitur sextuplex ignis scilicet ignis

Etherius. Primus erit spiritualis bonitas.
Pectoreus. Secundus erit mentalis charitas.
Fulgureus. Tertius erit ambiens vanitas.
Sulphureus. Quartus erit carnalis vilitas.
Cinereus. Quintus erit opum cupiditas.
Tartareus. Sextus erit pene crudelitas.

¶ Primo igit dico. q̃ in sacra pagina reperit ignis etherius. Et iste ꝓcerto significat diuini spiritus bonitatez. Ignis enim celestis luminis triplicis est virtutis. Hã sicut dicit Dyonisius de diuinis nominib⁹ Ignis hz virtutẽ cõmunicatiuã. Virtutẽ vinificatiuã virtutẽ purificatiuã. Ignis enim sese cõmunicat. qõ ꝑs. q̃ vna candela põt accendere mille sine sui detrimento. Ignis etiam cũcta vinificat. Nam ꝑm naturales: nihil potest viuere sine virtute ignei caloris t solaris Ignis insuper purificat: sicut patet ad sensum. q̃ sordes metallorũ purificant in igne. Et reuera charissimi: talis ignis est spũssanctus. Quia vere iste sese cõmunicat per liberalẽ compassionem. Mentes vinificat per cordialem dilectionẽ. Corda purificat per criminalem abstersionem Habet dico spũssanctus cõpassionem cõcatiuã. Unde iste est qui per septez dona non cessat quotidie se cõcare t distribuere. Ideo ꝺr a Dyonisio vbi supra. q̃ ignis per oĩa dare se venit. Unde de ista virtute cõcatiua dicit Gregorius. Mõ per septem gradus erit ascensus in ciuitatem celestẽ scz hierusalem. i. per spiritũ septiformẽ vt scz simus. Per timorem humiles. Per pietatez misericordes. Per scientiam discreti. Per fortitudinẽ liberi Per consilium cauti. Per intellectum prouidi. Per sapientiam maturi. Iste est igitur ignis compassionis communicatiue. ¶ Item spiritussanctus est ignis dilectionis vinificatiue. Sicut enim salamandra ex igne vivit t nascit. Allec ex aqua. Cameleon ex aere. Talpa de terra Quia scz ista quatuor viuũt ex istis quatuor elementis Sic vere charissimi: nos debemus viuere igne spiritussancti. scz charitatis Aere innocentie t puritatis. Aqua clementie t pietatis Terra patientie t firmitatis. Ideo de ista virtute vinificatiua dicit. Innocentius in sermone de spũsancto. Spũssanctus ad discipulos in igne mittitur. vt splendeant per sapientiam t calescant per charitatem Charitas enim informat vitam t sapientia informat doctrinaz ꝛc. ¶ Itẽ spũssanctus est ignis absterssionis purificatiue. Sicut enim ignis aufert immunditiã a metallis. Juxta illud Eccli. ij. In igne probak aurũ. Sic spũssanctus ab animalibus tollit maculas peccatorũ. Unde Innocẽtius ibidem Ignis per splendorem illustrat per calorem purificat. Spũssanctus illuminat mentem hominis per sapientiam purificat per charitatem. Igitur spũssanctus est ignis purificatiuus vinificatiuus cõmunicatiuus Cum enim ignis habeat duplicez qualitatem. scz calorem t ardorem iste tamen, quandoq; abinuicẽ separantur. Ignis enim est in empyreo cum splendore t sine ardore t in inferno cum ardore t sine splendore. in hoc mundo cũ splendore simul t ardore Iste ignis qui est in hoc mundo comparak spũsancto q̃ ardet t splendet. qz spũssanctus est splendẽs per veritatem t est ardens per charitatem. Ideo de isto ignẽ ꝺr Eccli. xxxix. Initiũ necessarie rei vite hominiz aqua ignis t ferrũ Aqua dico pietatis. Ignis charitatis. Ferrum firmitatis. ¶ Secundo dico. q̃ inuenitur ignis pectoreus. Et iste procerto designat perfectã animi charitatẽ Sed de isto plene dictuz est in isto eodem titulo supra. ¶ Tertio dico q̃ inuenik ignis fulgureus significans ardentis ambitus vanitatẽ. Quia scz fulgur de materia terrea fortiter ignita ẽ sursum ascendẽs: sed finaliter deorsum cadens. Sic ambitiosus igne t ardore diuinandi accẽsus. sursuz q̃diu viuit semp nitik ascendere. sed finaliter in morte compellik vsq; ad infernum descendere t transire. Unde Ezech. j. Ibec erat visio discurrens. splẽdor ignis t de igne fulgur egrediẽs. vbi aduerte. q̃ ambitio hz

Ardentis laborem. discurrẽs. Iste est igit ignis
Ardentis ardorem ignis. fulgure⁹. ¶ Quar
Ardentis furorem. fulgur. to dico. q̃ inuenik

ignis sulphureus significãs carnalis impetus vilitatem. Quia scz ignis sulphureus significat peccatum luxurie qõvalde fetet. in quo balneank luxuriosi. Unde istud peccatũ est illud stagnũ ignis sulphur is. iquo posita est bestia t pseudo ꝓpbete Apocal. xix. Unde in ꝑs. Ignis sulphur t spũs procellarũ pars calicis eorum Ubi aduerte. q̃ istud peccatũ vult affectionem ignis habet infectionem. sulphur. Infert damnationem spũs procellarum pars calicis eorũ. Ibi est igitur ignis sulphureus. ¶ Quinto dico q̃ inuenitur ignis cinereus significans auari animi prauitatez t ardorem auaricie q̃ sub cineribus. i. sub mundi diuitijs custodit. Diuitie enim sunt similes cineri iuniperi qui seruat ignem grecum inextinguibilẽ. Sic diuitie ignem auaritie non dimittũt extingui. immo semper augent ipm. Ibi est ignis qui nunq; dicit sufficit. Prouerb. xxx. Unde Job. xxxj. Ignis est vsq; ad q̃ditionẽ deuorans. Ibi est igit ignis cinereus. ¶ Sexto dico. q̃ inuenik ignis tartareus significãs tormenti pessimi grauitatem. Quia scz ignis iste est damnatio eterna qua inflamantur damnati similes illi lapidi qui ꝺr abesson. q̃ semel accensus nunq; amplius extinguitur Sic vere anima peccatrix igne infernali semel accensa nunq; amplius extinguik Unde Esa. vlt. Ignis eorum nõ extinguet t vermis eorum non morietur. Quod vtiq; ꝓiudiciũ erit non solum in anima immo etiam in corpore. Unde Esa. ij. Succedem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur vtrūq; simul ꝛ non erit q̄ extinguat. Sed de istis ignibus vide plenius in alijs precedētibus. De ethereo in.§.primo dico ꝙ est quidā ignis qui est luminosus. De pectoreo in.§.Secūdo dico ꝙ est quidā ignis qui est virtuosus De fulgureo sulphureo cinereo.p ordinez in.§.Tertio dico ꝙ est quidā ignis qui est vitiosus. De tartareo in.§.Quarto dico ꝙ est quidam ignis qui est doloꝛosus. ¶Nota si placet specialiter de igne spūssancti differere. expone istum versiculuz psalmiste. Expandit nubem in protectionez eoꝝ ꝛ ignem vt luceret eis per noctem. In ista eñ autoꝛitate patet. ꝙ sicut ignis habet virtutem

Sui diffusiuam.
Cito cōmotiuam.
Rerum seruatiuaz.
Foris ostensiuam.
Simul cōiunctiuaz.
Sordis cōsumptiuā.
Visus allectiuam.
Umbre sublatiuam.

Quia scz ignis sine sui diminutione se diffundit ꝛ cōmunicat expandit. Ignis eñ in quam agit cito mouet ꝛ viuificat: nubem. Ignis scz bene proportionatus res custodit ꝛ tutificat: in protectionez. Ignis res ostendit atq; demonstrat. eoꝝ in quit quod est pronomen relatiuū. Ignis res coniungit ꝛ consolidat. ꝛ cōiunctio copulatiua. Ignis feces consumit ꝛ res expurgat: ignē. Ignis visum reficit atq; delectat: luceret. Ignis vmbram tollit ꝛ aerem illuminat: per noctem Sic reuera dicamus ꝙ spiritus sanctus ad modum materialis ignis solet se vtiliter diffūdere quia deus ipm expandit. Solet mobiliter se infundere: quia vocatur nubes que semper est in motu. Solet viriliter nos defendere. quia datur in protectionem. facit vocaliter verū dicere. quia facit nos esse eoꝝ. i. pronomina relatiua. Solet similiter coꝛda iungere. quia dicitur. ꝛ que est coniunctio copulatiua. Solet totaliter culpas tergere. quia ꝺꝛ ignis. q̄ scz metalla purgat. Solet mentaliter letuz facere. qꝛ ꝺꝛ luceret. Et luce nihil consolabilius est oculis. Solet finaliter pandere quia ꝺꝛ illuminare per noctem.

¶Primo igitur dico ꝙ iste ignis scz spūssanctus solet vtiliter se diffundere. quia scz sicut ignis habet naturam suipsius diffusiuam ꝛ multiplicatiuā. quod patet extensiue. quia de vna candela possunt accendi mille ꝛ sine sui diminutione. Patet etiam intensiue qꝛ ignis multiplicat in infinituz si materia ministretur Sic spūssanctus per diuersas gratias i homines diffunditur. ꝛ sin ꝙ inuenerit coꝛdis materiam ignibilem ꝛ ad recipiendum influentiam ipsius preparatam cōtinue augmentat. Quod bene apparuit in apostolis Actuū. ij. Super quos spūssanctus in specie ignis descendit supra singulos eoꝝ sedit ꝛ donum vbi erant sedentes repleuit ꝛ varijs donis spiritualibus ipsos impleuit. seqz in eis diffudit ꝛ multiplicauit. Quia scilicet sicut ibidem dicitur. Repleti sunt oēs spūsancto ꝛ ceperūt loqui Et hoc ostenditur cum dicitur Expandit. quia scz deus pater istū ignem expandit diffudit. dilatauit ꝛ multiplicauit ꝙ diuersa carismata gratiarum Unde de spūsancto potest dici illud Esaie. vj. cap̄. Erit in ostensionem sicut terebintus ꝛ sicut quercus que expandit ramos suos De multiplicata autem magnitudine istius ignis dicitur Deuteroñ. iiij. De celo audire te fecit ꝺñs vocem suaz vt doceret te. ꝛ in terra ostendit tibi ignem suū maꝛimū. Solet igitur ignis iste vtiliter se diffundere Expandit inquit. ¶Secundo dico. ꝙ ipse solet mobiliter nos perfundere seu se infundere. Et hoc ostenditur cuz dicit. Nubes. Nubes eñ est quid valde mobile ꝛ suipsius ad diuersas partes aeris trāslatiuum. ꝛ sui etiam in formas varias conuersiuū terre etiam siccitatis irrigatiuū. ꝛ ardoꝛis solis refrigeratiuum. Ignis etiā valde mobile quid esse dinoscitur. quia semper se agitat ꝛ mouetur Et illam in quam agit materiam mouere ꝛ agitare dinoscitur ꝛ probatur Sic vere spūssanctus mobilis est: vbi vult se diffundit. vnum dimittit alterū tangit. Jurta illud Joānis. iij. Spūs vbi vult spirat. Sicut patet. Quia da-

nid suscepit ꝛ saul dimisit. Paulum intrauit. Judaz contempsit. gentiles cōuertit. iudeos excecauit. Unde Sapientie. vij. dicitur ꝙ iste est spūs intelligentie vnicus multiplex. subtilis. mobilis incoinquinatus certus. suauis ꝛc. Mobilis etiam dicitur pro eo ꝙ illos quos inhabitat: ad bonum mobiles diligentes ꝛ agiles facere comprobatur Nescit eñ tarda molimina spūssancti gr̄a. sicut dicit Ambroſius in quadam omelia. Et breuiter iste est qui terram coꝛdis humani solet donis ꝛ gratijs irrigare. ardoꝛem tribulationū ꝛ tentationū temperare ꝛ totum subiectum qō inhabitat bonis operibus fecundare. Nubem inquit. Unde Ezechiel'. j. Nubes magna ꝛ ignis involuens splendoꝛ in circuitu. Quia sicut dicitur in Psal'. Trāsiuimus per ignem ꝛ aquam ꝛ eduxisti nos in refrigerium Compara si vis istum ignem illi: de quo dicit Plinius ꝙ bitumen quod dicitur naphata. quod alio nomine vocatur oleum de bacuth. talis est natura ꝙ ignem vbicunq; visum rapit. De longe eñ solet ignis prosilire ꝛ accendi in re que tali bytumine fuerit inuncta Unde luminaria inuncta tali bytumine per se vident accendi acsi vna candela etiam a longe ostendatur eidem Est eñ istud bytumen cognatum ignib⁹ sicut ait. Tale bytumen est gratia diuina. Jsta eñ cognata est igni spūssancti. Quia reuera vbicūq; fuerit statim ignis iste spūssanctus rapitur. ꝛ coꝛ illud per sancta desideria inflammat. ps. Accendatur velut ignis zelus tuus Solet igitur iste ignis mobiliter se infundere. Nubem inquit. ¶Tertio dico. ꝙ solet viriliter nos defendere. In protectionem inquit Nonne gladius igneus ꝛ versatilis datus est angelo ad defendendū ꝛ custodiendum paradisum ꝛ viam etiam vite ꝛ ligni vite. Iste est spūs qui scz ꝛ ignis et gladius potest dici. quia scz ab inimicis nostris nos protegit ꝛ defendit Unde zacha. ij. Ego ero murus ignis in circuitu hierusalem: ꝛ in gloria ero in medio eius Unde iste est qui dicit Gen̄. xv. Noli timere abraham ego protector tuus sum. Sequitur. Apparuit clibanus fumans ꝛ lampas ignis. ¶Quarto dico. ꝙ iste ignis facit vocaliter vera dicere. ꝛ hoc ostenditur cum dicit. Eoꝝ quia istud est pronomē relatiuū. quia scz sicut ignis non est sine vocali sonoꝛ strepitu. sicut dicitur Exod̄. xix. Mō clangoꝛ buccinevehementius perstrepebat totusq; mons synai fumigabat eo ꝙ descendisset ꝺñs super israelem in igne Sic dico ꝙ istum ignem semper concomitat sonitus laudis dei Quia procerto quādo super aliquos venerit: facit eos in dei laudem per predicationem proꝝmpere. facit eos relatiua inquantum facit eos verba predicere ꝛ referre Eoꝝ inquit. Unde Actuū. ij. dicitur ꝙ apparuerunt. s. apostolis dispartite lingue sicut ignis: sediteq; super singulos eoꝝ: ꝛ repleti sunt oēs spiritusancto: ꝛ ceperunt loqui varijs linguis prout spūssanctus dabat eloqui illis facit igitur vocaliter vera dicere. Eoꝝ inquit. Esa. lxvj. Ignis eo rū non extinguetur. figura de illo filio hominis Apoc̄al'. j. Cui habebat oculos sicut scintilla ignis ꝛ voꝛ eius erat tanq̄ voꝛ aquarum multarum. Quicunq; enim istum ignem habuerit: predicando ꝛ laudando vocem suam faciliter exaltabit. Jhiere. v. Ecce dedi verba mea in oꝛe tuo in ignem. facit igitur vocaliter vera dicere Eoꝝ inquit. ¶Quinto vero dico. quod iste ignis solet simul coꝛda iungere. Sicut enim ignis habet virtutem consolidatiuam ꝛ coniunctiuam. ꝛ duoꝝm metalloꝝm in vnum effectiuā Sic spiritussanctus quando est in coꝛdibus hominum: ipsos ad vnitatem ꝛ concoꝛdiam reuocat: ꝛ per pacis ꝛ charitatis vinculum eos ligat. Et hoc est qō ostenditur cū dicit et: que est coniunctio copulatiua Quia scz ignis spiritussancti solet diuersa inuicē cōcoꝛdare Et inquit Joelis. ij. Sup seruos meos ꝛ ancillas meas effundam spiritū meū: ꝛ dabo prodigia in celo et in terra sanguinem et ignē ꝛ vaporē fumi. ad

uerte tamen. qō per ignem nō consolidātur aut vniūtur nisi aliqua pinguedine mediante. Sicut patet qñ aliquod metallū deaurat. ꝛ quādo aurū alteri copulatur quod nō vniūtur sibijnuicem: nisi aliqua terra pingui interueniente. Sicut etiam patz quādo ferrū cū ferro iungitur qꝛ semper lutū vel terra pinguis interuenire ꝛ apponi probat quo scz mediāte vnū efficiuntur. Sicvere dicam. qō mediante igne spūssancti nunq̄ possunt diuersa coꝛda ligari. velvnū per caritatem fieri: nisi terra et lutū. i. cōsideratio nostre terree mortalitatis iteruenial aut nisi pinguedo diuine gratie intercedat. Unde de tali terra ꝛ de tali igne potest dici illud Luce. xij. Ignem veni mittere in terram. et quid volo nisi vt ardeat. Reuera qñ cum igne. i. cum spiritussancti gratia terra. i. nostre terreitatis consideratio iungitur. necesse est qō per caritatem et coꝛdiam accendatur. Esaie. l. Succendetur vtrūq; simul et non erit qui extinguat. Solet igit ignis iste simul coꝛda iungere. ¶Sexto dico. scilicz qō iste ignis solet totaliter culpas tergere. Ignē inquit. Ignis eñ habet virtutem abstersiuā. purgatiuā et mundificatiuam. Patet in metallis sophisticatis. sicut est argentum vel aurū cum plumbo vel cupꝛo mixtū. Quia si in igne ponūtur: vtute ignis totū illud mutile quod superadditum fuerat consumit ꝛ vera auri substātia purgata remanere probatur. Sic vere dicam de spūsancto Quia procerto qñ in coꝛ humanū diffunditur omnē peccati maculam et omnē mixtionē malorum desideriorū vel labē quamcūq; superfluam vitiozum erinde tollere adnihilare et consumere noscitur. ita quod homo mūdus et purus sanctus et impollutus efficitur dum purgatur Deutero. iiij. Deus tuus ignis consumens est. Teste enim Plinio. Fulgur qñ percutit animal venenosum: omne venenū in ipso consumere consueuit. Sic spiritussanctus quando insufflat in hominē peccatoꝛē omne peccatū seu omne peccati venenū consumit ꝛ destruit in eodē. Sicut apparuit in paulo ꝛ similibus. Unde illud Sap. xvj. In aqua que omnia extinguit: plus ignis valebat. Bene igitur dicitur de talibus sic purgatis illud Eccl'. ij. Jn igne probatur aurū ꝛc. Quia sicut dicit Esaie. xl. Succensa est quasi ignis impietas. Solet igitur totaliter culpas tergere. Ignis inquit. ¶Septimo dico. qō iste ignis solet mentaliter letum facere quod ostēditur qñ comparatur luci: vt luceret inquit eis. Nihil eñ consolabilius luce. Quia sicut dicit Eccl'. xj. Dulce lumē delectabile est oculis videre solē. De spiritu vero sancto dicitur Johā. xiij. Quod paracletus. i. consolatoꝛ per ipsuz dominū appellat. Bene igitur dicit Esa. x. Erit lumen israel in igne. vt luceret inquit. prouer. xv. Lux oculoꝝ letificat animā. Solet igitur ignis iste mentaliter letuz facere. ¶Octauo dico. qō ignis iste solet totaliter vmbram tollere. i. vmbrā ignoꝛātie vel erroris. Quod ostendit cū dicit. Per noctez. Quia scz iste est qui mentē per inspirationē et reuelationē illuminat et omnē noctez erroꝛis inde fugat. ps. Eduxit eos in nube diei. ꝛ tota nocte in illuminatione ignis. ptz igitur quomodo iste ignis Erroꝛes tollit. Letū facit: Culpas euellit Simul coniungit. Vera proponit. Tu te defendit Cito operatur et agit. Et vtiliter se communicat et diffundit. Et sic bene dico. ꝙ deus expandit nubem in protectionē coꝝ. ꝛ ignem vt luceret eis per noctem. Jste est igitur quidā ignis qui est de spūsancto specialiter exp̄situs. ¶Adhuc dico. ꝙ est quidam ignis qui est advirū iustuz et etiam ad caritatis et dilectionis affectū referendus. Dicamus ergo aliquid de viro iusto prelato vel quolibet sancto viro. de angelo de xp̄o. ¶Primo de viro iusto prelato vel sancto dico ꝙ est ignis. Quia ignis est.

Sui purgatiuus.
Sui diffusiuus.
Sui occultatiuus.
Sui augmētatiuus.

Sui dico purgatiu⁹. Ignis eñ est elementū purissimū nō recipit eñ aliquaz virtutez. quia scilicet quicquid ei accidit cōsumit. Et sic in puritate sua necessario sistit

¶Item ignis est elementū cōmunicatissimū. qꝛ scilz in omnia se diffundit: et virtutē suam cunctis distribuit et effundit. Et inde est qō omne coꝛpus penetrat ꝛ intime cū coꝛpoꝛe se cōiungit. ¶Itē ignis est elemētuz occultissimū. Qui scz ignis de sui natura est inuisibilis: nec ab oculo coꝛporali videt. nisi qñ alicui materie terrestri vel aeree incoꝛporatur. ¶Item ignis est elemētum infinitū seu maximū. Quia scz ignis si applicetur materia in quā agit in infinitū solz crescere. ꝛ se continue augmētare. Sicut hec oīa patent per sanctū Dyonisiū. c. vij. de angelica ierarchia. Sic ꝛ dico. qō vir iustus habet puritatē immaculabilem. Nihil enim immūdum recipit qꝛ quicquid male suggestionis vel cogitationis sibi adiungitur: illud statim consumere cōprobatur. Nullaz enim prauā imaginationem per dilectionē recipit: imo statim per firmitatem boni propositi illā annihilat et confundit. ꝛ sic purus et immaculatus persistit. Et sic dico qō iustus ꝺm ps. est sicut ignis qui comburit siluaz scilz cogitationuz. Et sicut flāma cōburens mōtes vanaruz. scz elationū. ¶Itē dico. ꝙ habet bonitatē cōcreabilē amicicie qꝛ scz neminē solet cōtēnere: sed cūctis benigniter se incoꝛporare ꝛ cōiungere ꝛ bñficia sua cōmunicare ꝛ diffundere. Actuū. ij. Ignis sedit super singulos eoꝝ. et repleti sunt oēs scz bñficijs huius ignis.

¶Itē dico. ꝙ iste ignis habet inuisibilitatē nō demōstrabilem. Quia scz iustus semper vult esse incognitus et ignotus ꝛ per iactantiā et ostētationē nunq̄ hominibus propalatus. Et nūq̄ nisi per adiunctionem terrestris materie ideſt nisi per incoꝛporationē alicuius actualis operis virtuosi fit libēter hoibus manifestus. Unde Seneca. Esto occultatoꝛ virtutū sicut alij vitiorum. vnde iste est ignis ille absconditus. de quo dicit. ij. Machab. j. Mō sacerdotes tunc dei cultoꝛes erant: acceptū ignem de altari occulte absconderūt. cuz in valle vbi erat puteus altus et siccus. Expone de iusto scz qui semper vult abscondi in puteo p fundo humilitatis ꝛ in siccitate abstinētie et paupertatis posuit. vj. Numd potest quis absconde re ignem in sinu suo. ps. Considerabā ad ꝺexteram ꝛ videbā ꝛ non erat qui cognosceret me. ¶Itez habet quantitatē supercrescibilem qꝛ. s. iustus nō cessat ꝺ diu viuit virtutib⁹ crescere ꝛ si ligna. i. occasiones ꝛ bñ operādi materia eidez apponit se semp solet in melius augmentare Eccl'. xj. A scintilla vna auget ignis. Et Eccl'. xxviij. Secūdum ligna silue ignis ardebit. Breuiter igitur dico. qō vir iustus ignis dicitur ꝛ igni merito comparatur Usi de helya propheta dicitur. Eccl'. xlviij. Surrexit helyas pphēta q̄si ignis. Ubi aduerte. ꝙ sicut ignis.

Superius gaudet.
Jnterius ardet.
Exterius splendet.
Asperius mordet.

Sic vere iustus gaudet superius deitatis celo. Surrexit. Ardet interius caritatis zelo. helyas. Splēdet exterius decētie velo. propheta. Mordet asperius iusticie telo. Quasi ignis. ¶Primo igitur dico. qō spiritualis ꝛ moralis ignis. scilicet homo iustus. et maxime bonus ecclesiasticus vel prelatus superius gaudet contemplando celum. Surrexit inquit. Quia reuera sicut ignis habet regionem suam superi⁹. ita qō inferius nunq̄ detinetur nisi quando terrestri materie incoꝛporatur. et tunc continue sursum tendit ꝛ vt sursum euadat ꝛ erumpant continue agitatur. Sic vere iusti superius per contēplationē habitant: et celuz visitant ꝛ frequentant dicētes scz illud Phyl'. iij. Cōuersatio nostra in celis est. quinimo si necessitate alicuius negocij in terra. i. in terrenis occupationib⁹ detinentur. nunq̄ ibi mente quiescere cōprobātur. imo semp tentant ꝛ conant inferioꝛa dimitteret superius agitantur. sursumq; p desideriū circūeunt et mouent dicētes. scz illud. Mō habemus hic manentē ciuitatē: sz futurā inq̄rim⁹. Hebꝛ. xiij. iuxta illud. Col'. iij. Que sursum sunt q̄rite vbi xp̄s. ꝛc. Surrexit inquit Josue

Universidad de Deusto
Biblioteca

vij. Surge cur iaces ꝓnus in terra. Ūñ de talis ignis motu et ascensu dicitur Judic. vj. Ascēdit ignis de petra et carnes azimosq; panes consumpsit Expone igitur dico q; talis spiritualis ignis superius gaudet cō templando celum Surrexit inquit. ¶ Secundo dico quod iustus interius ardet demonstrando zelum. Et hoc ostenditur cum dicitur. Helyas qui scz inter ceteros sanctos plus inuenitur zelasse pro fide et veritate sicut ipse dicit. iij. Regū. xix. Zelo zelatus sum pro domino exercituum ꝛc. Et iste zelus satis apparuit qñ ignem super quinquagenarios descendere iussit. iiij. Regū. j. Et quando prophetas baalim interfecit. ij. Regū. xviij. Sicut enim ignis ex natura propterea fert et ardet. Sic iustus pro fide et veritate zelat. ps. Ascendetur velut ignis zelus tuus. j. Machab. ij. Helyas cum zelat zelum legis receptus est in celū. qō scz factum fuit in curru igneo. sicut dicitur. iiij. Regū. ij. Igitur iustus ad modū ignis interius ardet demonstrando zelum. Helyas inquit. Ignis enim zeli et profundi amoris est ille ignis qui in stupis contineri nō potest quin appareat. Unde Hieremias de sermone domini ad se facto dicit sic. hiere. xx. Dixi nō recordabor domini neq; loquar in nomine illius. Sequitur. Et factus est in corde meo quasi ignis exestuans clausus q; in ossibus meis ꝛ defeci ferre nō sustinēs. Ignis igitur iste interius ardet demonstrando zelum. Helyas inquit. ¶ Tertio dico. qō iustus exterius splendet illustrando velū. i. exteriorē habitū. Quia scilicet sicut ignis habet innatū splendorē ānexum essentie sue per quem nō soluz in se splendet et rutilat: immo etiam alia illustrat et illuminat. Sic vere iustus habet annexum duplicem spiritualem splendorē. s. vnū interius qui est splendor veritatis fidei. et sapientie. De quo illud Esaie. iij. Creauit dominus super oēm locum montis syon splendorem ignis flammātis in nocte. Et alium exterius: et iste est splendor honestatis et decentie seu bone apperentie. De quo Esaie. x. Erit lumē israel in igne. Igitur talis ignis scz homo iustus ꝛ in se lucet et alios illuminat. Quia scilicz in se lucet interius per fidem sapientiam et veritatē exterius per decentiam et honestatez seu cōuersationis sanctitatem. Et alios illuminat q̄tum ad primū per sciētiam et doctrine vtilitatem et subtilitatē. Et q̄tū ad secundum per bonorū exemplorū regulā et puritatem. Unde de tali directiuo splendore dicitur Ezech. j. Quod illa sancta animalia viros iustos significantia erant splendentia et ignea. Unde ibidem dicitur sic. Hec erat visio discurrens in medio animaliū splēdor ignis: et de igne fulgur egrediens. Fulgur dico. s. bonorū exemplorū. Igitur iustus exterius splēdet auferendo velum. s. caliginis et errorꝭ: seu illustrando velum. i. habitū honestatis. Et hoc ostēditur cum dr propheta. Quia scilicet propheta et interius splēdet per diuinas reuelationes. et exterius fulget per conuersationes directiuas et exemplares sanctitatis cōditiones. ita vt sibi ab aliis possit dici illud Johānis iij. Domine vt video quia propheta es tu. et Matth. xj. Quid existis videre prophetam inquit quasi dicat Tales propter suam exemplarē vitam digni sunt ab omnibus inspici et videri. Ignis igitur. i. iustus exterius splendet auferendo velum. Propheta inquit.

¶ Quarto vero dico. qō iustus asperius mordet infigendo telū. Et hoc ostēditur cuz dicitur. Quasi ignis De natura enim ignis est nō solum qō splendeat: immo etiā quod ledat affligat atq; mordeat. Unde etiā apes habent telum quod ignee fertur esse virtutis quia scilicet dolorem et adustionē inducit. Ignis em̄ et quelibet res ignea vel ignita: habet ledere et affligere: purgare et abstergere: attenuare et consumere. Sic vere dico qō iustus et maxime inder vel prelatus debet habere exemplo apum telū igneū. i. rigorem et seueritatem iusticie q; scz et verbo corrigendo: ꝛ operei punendo: et vultu seueritatē ꝓtendendo: debz esse igneus: vt scz possit malos corrigere abstergere ꝛ purgare. ꝛ si forte noluerint. possint eos consumere vel delere. Malach. iij. Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum. et sedebit conflans et emundans argentum et purgabit filios leui et colabit eos quasi aurum et quasi argentum et erunt offerentes domino sacrificia in iusticia. Et breuiter de talibus dicitur. zacha. xij. In die illa ponam duces iuda sicut caminū ignis in lignis: et sicut faciem ignis in feno. Aduerte tamen qō ignis in metallis nobilibus nō cōsumit substantiam: sed accidens et feculētiam intermixtam: sicut est argentū et aurū. Ad denotanduz qō intentio boni iudicis et iusti prelati debet esse ad exterminandum vitia et nō naturam: et ad purgandum et purificandū hominē non damnādum. Similes illi igni vbi fuerūt positi Sydrach. Misach. et Abdenago. qui scilicet viros ipsos nō lesit aut cōturbauit: vincula tamē dirupit et eos liberauit. Ad denotāduz qō inder q̄uis igneus seu seuerus non debet ad consumptionē personarū intēdere: sed ad dissolutionē. et cōsumptionē vinculorū. i. culparū principaliter anbelare. Math. xij. Congregabit triticuz in horreū paleas autē comburet igni inextinguibili. Cuius tamē cōtrarium est in multis: qui scz nō curāt nisi quod possint emendas et munera reportare: de purgatiōe vero vel emendatione persone parum solent attēdere vel curare. Similes eudā speciei fulguris. i. celestis ignis de quo facit Plinius mentionē dicens. quod est spēs fulguris que dissolut aurū in saculis ipsis saculis et sigillis saculorū intactis Unū etiā cōsumit in dolio et gladiū in vagina. intactis ꝛ illesis dolio ꝛ vagina. Illud em̄ quod melius est accipit iste ignis: illud autem qō nihil valet non accipit sed dimittit. Sic vere sunt multi qui in punitionibus et correctiōibus suis nō curant nec querunt nisi aurū a barbaris extorque re: vinū et arma et dia preciosa subripere. De saculis vero vagina et dolijs. i. de inutilibus ꝛ parū valentibus: immo etiam de culpis et vitijs delinquentiū nō curare: quinimo multi sunt qui magis amant seditiosos q̄ pacificos: eo qō ab ipsis solent vtilitatē ꝛ commoditatem ratiōe suorū criminum reportare Joelis j. Ignis consumpsit speciosa deserti. Non sic igitur: sz debite et cū intētione sincera ignis spūalis mordeat. Justicie velo splendeat. Caritatis zelo ardeat. Et minē ti celo gaudeat. Et sic bene dicetur. Surrexit helyas propheta quasi ignis. Iste est igitur ignis ad virū iustum referendus. Si vero velis ad angelos applicare ꝛipos igneos appellare dicq; sicut ignis iter elemēta

Sedet superius.	Sic dico q; angeli sunt in statu
Volat celerius.	superiores. Sunt in motu cele-
Splendet vberius.	riores Sūt in intellectu splēdi
Ardet feruentius.	diores. Sūt in affectu feruētio-
Agit potentius.	res. Sūt in effectu potētiores.

Ūñ igitur dr in ps. Mō deus facit angelos suos spūs et ministros suos ignez vrentē. Si vero ad ꝓm applicare velis: dic sicut supra de spūsancto: vel etiā hic de iusto ꝛc. Nota qō oia que de igne viri iusti moralisata sunt a. ℣. qui incipit. Adhuc dico qō est quidā ignis qui est ad virum iustū ꝛc. possunt applicari supra ad. ℣. vbi agitur de igne virtuoso.

Ignobilis.tas. Uidevbi nobilis seu nobilitas. ꝛc.

ꝓmi igif inhabitāt desertū pnie Esa. lxiij. Semen tuū gens hereditabit. ⁊ ciuitates desertas inhabitabit Et sunt verba ꝛpi ad ecclesiā qz. scz semē ecclesie. i. sancti viri potētias aīe sue q̄ qſi fuerūt gentes. i. sine lege viuentes. ⁊ deserte virtutibus ⁊ inculte diligēter desertū cōtritionis ⁊ pnie inhabitant ⁊ frequentant. ¶ Scdi inhabitant castrū cōfidentie. scz. in spe ⁊ auxilio ꝓtectionis. ⁊ adiutorij diuini. De quo in ps. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula ꝓtegar in velamēto alarū tuarum. ¶ Tertij vero inhabitant studiū sapiētie qz. scz procerto sicut dicit Sap. vij. Neminē diligit deus nisi eū qui cū sapiētia inhabitat. Taliter ergo debet iustus spūaliter inhabitare vt si militer a deo possit spūaliter inhabitari ⁊ p gratiā visitari. dicēs cū apło. ij. Cor. vj. Libēter gloriabor in infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in me virtus ꝛpi Qz ipse est qui dicit illud. ij. Cor. vj. Inhabitabo in illis ⁊ inambulabo ⁊ ero illoꝝ deus ⁊ ipsi erūt mihi ppls quā proculdubio inhabitationē procurat in nobis timor ⁊ amor. Juxta illud qō in ps. scribitur. ꝓpe ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentes cum salutare ipsius vt̄ inhabitet gloria in terra nostra. Ista est ergo inhabitatio iustorū moralis ⁊ interior. ¶ Deinde dico q̄ est inhabitatio iustorū realis ⁊ exterior. Et ista est illa qua iustus in christiana fide viuit ⁊ qua in ecclesia vel religione versat qđ ostenditur cū dicitur. Terrā que dicitur a terendo eo q̄ realiter teritur ⁊ calcatur p̄ quā intelligitur xp̄iana fides ⁊ religio vel ecclesia extra quam nullus sanctus inhabitat aut morat̄ur q̄ sicut dr̄ in p̄s. Iusti aūt hereditabunt terrā. ⁊ inhabitabunt in seculū seculi sup eā. Religio eīm xp̄iana est sicut tēplū qđ habebat in principio quandā latā inhabitationē ⁊ mansionē q̄ significabat ecclesiā. ⁊ statum hoīm secularium ⁊ laicor̄. ⁊ in ista est candelabrū luminis. ⁊ mēsa propositionis: ad denotandū q̄ seculares ad minus debent habere ista. s. lumen fidei ad se dirigendū. ⁊ mēsam pietatis ad pauperes sustinēdum. dicendo illis aliud. Edatis ⁊ bibatis sup mensam meaz Luc. xxij. Et ista prima pars vocabat sancta. q̄ scz seculares si volunt p̄ſt viuere sancte ⁊ iuste. Pars interior ⁊ secretior ⁊ alta in duplo minor ⁊ angustior vocabatur sancta sanctor̄ que. s. significabat statum spūalium ⁊ clericor̄. apud quos. scz debet esse archa federis. hoc est charitas ⁊ dilectio. Cherubim que interpretat plenitudo scientie. hoc est veritas ⁊ discretio. Tabule legis hoc est scriptura ⁊ sacra lectio. Manna dulcoris hoc est pietas ⁊ deuotio Virga moysi. hoc est severitas ⁊ correctio. Et sic ergo dico q̄ fideles p̄m diuersitatē statuū inhabitant diuersas ecclesie mansiones: q̄. s. extra ecclesie statū nulla est inhabitatio tuta. nulla est mālo vtilis aut secura Terra inquit vt sic dīs dicat ecclesie. illud Esaie. lxij. Cōplacuit domino in te. ⁊ terra tua inhabitabitur. Et aduerte q̄ ibi est inhabitandum. quia est.

Locus splēdoris ⁊ cognitionis. De cognitione splēdoris dr̄ in p̄s. Una petij a dño hanc req̄ram vt inhabitem in domo dñi oībus diebus vite mee. vt videā voluntatē dñi ⁊ visitem templū eius
Locus amoris ⁊ dilectionis.
Locus timoris ⁊ deuotionis.
Locus rigoris ⁊ correctionis.
Locus honoris ⁊ prelationis.

De dilectiōe amoris dr̄ in p̄s. q̄. s. deus inhabitare facit vnīs moris in domo De deuotionis timore dr̄ vel dici pōt illud Judith. ij. Cecidit timor ei⁹ sup omnes inhabitātes terrā. i. timor dei. De correctionis rigore dr̄. Apoca. xj. q̄ duo sancti prophete cruciauerūt eos q̄ inhabitabāt sup terrā. de prelationis vero honore dr̄ Eccl. xxxiij. Creator oīm dixit mihi. in iacob inhabita ⁊ in israel hereditare. ⁊ in electis meis mitte radices ¶ Ptz ergo q̄ est inhabitatio iustor̄ realis ⁊ exterior Terrā inq̄t

C ¶ Deniq̄ dico q̄ est inhabitatio iustor̄ finalis ⁊ superior. s. paradisus q̄ ostenditur cū dr̄ Et pasceris in delitijs eius. Ibi eīm aīa pascit pabulo xp̄i hūanitatis. ⁊ est in delitijs xp̄i diuinitatis Eccl. ij. Uadā ⁊ affluam delitijs ⁊ fruar bonis Et reuera ista est habitatio deliciosa. s. habitatio paradisi vbi. s. finaliter inhabitāt serui xp̄i p̄s. Et inhabitabunt ibi. ⁊ hereditate acquirent eā. ⁊ semen seruor̄ eius possidebit eā ⁊ qui diligunt nomē eius habitabunt in ea. Sic igit ptz quō inuenit triplex inhabitatio iustor̄. ¶ Scōo

D principaliter dico q̄ inuenit triplex inhabitatio malorum. Et ista procerto est.

Quedā interior q̄ est pphana. ¶ Prima est virtutib⁹ ordata. hoc est cor malorū ⁊ pscia q̄ vm p̄s. Ista est terra q̄ deberet esse fructifera que tñ versa est in salsuginē a malicia criminū inhabitantiū in ea. Scōa est laboribus turbata. ⁊ hec est mūdana vita ⁊ opulētia. De qua in p̄s. Cōmoueant oēs inhabitantes orbē. Tertia est doloribus ingrata ⁊ hec est infernalis pena ⁊ pestilentia. quia. s. sicut dr̄ Job. x. Illa est terra miserie ⁊ tenebrarum vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Et possum adhuc dicere q̄ iste tres inhabitationes p̄nt dici inhabitabiles. scz nō simpliciter. sed p̄m qđ q̄. scz sunt regiones q̄ sunt sub zona torrida q̄ sunt inhabitabiles rōne excessiue caliditatis. ⁊ rōne serpentū ⁊ monstror̄ ⁊ feralis crudelitatis regiones etiā q̄ sunt sub duobus vltimis polis que. s. appropinquant ad duos polos. s. arcticū septentrionalē ⁊ antarcticū meridionalē sunt inhabitabiles rōne frigiditatis Alie etiā sunt regiones inhabitabiles rōne obscuritatis. sicut est regio aptoforon. de qua dicit. Solin⁹ q̄ interne noctis mersa caligine nihil aliud de celo recipit q̄ hyemē sempiternā. Sic dico q̄ prefate regionis cordis iniqui mūdi ⁊ inferni inhabitabiles dicunt. nō habitatoribus careant cum in malo corde habitent pctā ⁊ cogitat⁹ mali. in mūdo habitēt pctōres ⁊ tyranni in infernovero demones ⁊ damnati sed q̄ nō inhabitant a bonis nec digne sunt seu tute vt inhabitari debeāt a perfectis. q̄. scz. In corde puerso abūdat frigus indeuotionis. In mūdo abundat ardor auaricie ⁊ ambitiōis. In inferno vero abūdat hyems ⁊ tenebre cecitatis ⁊ tribulationis. Et iō cor prauū est inhabitabile quo ad deū ⁊ virtutes quibus spoliatur Hiere. xlvj. Memphis in solitudine erit ⁊ deserek ⁊ inhabitabilis erit. mūdus est inhabitabilis quo ad iustos ⁊ deuotos quibus nō frequentatur Hie. xlviij. Florens egrediek ⁊ ciuitates ei⁹ deserte erunt ⁊ inhabitabiles. quo ad beatos a quibus nō visitat Hiere. lj. Euigilauit cōtra babyloné cogitatio dñi: vt ponat terrā ei⁹ desertā ⁊ inhabitabilem Sequik. Et erit babylon in tumulos. habitac. tio draconū. stupor ⁊ sibilus. Sic igit ptz de inhabitationibus bonis ⁊ malis hic nō allego exēpla q̄ supra tractaui magis plāe de habitare. Et viae in titulis aliis cōtinētib⁹ habitationē ⁊ locū sicut ē manere stare ⁊c.

Initium. Nota q̄ initiuz idē est qđ alicuius rei inceptio seu principium. Unde nota q̄ est. A

Initium temporis.
Initium corporis.
Initium operis.
Uel dic aliter q̄ est.
Initium rerum.
Initium morum.
Initium temporis.
Initium corporis.

Initiū rerū est deus. De quo Apoca. xxj. Ego sum alpha ⁊ o initiū ⁊ finis. Initiū morū est fides timor iustitia seu recta intētio. Unde Sap̄. j. initiū sapiētie timor dñi. Et Prouer. xvj. Initiū vite bone facere iustiā ⁊c. Initiū tēporis est iuuentus. De quo in p̄s: initio cognoui de testimonijs tuis. Initiū corporis sunt hoīes ⁊ elementa. De quo Sap̄. vij. Memo ex regib⁹ aliud habuit natiuitatis initiū. Qualitercūq̄ autē acciptak initiū. istud est certū q̄ ab initio dependent oīa initiata. q̄. scz a deo dependēt oīa creata. Ab intētione dependēt oīa opata. A iuuentute oīa vite ordinamēta. Et iō necesse est q̄ habeamus bona initiavt scz bona sequētia subuertank. Igit spūaliter loquēdo habeamus in oībus actibus nostris bona initia virtutū. Ex bonis enim p̄missis sequitur bona cōclusio. Et q̄ i initio vie sue deficit faciliter a rectitudine se diuertit modicus enim error in principio magnus erit in fine. Et ideo sicut bonū semen est initiū boni fructus. q̄. scz. sine bono semine p̄cedente. boni fructus nullatenus subsequuntur. Sic vere bona semina gratiarum ⁊ virtutū sunt initia bonor̄ fructuū et actuū. ⁊ vbi semina sicut q̄dā initia nō p̄mittuntur ibi fructus nullatenus subsequenk De bonis igitur initijs. mor̄ ⁊ virtutū pōt optime exponi illud Eccl. xxxix. initiū necessarie reuite hoīm aqua. ignis ⁊ ferrū. sal. lac. panis. mel. botrus vue: oleū ⁊ vestimentū. Ubi nota q̄ ad vitā morū necessaria sunt ista initia scz. Aq̄ cōpunctionis. Ignis dilectiōis. Ferrū correctionis

ctionis. Sal prudētie. Lac clementie. ¶ Panis. eucharistie. Mel deuotionis. Botrus seu vua patientie. Oleum compassionis. Uestimentum bone conuersationis. De his initijs potes aliqua tangere vel si vis dimitte. Et vide infra de principio: q̄ omitto gratia breuitatis.

Inimicus. Inimicicia. Nota q̄ inimicicia idē est q̄ cōtrarietas odiū. discordia. malivolētia rācor. Et notādū q̄ triplex generaliter inuenik inimicicia. s. dei diaboli ⁊ hoīs. ¶ Primo igit dico q̄ deo inimicak pctōribus. q̄. sicut dicit Isido. Ceru⁹ naturaliter inimicak serpentibus. ipsosq̄ de cauernis extrahit. eosdē deuorat ⁊ cōsumit. Sic p̄certo deo inimicatur pctōribus venenosis serpētibus. q̄. sicut dr̄ Eccl. xij. Altissim⁹ odio hz pctōres. ipsosq̄ de cauernis corporū suor̄ extrahit p̄ mortē. ⁊ ipsos deuorat p̄ dānationē. Un dñs dicit talibus Hiere. xxx. ¶ Plaga inimici p̄cussi te castigatione crudeli. Et sicut serpēs naturaliter incedit vel tortuosus vel erectus. Sic pctōres sūt tortuosi p̄ maliciā. erecti aūt p̄ superbiā. Un Treñ. j. Uide dñe afflictionē meā q̄m erect⁹ē inimic⁹. Uerū tñ sicut videm⁹ q̄ locusta sursū subito salit ⁊ erigit ⁊ subito adit ⁊ deprimit. Sic inimici pctōres facilik erigūtur cōtra deū p̄ superbiā robustinationē. ⁊ sup alios p̄ temporalē promotionē finaliter cadūt in infernū p̄ miseriā ⁊ dānationē. Un in p̄s. dr̄. Inimici vero dñi mor vt honorificati fuerint ⁊ exaltati deficiētes quēadmodū fumus deficiet. De⁹ igit inimicak pctōribus. Un Esaie. lxiij. Afflixerūt spūm sancti ei⁹ ⁊ cōuersus est eis in inimicū. ¶ Scōo dico q̄ diabolus inimicatur melioribus. Camelus eīm naturaliter inimicak equo sicut dicit Isido. Lupus etiā inimicak oui ⁊c. Sic p̄certo diabolus inimicak ⁊ p̄o viribus contrariatur hoī bonor̄ simplici. Un Matth. xiij. Diabolus a xp̄o vocak inimic⁹ q̄ scz cū tritico zizania seminauit. Inimicus inquit hoc fecit. Iste eīm basiliscus q̄ rex serpētū ab Isidoro vocak nature dicit inimicus. Iste enim erectus mordēs dicit intei ficere q̄cq̄d videt. ⁊ signat diabolū humani generis inimicū. qui dicit rex serpētum. idest magister omniū malignorū. quia dicitur Job. xl. Ipse enim est rex sup omnes filios superbie. Iste enim veneno malicie. inuidie. ⁊ inimicie imbutus si pōt omnes hoīes p̄ temptationes inuenenat p̄ delectationes intoxicat. p̄ cōsensus ⁊ operationes occidit. ⁊ tandē ipsos p̄ malas consuetudines putridos ⁊ fetidos efficit ⁊ incendit vnde illud predictus Treñ. j. Uide dñe afflictionē meā quoniā erectus est inimic⁹. ¶ Tertio dico q̄ pctōres inimicank sanctoribus⁹ Sicut eīm aialia siluestria ⁊ rapacia sūt vt cōmuniter simplicibus bestijs. ⁊ animalibus inimica ⁊ cisdē cōtraria ⁊ nociua. quod bñ patet in pluma aquile que plumā galline corrodit Sic vere charissimi omnes similes ⁊ siluestres peccatores. bonis ⁊ simplicibus inimici sunt. ⁊ in oībus contrarij ⁊ nocui. Sicut enim similitudo in rebus causa ē amicicie. sic dissimilitudo causa ē inimicicie. Un de pctōribus dicit Sap̄ ij. Dixerunt impij apud se cogitantes nō recte. Et sequitur. Circumueniamus ergo iustum. q̄m inutilis est nobis. ⁊ cōtrarius operibus nostris. Et ideo q̄ boni in hoc mūdo inimicicias patiuntur. pōt q̄dē quilibet cōtra eor malicias dei auxilium implorare. et dicere illud p̄s. Inimici mei viuent: ⁊ multiplicati sunt qui oderunt me inique. De multiplicatione ergo talū inimicor̄ dicit̄ in p̄s. Ecce inimici tui sonuerunt. Et tandē nominat celos inimicos. simul aduersum me disposuerunt tabernacula ydumeor̄ ⁊ psma belite. moab ⁊ agareni. gebal ⁊ amon ⁊ amalech. alienigene cū habitantibus tyrū. Eteīm assur venit cum illis. facti sunt in adiutoriū filijs loth. fac illis sicut madiam ⁊ cisare. ⁊ sicut iabin in torrente cison. Iste est enim exercitus diaboli cōtra ciuitatē ecclesie. quia. s. diabolus vna cū collegio reproborū nō cessat inimicari ⁊ ei nocere ⁊ cōtrariari. ¶ Aduerte ergo ⁊ nota q̄ deo ⁊ sanctis contrariantur ⁊ inimicank quindecim genera hoīm. Et sunt isti scz. Carnis inquinatores q̄. ibi sunt ydumei: qui interpretank sanguinei. Uani obstentatores q̄. ibi sunt ysmahelite: qui interpretank auditi. Malī imitatores: moab: qui interpretak ex parte: signat malorū parentū imitatores Sule ministratores: q̄. ibi sunt agareni qui interpretank festa suscitantes Auari predicatores: q̄. ibi est gebal qui interpretatur vorago exterminans. Tristes obloquutores: q̄. ibi est amon qui interpretak dolens vel murmurās. Falsi adulatores: q̄. ibi est amalech. qui interpretatur populus lambens. Fidei desertores: q̄. ibi sunt alienigene q̄ designāt hereticos. Inuidi detractores. q̄. ibi sunt habitantes tyrum qui interpretatur angustia siue inuidia. Improbi mercatores: q̄. ibi est assur qui interpretak negociator. ¶ Iteē dico q̄ in isto exercitu sunt adhuc. Cito deficientes: q̄. ibi est loth: qui interpretatur declinans. Discordia fomentes. q̄. ibi est madian. qui interpretatur contradictio seu respōdens. Tristitia torpētes: q̄. ibi est cisare qui interpretak excussio gaudij. Mundani sapientes q̄. ibi est iabin: qui interpretak sapiens seu intelligens. Bona reycientes: q̄. ibi est torrens ison: qui interpretatur vomens. Omnes cīm isti diuersimode sunt inimici simpliciū bonor̄. Quidā enim inimicank ap̄te. quidā occulte Aperte enim inimicank: crudeles: cōtradictores: raptores de quibus dicit̄ in p̄s. Tribulauerunt eos inimici eor̄ ⁊c. Occulte inimicank inuidi: adulatores ⁊ detractores ⁊ alij similes: de q̄bus dicitur Eccl. xij. In labijs suis indulcat inimicus et in corde suo insidiak vt subuertat te in foueam in oculis suis lacrimak inimicus: ⁊ si inuenerit tp̄us nō satiabitur sanguine Sed de hoc vide sup̄a de Adulatione ⁊ de amicicia. Et ideo charissimi: q̄. tales sunt dei ⁊ sanctor̄ inimici ideo de⁹ est talibus inimicus. Sicut eīm dicit ¶ Plini. Stellio scorpiōibus inimicatur in tñ q̄ eo viso terrore eis incutiat ⁊ pauore: qui scorpiones sūt. ꝓpter suauenenositatē hoīm inimici. Sic vere xp̄s qui. ꝓpter virtutes stellio dicit̄ vel stellatus ⁊ qui septē stellas. i. septē virtutes in dextera sua dicitur habere. inimicus est generaliter omniū scorpionum. i. omniū peccator̄ q̄. s. inimici sunt hominū. i. virorū simpliciū ⁊ bonorum. Unde procerto in die iudicij q̄n ab eis videbit terrorē eis incutiet ⁊ horrorē. Sicut enim dicit Sap̄. v. Uidētes turbabunt terrore horribili. Dr̄ sicut dicitur in p̄s. Inimicos eius in duā confusione. sup ipm aūt efflorebit sanctificatio mea. ita q̄ tūc videbitur oīs dicere cuilibet pauperi illud Ero. xxiij. Inimicus ero inimicis tuis. ⁊ odiētes te affligam. Et ideo sicut videmus q̄ reges ⁊ p̄ncipes q̄n. in̄ guerris inimicos suos capere possunt. solent q̄nq̄ eos suspendere quandoq̄ occidere quandoq̄ submergere. Sic vere deus inimicos suos peccatores in inferno finaliter occidet ⁊ suspendet. Unde in p̄s dicitur Inimicos eor̄ operuit mare Et Esa. lxvj. Uor dñi reddētis retributionē inimicis suis. Et sic igit ptz q̄ ē inimicicia diuina diabolica ⁊ hūana ⁊c.

Iniquitas. Nota q̄ iniquitas dicitur qua sinō equitas. ¶ Peccatū eīm inequitas dicit̄ p̄o eo q̄ per ipsum cor ⁊ conscientia mequalis ⁊ inquieta redditur inquantum. s. contra omnem equitatem deo rebellare nititur ↄ inquantū per iniustitiam ⁊ intrinsecam discordibus inequatur. et a trāquilla ↄequa ⁊ sincera quiete ⁊ pace turbatur. ſ. Joan. iij. Qui facit peccatum iniquitatē facit. ⁊ peccatum est iniquitas. ¶ Per equitatem enim designat tranquillitas. ⁊ pax sicut Thobie. v. dicit. Equo animo esto. in p̄ximo est vt a deo cureris. Et ideo per oppositum iniquitas peccatum ⁊ animi turbationē designat p̄o eo q̄ pacē conscientie facit inequalem ⁊ turbat. Eccl. xxj. Rumphea bis acuta omnis iniquitas. Est aūt iniquitas p̄oprie peccatum in p̄ximū.

sicut impietas peccatū est in parentes ⁊ deum inter amicos enim ⁊ proximos semp debet esse equitas paritas.similitudo charitas ⁊ equalitas.Cū equalitas ⁊ similitudo causa vel glutinū sit amoris. sed quādo ꝑ peccatū ista tollunt necesse est ꝙ ibi generet odiū discordia iniq̄tas dissimilitudo ⁊ inequalitas.Aqua enim ꝑm Jsido.dicit quasi equa quia.s.nisi aliunde turbetur supficies ipsius semp equa est ⁊ equalis:qñ vero ignis vel ventus ab extrinseco appomit tūc bullit atq; mouetur ⁊ prima eius equitas equalitas et trāquilitas disturbatur.⁊ sic ibi inequalitas generatur.Sic vere dicā.licet mens qñq; ꝑ charitatē ꝙtum ad se ⁊ ꝙtū ad primuz cē sit ex equalis:trāquilla pariter ⁊ quieta: qñ tñ ignis peccati vel flatuū dyaboli ce temptationis adhibet; ibi statim incipit ꝑ mala desideria bullire:⁊ contra se deū ⁊ proximū feruere: ⁊ sic solet inequitatē seu inequalitatē incurrere.⁊ sic solet homo iniquus ⁊ impius apparere.ps.Vidi iniquitatē ⁊ cōtradictionē die ac nocte.⁊ circūdabit eā sup muros eius iniquitas:et labor in medio ei⁹ ⁊ iustitia. ⁊ non defecit de plateis eius vsura ⁊ dolus. Sequit.veniat mors sup illos:⁊ descēdāt ad infernū viuētes:qñ neḡtie in tabernaculis eoꝝ. Et aduerte in autoritate ista ꝙ tal' iniq̄tas.i.pctñ ⁊ malignitas

Contra deum facit rebellare.
Cum proximis facit discordare.
Facta sua facit publicare.Die.
Mētis lumē solet excecare nocte.
Castrū cordis solet expugnare.
Motus cordis solet fatigare.
Juris normā solet enervare.
Turpe lucrū facit frequētare.
Fallacias solet suscitare.
Infamia solet maculare.
In tormētis facit habitare.

Mz ꝑcerto quādo iniquitas abūdat in hoīe: statim vt commiter talis iniquus seu peccator Contra deū rebellans militat Vidi inquit iniquitatem.Cū proximis discordias curfitat.Contradictionem inquit in ciuitate.idest in ciuiumvnitate facta sua iactando recitat.Die inquit. Cecitate vacillans dubitat.Nocte inquit.Subiugatus torpet ⁊ hesitat.Circūdabit inquit eā super muros ei⁹.Motus mentē turbat ⁊ agitat.Labor inq̄t in medio eius Juris ordo sub hoc periclitat.Iniustitia inquit.Turpe lucrū cupit ⁊ flagitat.Nō deficit vsura inq̄t.Fallacias tractat ⁊ recitat.Dolus inquit. Infamie fetorem suscitat.Veniat mors sup illos. In pctā cadit et cespitat Descendāt inquit.In tormētis post mortem habitat. In infernū inquit. Dico ergo ꝙ iniquitas quādo abundat in corde contra deuz facit superbire. Vidi inquit iniquitatē.Sicut enim in corde iusto habet deus suum procuratorem.scz synderesim que scz semp contradicit omni iniquo Sic in corde iniquo habet diabolus procuratorē scz fomitē ⁊ sensualē affectū q̄ cōtradicit voluntati diuine ⁊ omni motui sancto ⁊ iusto ps.In memoriā redeat iniquitas patrum eius.in conspectu dei.Sequitur Fiant cōtra dominū semp.Et tamē in ps.prohibet talis rebellio ⁊ cōtradictio.vbi or.Molite loqui aduersus deū iniquitatē. ¶Jtē iniquitas a proximis facit dissentire.Quia vidit cōtradictionē in ciuitate.idest in ciuium vnitate Sicut enī charitas ciues. idest fideles ꝑ cōcordiam vnit ⁊ iūgit;sic charitatis oppositū.s.iniq̄tas separat ꝑ discordiā ⁊ seiūgit ps.Dispergenk oēs q̄ opank iniquitatē Eze.vij.Fac ꝯclusionē qñ terra plena ē iudicio sanguinū ⁊ ciuitas plena est iniq̄tate. ¶Jtē iniq̄tas facta nō vult operire.Die inquit in quo scz omnia patent ps.Iniquitatē meā annunciabo .Et alibi dicitur de peccatore.Peperit iniquitatē.lacum aperuit ⁊c.Quia reuera dies diei eructat verbum:⁊ nox nocti indicat nō scientiam sed nequitiā. ¶Jtē iniq̄tas solet mentem excecare.qz scz vbicūq; nubes peccatorum fuerit ibi claritas vere cognitionis cessabit ⁊ obscuritas erroris ⁊ ignorantie pullulabit. Nocte inquit.Posuisti tenebras ⁊ facta est nox in ps.Et alibi. Cōprehenderunt me iniquitates mee ⁊ non potui vt viderem. ¶Jtē iniq̄tas libertatē solet irretire Circūdabit inquit eā. i.mētē sup muros eius.Iniq̄tates enim si abūdāt mentē inuoluunt penitus ⁊ captiuāt qz sicut dicit ꝓuer.v.Iniquitates sue capiunt impiū.⁊ sumib⁹ peccatoꝝ suoꝝ constringit. Circūdabit inquit ps.Iniquitas calcanei mei : circundabit me. ¶Jtē miquitas cordis pacē solet impedire.qz.s.semper est labor in medio eius.i.in corde. Semp em̄ est vir iniqꝰ in labore cordis.s.aut dolēdo:aut cupiēdo aut timēdo ⁊c.ps.Ut miq̄ agerent laborauerūt.Esa. xl.ꝓbuisti mihi labore in iniquitatibus.Et Sap. v.Lassati sumus in via iniquitatis ⁊c. ¶Jtē iniquitas iuris normā facit deperire.⁊ iniustitia inq̄t.Ubi enīz regnat iniquitas.numq̄ viget ibi iustitia ⁊ equitas.sed potius subuersio iuris ⁊ malignitas ps. Iniuste egit vt mueniak iniquitas eius ad odiū.Eccl.viij Vidi in loco iustitie iniquitatē: ⁊ in loco iudicij impietatē. ¶Jtez iniquitas turpi lucro facit assentire. Nō deficit inquit de plateis eius vsura. De vsurario enim dici pōt illud qō dicit de Juda.Act.j.ꝙ ipse possedit agrū de mercede iniq̄tatis ⁊ suspensus crepuit medius cū tñ deus si vellet ex vsuris ⁊ iniquitate redimeret animā eius.⁊ nomē eius esset honorabile coram ipso. ¶Jtez iniquitas malicias facit inuenire. Dolus inquit.Quia certe vir iniquus ꝑ nihilo habet cōmittere dolū ⁊ maliciā.ps. Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.sicut nouacula acuta fecisti dolum ⁊c. ¶Jtem iniquitas se ⁊ suos facit abhominabiles ⁊ horrendos.quod ostendit cū ōr. Veniat mors super illos Sicut em̄ nihil est abominabilius mortuo sic etiā nec homine iniquo vel impio ps.Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis Et Exech.xviij.ōr ꝙ cum auerterit se iustus a iusticia ⁊ fecerit iniquitatem mouetur.ad est abominabilis efficietur.Juxta illud Eccl.x. Execrabilis oīs inīquitas. ¶Jtē iniquitas ad vitia facit ꝓsilire qz scz iniquitas.ita est de sui natura ponderosa ⁊ grauis ꝙ hoīem facit corruere.⁊ de vno vitio ad aliud ꝓ trasire.qō ostendit cū ōr Descēdunt ps. Iniquitates supergresse sunt caput meum.⁊ sicut onus graue grauate sunt sup me. ꝓuer.v. Pedes eius descendūt in mortē.Sequitur.Iniquitates sue capiūt impiū. ¶Jtē iniq̄tas ad tormenta facit peruenire. qō ostenditur cū dicit.In infernū viuētes ꝓuer.ix.In profundissimū inferni conuiue eius qz scz iniqui in inferno laborabunt ineternū.⁊ viuēt adhuc in finē.Unde Sap.v.Lassati sumus in via iniq̄tatis Sequitur.In malignitate aūt nra cōsumpti sumus . Talia direrunt in inferno hi qui peccauerūt. Ipsis etiā pōt dici illud Esa.lix.Iniq̄tates vestre diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū.Et ipsi possimt dicere illud Jhere.v.miquitates nostre declinauerūt hec ⁊ pcta nra ꝓhibuerunt bonū a nobis.qz procerto sicut dicit in ps De odit omnes qui operank iniquitatē ꝑdet omnes qui loquunt mendaciū.Et Esaie.xxvj. dicit de peccatore ꝙ in terra sanctorum iniqua gessit ⁊ non videbit gloriam dei.Sic ergo patet per ista.xij.mēbra autoritatis istius.quō iniquitas.xij.facit mala. transeo sine exemplis gratia breuitatis.Unde in titulis de quibus fit mentio in quolibet membro.s.vbi labor.dies. nox.mors. ⁊ similia ⁊c.

Inire. Nota ꝙ inire idem est quod intus ire. vel in aliud ire.sicut,coire idē est qō convenire.vel in aliquo loco facto vel cōsortio simul esse Et dicit ab in qō est intus:⁊ con qō est simul.⁊ ire ⁊c. Jgit dico ꝙ inire signat quandā aggregationē.⁊ quādam vel in bono vel in malo coadunationē.Et sic generaliter possiz notare sicut in scriptura patet ꝙ homines ineunt.

Fedus ⁊ coniugium.
Bellum atq; iurgiū.
Festum ⁊ conuiuiū.

Jnitur em̄ fedus vt pax habeat Josue.ix. Servi vestri sumus. fedus inite nobiscū. Item initur bellū vt ius deceat. ꝓuer.xviij.Cū dispositione initur bellum. ¶Jtē init festū seu conuiuiū vt cibus sumat Sene.xviij.Jnito conuio vescentes pariter ⁊ bibētes māserunt ibi. ¶Jtem initur tractatus seu cōsilium vt quicq̄ agatur Mee.vj.Veni vt ineamus cōsilium pariter ⁊c.Multa possent dici.sed qz supra tractatū est de federe.bello.cōuiuio ⁊ cōsilio omitto. Vide in titulis prelibatis.

A **Iniuria.** Nota ꝙ iniuria ꝓtriaf iuri.Quicquid enim alicui cōtra ius inferk iniuria appellak.Sumitur aūt cōmuniter pro iniusta offensa.inquantū.s.peccator offendit deum proximū ⁊ semetipsum.Jniuriak enim peccator deo nō obediēdo.proximo malum infligendo.sibiipsi se prostituendo seu seruituti peccati subiuittendo . Et aduerte ꝙ iniuria offensa seu cōtumelia non est alicui facienda sed pax ⁊ iustitia frequentanda.membra enim tanta amicicia in corpore colligantur ꝙ vnū alteri nō iniuriatur.sed potius ab altero pro viribus confouetur. Sic cū omnes vnū corpus simus in xpo.singuli aūt alter alterius membra:vt dicitur Rom.xij. Nullus debet alteri iniuriam inferre.nec vnus alterū molestare.sed potius diligere ⁊ fouere.vt sic dicant adinucem illud quod scribitur.Math.xx.Amice non facio tibi iniuriā tolle qō tuum est ⁊ vade.Quod tamē est cōtra multos.qui scz ita sunt paci ⁊ tranquillitati cōtrarij:ꝙ modica immo forte nulla iniuriātes occāsione innocentes verbis signis ei factis ledunt.Similes arieti qui vermē habet in capite : motu cuius facile solet muadere ⁊ sine causa percutere vel ferire Sic ecro multi sunt qui vermē fatuitatis ⁊ iracundie:vermē etiā presumptionis.⁊ superbie ita habent radicatū in mente:ꝙ sine causa rationabili verbis ⁊ factis alios muadūt:ipsosq; iniuriose pcutunt atq; ledunt.Jsti sunt sicut strix . q̄ alias dicit hystrix porcus spinosus:qui scz aliqualiter prouocatus ꝛia spicula seu tela solet vibrare ⁊ vibrando facit ea quatere vel stridere:tandē aliquod de ipsis spiculis iactat ⁊ hoiez vulnerat atq; ledit:sicut sensu apparet:⁊ Solinus recitat.Sic vere tales faciliter prouocank:⁊ tādez stridēt quatiunt ⁊ loquūtur:⁊ spicula.i.iniurias verborū ⁊ factoꝝ iacere.⁊ inferre nōscuntur:quib⁹.s. alios in corde:bonis fama ⁊ corpore idebite vulnerāt De talib⁹ ergo iniurijs dici pōt illud Eccl.xx. Hā placeat tibi iniuria iniustoꝝ:scies qñ vsq; ad iferos nō placebit impius.Et si vis potes notare ꝙ iniurie.

B Ab iniustis solent inferri.
A pfectis solent tolerari.
Per prelatū solent euitari.
Per dñm solent vindicari.

Primo,igitur dico ꝙ iniuria ab iniustis inferk. Boni enim iusti ⁊ prudētes nō libenter alijs iniuriank. quinimmo magis vellent sustinere iniuriā q̄ inferre sicut bñ dicit Seneca in pro. Viri boni est scire pati nec inferre iniuriā.Jstud potissime ptz in diuitibus ⁊ maxime in nobilibus:qui sic modica occasione se reputant iniuriatos ⁊ lesos. Adēbnim enim quanto nobilius tanto difficilius fert iniuriam:ptz in oculo quē plus ledit modicus puluis.q̄ pedē vel manū lederet magnus lapis.Sic vere est de nostris nobilib⁹ qz ꝑcerto modico puluere.i.modica occasione se iniuriatos asserunt.⁊ sivindicare nequeant statim more oculi lacrimādo vel alias impatientie signū ostendunt cōtra illud Eccl.x.Omnis iniurie,primi ne memineris.⁊ nihil agas in opibus iniurie Et reuera tales q̄ ita sunt prompti ad iniuriā sentiendū ⁊ facien dū sunt vt cōmuniter ceteris pauperiores.sicut patz de raptoribus ⁊ publicis homicidis. Jdeo bñ dicitur Ecci.xxj.ꝙ obiurgatio iniurie annullabant substantiā.⁊ substantia superbi eradicabitur . Jniuria ergo ab iniustis infertur. ¶Scdo dico ꝙ iniuria a perfectis sufferfur. Quāuis em̄ teste Seneca in ꝓuer.difficile sit iniuriā cū patiētia cōuenire perfecti tñ viri sciunt iniuriā dissimulare. ⁊ qñq; obliuisci penit⁹ et donare ⁊ si necesse sit in patiētia sustinere.qz sicut dicit Crisꝰ.sup Math . In ꝓpijs iniurijs patiens esse laudabile est.iniuriā aūt dei dissimulare impiū est. Jsta tñ sunt cōtra multos qui.s.nō possimt obliuisci iniurias sibi factas:beneficia aūt si q̄ ab alijs recepe rint a memoria protin⁹ dilabunk.Unde Seneca.lxxxij. epistola dicit.Quid inquit eo miserius cui beneficia excidūt.herent iniurie.Et reuera contrariū deberet esse qz.s.bñficia accepta nūq̄ debēt a cordib⁹ nris recedere: nec ibidē iniurie remanere. Quāuis em̄ teste Se.in pro.Memoria bñficioꝝ labilis est iniuriaꝝ tenax:prudēs tñ oz iniurias obliuisci: qz ꝑcerto sicut dicit ibidem iniuriarū remediū est obliuio . Homo em̄ debet iniuriā remittere multiplici ratione quan doq; ex cōsideratione proprie iniustitie.qñ scz homo cōsiderat ꝙ multa alia cōmisit q̄ apud deū meruerunt maiore ⁊ ꝙ quicq̄d patimur peccata nra meruerunt licet causam nō habeat iniuriās nos ledēdi. Unde Greg.xxx.moraliū.Js patiēter tolerat iniuriā crubescit peccatis nō parcere qui apud deū ⁊ proximum multa q̄bus pati necesse est se recolit cōmisisse. ¶Jtē ex alia cōsideratione mere patiētie. Nō em̄ qñ cōsiderat se imporē ad sibi factā iniuriā vindicādā.oz dissimulare ⁊ ex toto dimittere.qz sicut supra dictū est iniuriaꝝ remedium est obliuio vel tps ⁊ oportunitatē debitā expectare. Pro.xij.q̄ dissimulat iniuriā. callid⁹ ē Jtē qñq; ex cōsideratōe aliene ignorātie sicut patuit in Stepha. q̄ remisit iniuriā lapidātib⁹.ꝑ eo ꝙ q̄dā agerē t nescieb̄t dimitte inq̄t illis qz nescīūt q̄d faciūt.Act.vij Ejpū em̄ immunē pūctura nō ita ledit nec afflīgit sicut scnū sicut ait Phi.qz reuera pūctura.i.iniuria facta nobis ꝑ iuuenes ⁊ ignaros nō ita oz ledere,vl affligere sicut qñ fit ꝑ senes hoīes vl ꝑ doctores vñ tullꝰ in rethorica dicit.ꝙ multū interest i oi iniuria an fiat subito vel ꝓsulte. Hā leuiores sunt q̄ repētino motu accidūt q̄ q̄ pmeditata iferunt.ij.Re.xix.ne memineris iniuriarū serui tui ptz ergo q̄ iniuria si pfectis suffer

C

tur. ¶Tertio dico q̄ iniuria p̄ prelatum differt seu affertur. Spectat enī ad quemlibet virū iustū t maxime ad iudicem vel prelatum iniurias propulsare t iniuriatos ab iniuriantibus liberare Ecclesiastici iij. Libera eum qui iniuriam patitaꝰ de manu superbi. ¶Quarto dico q̄ iniuria p̄ dōm refertur. i. retribuitur quia. s. ipse est qui ꝑ ps Facit iudiciū iniuriam patientibus. dat escam esurientibus vñ Colos. iij. dr. Qui. n. iniuriā facit recipiet illud qōcūq; gessit. Et sic ergo ptz quomō iniuria p̄ dōm retribuit t refert. ¶Per iudicē destituit t aufert ¶Per iustum obliuiscitur t suffertur. ¶Per iniustū cōstituitur, t infert Unde in aliis titulis similibus sicut est Loqui Detractio ¶Percutere. ¶Edere. Et sic de multis aliis ꝛc.

A **Iniustitia.** Nota q̄ licet iniustitia sumi possit pro omni pctō, ꝓprie tñ sumitur pro cōtrario iustitie. Quocunq; ergo modo accipiatur. dicamus q̄ iustitia.

Uinquitur t confitek a viro penitente. ¶Primo
Spernit t abhorret a viro innocente. ergo di-
Regit t exercetur a viro pestilente. camus
¶Punit t aboletur a summo p̄sidente. q̄ iniu-

stitia a viro penitente debet cōfiteri. q̄. s. penitus omnē iniustitiā t peccatū debet p confessionē emittere. t a se reiicere t fugare. Mulier enī habens in vtero abortiuū seu fetū mortuū t corruptū necesse est q̄ ipsum. etiā partus tēpore nō expectato: extra eiiciat. et q̄ ipsum parturiat t emittat. ne forte periculum retinendo incurrat. Sic hō qui in ventre conscientie habet fetum mortuū. i. peccati iniustitiā introclusam. statim t sine dilatione debet ipsum emittere t p confessionē mortuū pturire. t tandē p satisfactionē debitam t a cōspectu dei t hominū aperire. Et hoc est qđ consulitur Eccl. xvij. Reuertere inq̄t ad dōm t auertere ab iniustitia. Et illud ps. Delictū meū cognitū tibi feci. t iniustitiā meā non abscondi. Ita etiā doceꝫ p̄ psalmista dicere dño. ¶Peccauimus cum patribus nostris iniuste egimus iniquitatē fecimus. ¶Patet ergo q̄ iniustitia impenitente debet cōfiteri. ¶Secūdo dico. Mō iniustitia ab innocēte solet abhorreri. Uiri. n. iusti t innocentes iniquitatē t iniustitiā detestantur. t cōtra ea verbo t ope preliant. Res. n. recta nō bene cōuenit cū gibbosa. nec cū deuia t tortuosa. Sic vere rectus t innocens nō bene potest cū iniustitia cōuenire. nec iniquitati aut malicie cōsentire. dicens illud ps. Non proponebā ante oculos meos rē iniustam: faciētes preuaricationes odiui. ¶Tertio vero dico. q̄ iniustitia a viro pestilente solet exerceri
B quia scz viri impij t pestilentes iniustitiā diligunt. t eam exercent: faciūt atq; colunt. ¶Ps. Dixit iniustus vt nō delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.

Isti enī sectant iniustitiā ipsā mētaliter machinādo Ipsaz verbaliter p̄dicādo. Ipsaz realiter fabricādo. Hā ꝑcerto impij iniustitiā mētaliter machinant ps Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta feciſti dolū. Et illud iniusta cogitatio eorum. ¶Itē ipsam verbaliter ꝓtestantur. ¶Ps. Effabuntur t loquent iniquitatē: loquent omnes q̄ operantur iniustitiā. ¶Itē ipsam realiter operantur. vt sic dicat innocēs illud Exodi. v. Iniuste agitur cōtra me. Unde Soph. iij. dicitur ¶Principes eius in medio ei⁹ quasi leones rugientes. Judices eius lupi vespertini. ¶Prophete eius vesani. Sacerdotes eius polluerunt sanctum. iniuste egerūt contra legē. Et si vis cōpara iniustos principes t iudices leonibus atq; lupis ꝛc. Iniustitia ergo a viro pestilēte solet exerceri. ¶Quarto vero dico q̄ iniustitia a summo p̄sidente scz a deo solet submoueri. Deus enī iniustitiā abhorret t odit. Deutero. xxv. Abhominatur enī dōs omnem qui facit hoc. t auersatur omnē iniustitiā. Et eā finaliter persequitur atq; punit: q. scz isti puniuntur tormēto temporali. Excluduntur a visu faciali. Includunt in pena infernali. ¶Puniuntur dico tēporaliter. Unde Sapientie. xvj. Creatura enī tibi factori deseruiens exardescit in tormentū aduersus iniustos. Quia reuera: sicut Sapi. j. dicit Iniustitia mortis est acquisitio. Unde in ps. dicitur. Iniusti disperibūt simul t reliquie eorū interibūt. ¶Itē excluduntur facialiter a visiōe diuina. Unde t deo dr illud ps. Me q̄ habitabit iurta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. ¶Itē includunt infernaliter scz in tormētis. quia scz sicut dicitur in ps. Uiruz iniustuz mala capient in interitu. Transeo breuiter de iniustitia. quia satis faciam infra de Justitia ꝛc. A

Inniti. Nota q̄ inniti idē est qđ incūbere, apodiare: insistere vel firmare. Et dic moraliter q̄ est inuitio qua homo innitit deo per fidē in ipsum credendo. per charitatem ipsum diligēdo. Unde de anima sancta dicit Cant. viij. Que est ista que ascēdit de deserto delitijs affluens innixa super dilectum. Uinea enim t cucurbita debilis sunt nature: t ideo necesse est q̄ alicui rei solide innitantur ſic ꝛc. Et ideo fatui sunt illi qui non deo sed mundo: nō dei sapientie sed proprie prudentie: nō dei sanctis sed mūdi amicis innituntk. De quibus dicitur ¶Prouer. iij. Ne inuitaris prudentie tue. Et Esaie. xxxvj. dicit q̄ si innixus fuerit super baculum arundineū egypti confringetur ꝛc. Et Job. viij. dicitur. Innitetur super domū suā t fulciet eam t non stabit ꝛc. Dinitto: q. non sunt auctoritates.

Innocentia. Secundū Tullium libro de officijs. Innocentia est puritas animi omnē illationē iniurie abhorrens. Augustinus etiā dicit q̄ illa est vera innocētia que nec inimico nocet. Dicitur ergo innocentia quasi nō nocentia innocētis enī est nemini nocere: sicut hominis benefici est omnes adiuuare. Ista est igitur virtus que hominī naturaliter est insita, t sibi singulariter commēdata. De iure enim nature homo alteri facere nō debet qđ sibi fieri nō vellet. sicut dr Thobie. iij. Mō tibi oderis fieri vide ne alteri facias Et ideo q. nullus vellet sibi iniuriā inferri. bene sequit q̄ ipsaz nulli debet inferre. Habeamus igitur innocentiā. quia sicut dicit ¶Plinius. Deo pueris innocētib⁹ solet parcere t ipsos non ledere nec nocere. Sic vere christus pueros t innocētes nō ledit sed liberabit t ipsos in paradisum introducet t saluabit. Fluuius enī t riuꝰ purus t limpidus t fecūdꝰ impinxtus ē gratiosior. Omnis etiā bestia q̄diu est innocens t innocēs est naturaliter amicabilior. Sic vere homo dum in innocētia pseuerat. est deo t angelis amabilior t acceptior. Mō bene figuratū est in dño. Mat. xviij. Ubi ipse vidit paruulū t aduocans eū statuit eū in medio dicēs q̄ qui se nō humiliauerit sicut paruulus iste. non intrabit in regnuz celoz. Sup quo dicit Hieronymus q̄ sicut paruulus nō perseuerat in iracundia. Iesus nō memmit. vidēs mulierē nō delectak nō aliud cogitat non aliud loquitur. Sic inquit nisi talem habueritis innocentiam non intrabitis in regnum dei. Regnum enim dei non per violentiam acquiritur. sed per innocentiam possidet. Unde in psalmis querit Dauid. Quis ascendet in mōtē domini aut quis stabit in loco sancto eius? Et respondet. Innocens manibus t mūdo corde qui non iurauit in dolo proximo suo. In quibus verbis ostenditur q̄ triplex innocentia requiritur ad hoc q̄ in celum per innocentiam ascendatur. Requiritur enim.

Innocentia realis.	¶Pueri enī t simplices
Innocentia mentalis.	innocenter solent ope
Innocentia verbalis.	rari. Jdeo dicit Inno
Debet enī esse innocētia.	cens manibus. Inno
In reali operatione.	center solent meditari.
In mentali cogitatione.	Jdeo dicuntur. Mun
In verbali prolocutiōe.	do corde. Innocenter

solent protestari: q̄ non iurant in dolo proximo suo

¶Primo

¶Primo ergo dico q̄ nos debemus habere innocētem operationē. Manibus inquit. ¶Per innocentiā enī manuum intelligitur innocētia operū. q. scz manibus opamur. Sicut enī animalia innocentia t mitia habent pedes t vngues loco manuū quibus vtuntur planas t rectas non acutas curuas t pūgitiuas sicut patet de ouibus et de bobus. Sic vere homines simplices t innocentes habent opera plana innocentia: iusta t recta nō fallacia seu curua. nec aliorū lesiua vel pungitiua. Innocens inquit manibus. Unde de talibus dicitur Job. xxij. Saluabitur inquit innocens. Saluabitur autem in mundicia manuum suarum. Sed heu prohdolor charissimi: videtur hodie q̄ talis innocentia non sit in manibus plurimorum: quia vere multi sunt hodie qui non possunt dici animalia innocentia sed nocētia. nō mitia sed crudelia. non benigna sed insana. non simplicia sed infamia: t isti sunt inter ceteros vsurarij: t auari: raptores t exactores crudeles t infideles. Tales enī nō sunt innocētes sed potius mnocētibus sunt nocentes. similes leonibus a lupis qui animalibus innocentibus sunt crudeles. ipsoꝝq; sanguine viuunt. t in eoz occisionibus se delectāt. Sic vere charissimi multi sunt ita lupini leonini crudeles t iniqui. q̄ omnibus simplicibus t innocentibus sunt crudeles. t per rapinā vsuram t exactionem eis omnibus sunt nocentes. t eorum sanguine. i. eoz temporali substantia sunt viuentes. Unde de istis potest intelligi illud ps. Effuderunt sanguinē innocentē in circuitu hierusalem. t nō erat qui sepeliret Et Esaie. j. dicit. Manus vestre sanguine plene sunt Istud maxime apparet in iniqs iudicibus t ballius quibus dr Dañ. xiij. Innocentē t iustū nō interficies. Non sic charissimi nō. Mō habeamus opera nocentia sed innocentia. Quia sicut dicitur ¶Prouer. xiij. Justitia custodit innocētis viā vnde Job. xij. dr. Recordare obsecro quis vnq̄ innocens periit. q. d. nullus. Quia procerto semp innocentia prevalet atq; vincit. Et ꝗuis aliquotiens graviter tribulek. in fine tñ saluak t liberatur. Exemplo ioseph q̄ innocēs venditus t in lacū missus fuit. finaliter tñ liberat⁹ t ꝓnceps totiꝰ regni egipti factus. vñ Jume. xxv. Liberabitur innocēs de vltoris manu.

¶Secūdo dico. q̄ nos debemus habere innocentez meditation em. mundo corde inquit. A fonte enī puro nō emanat nisi mūdus t purus riuulus quia etiā corpus solis valde est purū t mūdū. ideo ab ipso nō solet nisi purus radius emanare. Sic vere illi q̄ hñt cor innocens t mundū. t per peccata t vitia nō corruptum. nec p malitiam depranatum. semp solēt inuentas t innocentes cogitationes effluere t taz de se q̄ de aliis innocenter t simpliciter cogitare. Mundo corde inquit. Sicut enim dicitur. ij. rethorice. ¶Pueri sua innocētia alios mensurant: q. s. pueri qui adhuc pauca viderunt. t malicias hoīm adhuc nō sunt experti. nesciunt iudicare de aliis nisi ſm q̄ ipsi iudicant de seipsis. ¶Pueri ergo quia innocentes sunt. innocentes alios credunt t vitia que in seipsis non sentiunt esse in aliis non attendunt. quod totū facit mūdicia cordis. De quo dicit in ps. ¶Perābulabam in innocētia cordis mei in medio domus mee. Tales procerto non sunt multi hoīes, corrupti: qui. s. de aliis nequeunt bona cogitare: immo qui factis aliorꝝ q̄q; bona intētione fiant nesciūt nisi pessima iudicare. Oculus enim turbidus t infirmus videt circulum turbidum in candela, qđ tñ non accidit ratione candele sz ratione oculi infirmantis: q. scz ille circulus est vitiū oculi non candele, frenetici etiā imagines in parietibus esse credunt: ꝗuis parietes nō sunt picti: fantasias. n. que in suis capitibus abundant interius. credunt esse in locis circumiacentibus exterius. Sic vere charissimi iniqui imaginatores t exploratores solent de aliis estimare non ſm rei veritatem sed ſm sue prave conditionis conformitatem. Esse enim in aliis figuras t imaginationes. idest vitia t peccata estimāt: quas esse in seipsis nō dubitāt. Isti ergo sunt sicut fatui iudices qui sine omni cognitione de aliis iudicare ꝓsumūt: nō attēdentes illud Matth. vij. Nolite iudicare t nō iudicabimini. Sup quo dicit Aug. in libro de verbis dñi q̄ de factis medijs que bono t malo animo ꝓfit agi: temerarium existimo iudicare t maxime cōdemnādo. Non sic ergo sed sis innocens: q. vere iste de oībus habet innocentē meditationem D
Mūdo corde inquit. ¶Tertio dico q̄ nos debemus hꝭ innocētē prolocutionē. Innocēter enī pure t simpliciter debem⁹ loq̄ nō fallaciter vel dolose. Mō iuratuit inq̄t in dolo ꝓximo suo. Nostra enī auiū innocētium t maxime fluuialiū plana sunt atq; recta. sicut ptz in anseribus t anetis: cuius tñ cōtrarijū in anibus predalibus inuenit. Sic vero rostra t ora auiū. i. psonarū simpliciū t innocētiū sunt plana p̄ innocētiam t simplicitatē t recta p̄ certitudinis veritare. Isti enī sunt q̄ nō iurāt in dolo ꝓximo suo. Jurta illud ps. ¶Prohibe linguā tuā a malo: et labia tua ne loquant dolū. Uñ de tali verbali innocētia dr Josue. ij. Innoxij erimus a iuramēto. De multis tñ dr hodie illud ps. Uerba oris eius iniquitas t dolus: noluit intelligere vt bene ageret. Sz de hoc vide infra de loqui innocēs enī nescit loq̄ dolose. ¶Hūq; enī dicit aliqđ ore nisi qđ sentit in corde: t exide cognoscit sua innocētia sicut mūdicia pozci noscit in lingua. Lingua enī nuncia est cordis. q. scz ex abūdātia cordis os loquit. Habeam⁹ igit innocētē prolocutionē. We laudibus igit innocētie pulcre loquit Crisᵏ. in quadā omelia dicēs fic Gaude o innocentia t exulta: gaude inquā q. vbi q̄ illesa es: vbiq; secura si tēptaris proficis: si hūmiliaberis erigeris. si pugnas vicis si occideris coronaris. Tu inquā in seruitute libera es: in periculo tuta es: in custodia leta: tibi ois creatus subiacit tibi omnis malicia subiugak: te potētes honorāt: suscipiūt principes: magnates exquirūt: etiā illi qui nunq̄ te desiderāt: qui expugnāt. Tibi boni parēt: mali inuident zelant emuli: inimici succumbūt. Nec vnq̄ poteris victrix nō esse etiam si inter hoīes defuerit iustus iudex Jstā autoritatem posses per diuersas partes diuidere: t singulas partes mēbris singulis applicare. Habenda est igitur innocētia manualis. Innocētia cordialis. Innocētia verbalis. Si aūt vis aliqđ plenius de innocētia ptractare. Dic q̄ ſm Tullū innocentia est virtus animi omnē illationē iniurie abhorrens. Aug. etiā sup ps. dicit. Mō vera innocētia est q̄ nec inimico nocet. Notare ergo possumus q̄ in scriptura inuenitur.

Innocētia victa.	Innocētia victa est
Innocentia ficta.	illa quā habēt illi q̄
Innocentia picta seu facta.	sunt innocētes pro

E

pterea q̄ nō possunt nocere: sicut sūt mali pauperes t depressi: qui libenter nocerēt si possent. Et ista innocētia est sine merito. quia scz ista nō meretur gratiam saluatoris. sed potius miseriā atq; penā Hiere. xlvj. Castigabo te in iudicio. nec quasi innocēti parcam tibi. ¶Itē innocētia ficta est innocētia hypocritarum qui scz fingunt se innocētes t simplices cum tamen sint malicioſi t duplices. Et ista etiam non est vera innocentia nec merek dei misericordiam sed tormentum Unde Hieremie. xlix. Ecce quibus nō erat iudicium vt biberent calicem. bibētes bibēt t tu quasi innocēs relinqueris: nō eris innocens bibēs sed bibes.

¶Item est innocentia picta idest gratijs t virtutibus insignita. Et ista est innocentia simpliciū t iustorum que scilicet habet puritatem t sanctitatem immixtam. quia scilicet sicut stelle create unt de materia purissima. cōtrarietatem qualitatum seu cōtroversiam nō habētes t ideo in se perseuerant t durāt quo ad alios vero influunt turbant t choruscāt. Sic vere innocētes q̄ scz in comparatione mentis sue nihil habēt duplicitatis aut cōtroversie falsitatis seu

Universidad de Deusto
Biblioteca

malicie cuiusq; in bono perseuerāt ⁊ durant: ⁊ virtutibus rutilant ⁊ choruscant ⁊ alios illuminant ⁊ illustrant. ¶Perseuerāt dico scz fine peccati corruptione dicētes Illud Job. xxvij. Donec deficiam nō recedam ab innocētia mea. ⁊ iustificationē meā quā cepi tenere nō deserā Splendent etiā ⁊ choruscant sanctitate ⁊ pfectione ps. ¶Nō priuabit scz deus bonis eos q̄ ambulant in innocētia dñe deus virtutū beatus homo qui sperat in te. Et Hebre. vij. Talis decebat vt nobis esset pontifex: sanctus innocens: impollutus. segregatus a peccatoribus. ⁊ excelsior celis factus. Illuminant etiam ⁊ illustrant scz alios doctrinali predicatione. ⁊ exemplari cōuersatione Unde de Dauid innocēte dicitur in ps. Mō ipse paut eos scz verbo ⁊ exēplo in innocētia cordis sui ⁊ in intellectibus manuum suarū deduxit illos. Et bene dicit in intellectibus quia procerto innocētes sunt illi quibus deꝰ magis cōmunicat donū intellectus ⁊ sapiētie ⁊ eloquentie sacramentū. Uñ Seneca in epistola ad Paulum ait. Mō vero de ipso paulo dixerat. Mirari eū posse qualiter homo qui nō legitime imbutus sit taliter sentiat. Cui ego respondi dixit Se. Solere deos ore innocentium fari. Breuiter notabo q̄ innocens.

Summe veritati heret stabilius.
Secum colloquēti credit humilius.
Secū cōuersantes mutat in melius.
Falsa machinātes vincit virilius.
Tribulationes suffert facilius.
Cōsolationes habet fertilius.

Igitur persequeremus per longam perfectionez. vicit inquit leo. Consideremus status professionez. quia de tribu iuda Exuberemus per piam compassionem. Radix Nos enim diu perseuerando peccata vincimus vincit inquit leo. victoria eñ perseuerantiã ꝓsupponit. Statu cõsiderãdo. pctã declinamꝰ qz. s. nos sumꝰ de tribu iuda idest de statu ecclesie. Pie exuberando. pauperes vestigamus nos debemus esse radix in qua multum ẽ de humore. ¶ Primo dico nos debemus in bono perseuerare quod ostẽditur cum dicitur vicit leo. Debemꝰ eñ hostes spirituales. vincere: ad quod sine perseuerantia non possumus aduenire Omnes enim alie virtutes pugnant. sola perseuerantia triumphat et vicit vnde Bernar. in quodam sermone dicit sic. Tolle inquit perseuerantiam ꝛ tunc nec fortitudo laudes nec obsequiũ meredem: nec beneficium gratiam obtinebit. Per hanc enim solam homo eternitati redditur et purgatur vincit ꝛ victor; ctiã coronatur. Quia qui perseuerauerit vsqz in finem: hic saluus erit. Et ideo de iuda sicut de perseuerante dicitur Hiere. xxiij. In diebꝰ illis saluabitur iuda. ꝛ israel habitabit confidenter. et hoc est nomẽ quod vocabunt eum dominus iustus noster. vincit ergo leo. vnde Apoca. iij. Qui vicerit faciam illum columnam. Columna ꝓtz dicitur trabs in domo erecta immobiliter perseuerat ꝓ aliquo onere. sustinendo. Quia vere si volumus esse victores contra vitia: necesse est ꝙ simꝰ columne sursum erecte per contemplationem onus sustinentes per patientiam ꝛ laborum tolerationem non ꝙ vero mobiles per perseuerantiam ꝛ durationem perseuerantia ergo vincit. Et hoc bene figuratuz est. Exo. xvij. ꝙ ꝙdiu moyses preseuerabat in oratione manus ad deum extendendo vincebat israel. si vero manus ꝛ ponerent vincebatur. Si ergo volumus esse iudas spiritualiter nos debemus in bono perseuerare. Unde inqt

¶ Secundo dico ꝙ nos debemus nosipsos considerare. De tribu iuda inquit. q. d. nos debemus semper considerare ꝛ inuicem habere professionem ꝛ conditionem status nostri ꝛ ꝙ nos sumus de tribu iuda idest de statu ecclesiastico ꝛ perfecto ex hoc enim inducitur prudens homo ad benefaciendum quando scilicet considerat se esse gramis ꝛ perfecti status ꝛ professionis ad quem scilicet pertinet benefacere. et honeste se habere. Sicut cñ res vnius speciei. nõ exercent actus alterius speciei. ymo semper solentur proprios actus et opera exercere. sicut patet. quia stelle solent illuminare ignis calefacere aqua humectare. ꝛ sic de alijs. Sic vere illi qui sunt alicuius status. gradus ꝛ ordinis religionis et conditiõis ꝛbent facere actus qui ad illum statum pertinere noscuntur. siue sit humectatio pietatis siue remissio iniqtatis siue propulso iniurie et crudelitatis ꝛc. Simus et

go vel consideremus nos esse de tribu iuda ꝛ nos predecessorum nostrorum vestigijs cõformemus. quia sicut dicitur. Apoca. vij. Et tribu iuda. xij. milia signati. Nõ sicut vinea esaie que debebat facere vuas ꝛ fecit labruscas. Esa. v. Quia sicut semper filij debent imitari parentes. sic nos nostros fundatores ꝛ predecessores. Unde dicit Cassi. in lib. xiij. epistolaruz Similitudinẽ suorum felix vena custodit. quia pudet male facere cuz nequitia nequeat in suo genere inueniri. Melius ergo est eligere nobilem ꝙ diuitem. qz ille se exemplis priorum custodit iste autem in suis exemplum nõ inuenit cui debeat se conformare. ¶ Nota ergo ꝙ nos exemplo predecessorum nostrorum debemus esse.

Infirmorum exhortatores.

Miserorum sustentatores.

Supernorum contemplatores.

Iniquorum castigatores.

Simus dico exhortatores trepidantium infirmorũ. vnde ꝛ iuda dicitur. j. Mach. iij. Dixit iudas Accingimini ꝛ estote filij potentes. ꝛ estote parati ¶ Item simus sustentatores indigentium miserorum. Unde. ij. Mach. xij. dicitur ꝙ illis qui in quodam presidio obsessi erãt iudas necessaria mittebat. ¶ Item simus contemplatores eminentium gaudiorum. Unde ꝛ iuda dicitur. j. Machabeo. iij. Quod ipse est perfectus inimicos ꝛc. Simus ergo charissimi ꝛ tribu iuda quia sicut dicitur. ij. Para. xij. In iuda inuenta sunt bona opera. Jstud est ergo secundum ꝙ nos debemus nosipsos considerare. ¶ Tertiodico ꝙ si volumus esse spirituales iuda nos debemus clementer exuberare. qz sicz nos debemus esse radix dauid Radix enim plus habet ꝛ humore ꝙ cetere partes arboris. ꝛ ideo radix dicit vita arboris seu plante. qz scilicet ista habet alias partes arboris vegetare ꝛ nutrire. quia scilicet inter alias personas mundi illi qui sunt ꝛ iuda. idest de statu ecclesiastico. debent esse humidiores. clementiores. ꝛ in humore pietatis abundantiores. Radix inquit dauid quia scilicet dauid super omnes ex clementia commendatur. j. Machabeorum. ij. Dauid in misericordia sua consecutus ẽ regnum. Unde de ista radice potest dici illud. Ezechie. xxxj. Flumina manabant in circuitu radicum eius ꝛ riuos suos emisit ad omnia ligna regionis. Et Joel. iij. dicitur Super riuos iuda ibunt aque. quia scilz charissimi. flumina pietatis dẽt circa radices. i. circa curas ecclesiasticas manare ꝛ fluere ita ꝙ riuos beneficioruz suorum debent ad omnes alios ꝛriuare ꝛ sic igitur patet quomodo nos ꝛbemus esse pietate exuberãtes status nostros considerantes. In bono opere perseuerantes Sed heu proculdubio multi sunt hodie ꝛ tribu iuda. idest ꝛ statu ecclesiastico qui sunt alterius cõditionis. quia scilicet multi sunt qui non habent perseueran tiam sed defluentiam. Non stabilitatem. sed laudabilitatem. Non permanentiã sed desistentiam. Unde pro certo ꝛ multus hodie potest dici illũ Esa. xij. Auferet dominus a iuda validum ꝛ fortem. qz scilicet hodie deficit in ecclesia omnis virtus ꝓseuerantie fortitudinis et laboris. Sicut enim illi de terra iuda ꝙ fuerint deo principaliter dedicati. propter tamen peccata sua ꝛ ciuitatis sue hierusalem a nabuchodonosor translati ꝛ captiuati fuerunt Juxta illud Hiere. lij. Translatus est iuda ꝛ terra sua. Sic vere ecclesiastici ꝙ nis a deo primo fuerit predilecti ꝛ ad eꝰ seruitum preelecti. quia tamẽ ꝛditi sunt quandoq; pluribus vitijs ꝛ peccatis. iõ modernis temporibus tradidit illos dominus in manu Nabuchodonosor dyaboli vel principum secularium. ꝙ bus non possunt resistere quoquo modo. a quibus tributis et seruituti bꝰ subiugãtur. et sepe de locis propꝛijs captiuantur. Treñ. j. Migrauit iuda propter afflictionem et multitudinez seruitutis habitauit inter gentes nec inuenit requiem. Et Esa. iij. Ruit hierusalem ꝛ iudas concidit. j. Macha. ix. dicitur Judas cecidit ꝛ ceteri fugerunt. Isti ergo non habent virtutem perseuerantie. ¶ Item isti non habent pre oculis statum sue ꝓmissionis ꝛ eminentie. Si enim statum suum considerãrẽt nunq; tot mala facerent vel patrarent. Quia vere charissimi hodie in iuda inueniuntur.

Proditores ꝛ malitiosi. Turbatores ꝛ litigiosi. Fedatores ꝛ luxuriosi.

Dico enim ꝙ tibi sunt malitiosissimi. proditores. vndc. Judas scariotb tradidit dominum iesum christũ. ¶ Itẽ ibi sunt litigiosi turbatores vnde. ij. Macha. xiij. Quãdiu superest iudas impossibile est pacem esse negocijs ipsi n. appellationibus ꝛ litigijs quandoq; turbant et destruunt ꝓpriam ecclesiam matrem suam. vnde zach xiij. Judas pugnabat cõtra hierusalem. ¶ Itẽ ibi sunt luxuriosissimi fedatores. vnde. iij. Reg. xxj. Peccare fecit iudam in immundicijs. Hoc ergo de iuda sufficit.

Judea. Nota ꝙ iudea dicitur regio in qua. scilicet terra promissionis tribus iuda et tribus beniamin habitabant. vnde iudea ꝛ terra iuda prout ꝙ supponunt Et interpretatur confessio vel glorificatio. ꝛ potest significare statum ecclesie militantis vel etiam statum anime penitentis. In vtraq; enim confitetur et glorificat deꝰ ꝛ vbicũq; colit et etiã adorat deus ibi est iudea vel terra iuda. In ista eñ regiõe. s. iudee. fuit christus natus ꝛ mortuus ꝛ ẽt passus resurrexit et ꝛascendit qz. s. et in anima ꝛ in ecclesia articuli de natiuitate passione ꝛc. creduntur et tenentur Sicut. n. dicitur ī ps. Notus in iudea deus in israel magnum nomen eiꝰ Nota ergo ꝙ iudea inuenitur quadruplex in scriptura scilicet iudea.

Exterior. Interior. Inferior. Superior.

Prima ẽ qdã regio corporalis De qua dicitur Joan. vij. Jesus nolebat ī iudeã ambulare. qz ꝛebant eum iudei interficere Secunda est habitatio spiritualis scilicet anima. de qua in psalmo. Facta est iudea sanctificatio eius israel potestas eiꝰ. ¶ Tertia est ecclesia viatorum de qua Actuũ. j. Eritis mihi testes ī hierusalem et in omni iudea ꝛ samaria. Quarta vero est ꝓpria seu gloria beatoruz. De qua potest dici Joelis. iij. Judea ī eternum habitabitur ꝛ hierusalem ī generatiõe ꝛ generationem. In iudea spꝛie bitant rpi cõtemptores. in iudea anime habitant virtutes ꝛ mores. In iudea ecclesie habitãt christi seruitores. In iudea vero patrie rpi speculatores. Aduerte tamen ꝙ in sola iudea solet balsamus reperiri. Quia vere in iudea. corporali preciosus inuentus fuit balsamꝰ iesus rpus ꝓ carnis assumptionem. In iudea vero spũali. s. in anima inuenitur ꝓ gratiam ꝛ deuotionem. In iudea autem inferiori. s. ecclesia inuenitur per fidem ꝛ cognitionem. In iudea insup superiori. s. in patria inuenitur per beatificã fruitionem. Unde de christo potest dici illud Danielis. xiij. Erat abacuc prophera in iudea Abacuc enim interpretatur luctator: fortis ꝛc. Sufficit ergo de iudea gra breuitatis

Judeus. Nota ꝙ iudeus potest accipi ī bono et in malo. In bono ẽtz signat fideles domini confessores quia. s. iudeus interpretat confitens vel glorificans. In malo vero designat peruersos fidei contemptores. s. sectã nequissimam iudeorum. primi iudei sunt glorificandi. Unde apostolus. j. Cozin. ix. Factus sum iudeis iudeus vt iudeos lucrificarez Secũdi vero iudei sunt vituperandi: de quibus Rom. ij. Indignatio tribulatio ꝛ angustia in omnẽ animã hois operantis malũ iudei primũ ꝛ greci. Dicam⁹ ergo primo ꝙ sunt aliqui iudei commendabiles ꝛ isti sunt iudei spirituales. i. viri deũ cõfitentes credẽtes ꝛ glorificantes Antiquitus enim nullꝰ erat populꝰ ꝙ deũ crederet vel laudaret. vel ꝙ legez dei susciperet vel teneret ꝓter pplz iudeorũ. et ideo ille solꝰ aduentũ rpi spabat. ꝛ salutem anime post mortem corporis expectabat: quia. s. illi qui sunt iudei spirituales. i. viri sancti ꝛ perfecti deum habent preceteris credere: legem eius tenere et salutez ami

Universidad de Deusto
Biblioteca

me certitudinaliter expectare Rom.j. Virtus dei est in salutem omni credenti iudeo primum t greco. Et sic de talibus spualibus iudeis potest exponi illud j. Cor. j. Judei signa petunt greci sapientiam querūt. Ubi aduerte q̄ illi qui volunt esse iudei debent habere. Eminētem perfectionem q̄ notatur per signa inquit petunt excellentem discretionem. que ostenditur in verbo sapientiam que dicitur a sapio pis. Diligentem discussionez que ostenditur in verbo querunt. Sit igitur in nobis perfectio moralis. que scilicet notatur p signa iquit Sicut enim equi t canes nobiles aliquibus signis specialib⁹ ab aliis distinguūtur Sic vere boni nobiles t virtuosi aliquibus signis spūalibus. i. aliquib⁹ virtutibus t bonitatibus ab aliis sunt distincti. Signa enim dei quibus deus cognoscit suos sunt gratie et virtutes. Et ideo sicut illi qui portant signa solent admitti ad comedendum in domibus prelatorum. Aliis vero qui signis carēt solent crudeliter repelli. Sic vere in die iudicij illi qui ista signa portabunt. conuiuiū paradisi cum angelis introibūt Illi vero qui signis talibus priuabuntur. ab hoc conuiuio repellentur Habeamus ergo signa ista quia iudei signa petunt. Apoca. vij. Signemus seruos dei nostri i frontibus. Et Ezech. ix. Signa thau super frontes virorum gementiū t dolentium ꝛc. Et aduerte sivis per que signa cognoscitur bonus equus. scilicet quando habet caput parvum macrū erectum. Aures acutas. oculos magnos. nares patulas. pedes mobiles. comā crispam Et p certo talia signa debent in nobis apparere. Sit ergo in nobis caput intentionis parum p humilitatez sit erectum per eternorum affectionem sit etiam macrū per carnis macerationez. Sint aures acute t prompte ad audiendum diuinum mandatum t predicationem. Oculi intellectus sint aperti ad videndum per discretionem. Nares etiam sint patule ad odorandum celestia: per deuotionem. Pedes sint mobiles ad discurrēdum per obedientiam et subiectionem. Coma. id est exterior apparentia sit crispa id est pulis virtutum munita p bonam t honestam conuersationez. Et procerto si ista habuerimus. equi boni. boni iudei. i. perfecti viri erimus. quia sicut dicitur Luc. xxj. Erunt. signa in sole t luna t stellis. Sol enim pater est caloris. Luna mater est humoris stelle filie sunt splēdoris q̄ vere charissimi signa virtutuz debent apparere in sole. i. in viris feruentibus charitate. In luna. i. in viris fulgentibus honestate. In dei ergo signa petunt Unde Apoca. xij. Signū magnū apparuit in celo. mulier amicta sole t luna sub pedib⁹ eius. t in capite eius corona stellarum duodecim.

Per solem intelligitur charitas. Per lunam intelligitur pietas Per stellas intelligitur honestas. Quia sicut dicitur Dar. xvj. signa eos q̄ crediderint hec sequentur bene ergo dictum est iudei signa petunt. Unde Joan. ij. Responderunt iudei t dixerūt. qō signum ostendis nobis q̄ hec facis. Patet ergo q̄ si volumus esse spirituales iudei in nobis debz esse virtuosa perfectio. ¶ Item sit in nobis discretio luminosa. que notatur cum dicitur. Sapientiā. Sapētia em̄ dicit scientia de eternis: que dicitur sapientia a sapore. quia ista est sapida t suauis: Unde Prouer. viij. Sapientia melior est cunctis opibus. Unde de talibus iudeis dicit Hester. viij. Judeis noua lux oriri visa est. Lux enim sapientiam significat Juxta illud. Eccls. ij. Ut transferrez animum meum ad sapientiam. Sit igitur in nobis discretio luminosa. ¶ Item sit in nobis scrutatio curiosa. q̄runt inquit Deū em̄ debemus querere t ipsum tamdiu querere per bona opera q̄ ipsum possimus inpatria inuenire. Unde Joan. vij. Judei querebant eum in die festo ꝛc. Unde infra de Querere. Et vide. s. de Inuenire. vbi est illa autoritas, Querite t inuenietis. Patz ergo q̄ nos debemus habere. virtuosam perfectionem. Luminosam discretionem. Curiosam scrutationem Et sic erimus spirituales iudei. Et sic dico q̄ iudeus quando q̄ accipitur in bono ita q̄ de talibus dicitur Joan. xix. Jesus nazarenus rex iudeorū. Isti sunt ergo iudei commendabiles. ¶ Secundo dico q̄ sunt aliqui iudei detestabiles. Et isti sunt illi qui modo iudei nuncupantur: t qui obstinati t excecati dco credere dedignant. Isti ei sunt illi de quibus dicit Apocali. iij. Bla spemaris ab hijs qui se dicūt iudeos esse t non sunt sed sunt synagoga sathane. Et nota q̄ iudei sunt Effrenati p seuitiam Obstinati. per malicia Aggranati per miseriā. Fuerūt em̄ effrenati xp̄m crucifigendo. Fuerūt obstinati fidem ei⁹ negando. Suntvero captiuati vel aggranati misere diuagando. ¶ Dico ergo q̄ isti habuerunt seuiciaz effrenatam. quod bñ apparuit. qz suū proprium patrē creatorem t redemptorē occidere ūt. Similes q̄busdam animalib⁹ seu verm̄ibus qui inter folia terribinti nascunt que corticem dicte arboris vnde nata sunt solent taliter terebrare. corrodere pforare q̄ quidaz p̄ciosus liquor q̄ terebintina dicitur exide compellitur emanare. Sic vere charissimi cū ista animalia seu v̄rmes. idest iudei ab arbore terebinto. i. a xp̄o geniti fuerunt t p̄ducti ipi tamen eius corticem taliter clauis et lancea perforauerūt q̄ preciosum liquorem sanguinis sui exinde cum violētia extraxerūt. Isti enim sunt qui dixerunt Joā. xix. crucifige crucifige eum. Et Jo. x. dicitur. Sustulerunt lapides iudei vt lapidarent iesum. Isti sunt sicut canes Acteonis qui sicut narratur in fabulis proprium dominū comederunt ꝛc. isti ergo habuerunt seuiciā effrenatam ¶ Deinde dico q̄ isti habent malicia obstinatā christo enim presenti credere noluerunt nec fidem eius gentibus credentibus receperunt sed eam adhuc negant t hactenus negauerūt. Plinius. n. dicit q̄ hyena concipit sine mare. sed Aristoteles hoc negat. sicut & iam dicit idem. Canis etiam primogenitus solet tardi⁹ videre t in cecitate diutius permanere. Quia vere charissimi hyena. i. beata virgo christū concepit t peperit sine mare Hoc tamen Aristoteles. i. populus iudeorum denegauit. Item. v. Negauerunt dominum dixerunt nō est ipse. Nam p certo charissimi cum deus a principio habuerit duo genera filiorum. s. populum iudaicum et gētilem istud tamen ad sensum patet q̄ primogenitus. s. populus iudaicus diutius manet cecus t a lumine fidei alienus. Alio enim populo credente iste credere noluit sed in infidelitati cecitate p̄manet et p̄mansit. Sapiē. ij. Excecauit eos malicia eor. Quod bene figuratū fuit Luc. xv. vbi dicitur. q̄ filius prodigus fuit a patre in domum cū gaudio recept⁹. De quo indignat⁹ primogenit⁹ q̄ laborabat in agro domum patrisfamilias ingredi non volebat quousq̄ in fine a patre exiuit introduct⁹. Quia. scz iudei qui sunt primogeniti filij dei: iuxta illud primogenit usmeus israel. Exodii. ij.. p̄gis t vagis gentilibus domū ecclesie p fidem reuerentib⁹. ingredi noluerūt. sed in propria p̄fidia permanserūt vsq̄ ad finem ipsum sed cum intrauerit plenitudo gentiū omnis israel salu⁹ fiet. Roma. xj. Tunc. n. crūt iudei similes crocodillo qui primo occidit hominem postmodum plorat eum. et finaliter deuorat illum. sicut dicit Plinius quia procerto iudei christum quem primitus occiderunt in fine plorabunt ad ipsum per penitentiaz reuerendo. Juxta illud Plangent eū planctu quasi super vnigenitū Et planget terra. familie t familie seorsū zacha. xij. Et Apocali. j. Tūc plangent se sup eū omnes trib⁹ terre. Ipm etiaz per fidem deuorabūt et eū fidēter corporabūt t manducabūt. Juxta illud Augusti. Crede t manducasti. Mō vtiq̄ figura f i serpente t moyse. Virgam enim conuersam in colubrum horruit moyses accipere: caudam tamen eius iubetur a domino tenere: t tūc in virgam conuertitur sicut ante sicut habetur Exodi. iij. Quia vere q̄ius moyses idest popul⁹ iudeorum horreat modo accipere credere et tenere per fidem illā virgam quam emisit dominus ex syon. scilicet dei filiū christum pro eo q̄ in colubrum. idest in carnem audit eum transmutatum in canda tamen. idest in fine per fidem apphendet. et tūc ipse conuertet in virgam. quādo scilicet illud quod solū crediderat. carnem fuisse credet simpliciter deū esse t deū in homine latuisse. Patet ergo quō

ergo quō iudei modo habēt malitiaz obstinatā. Unde Actu. xiij. increduli fuerūt iudei. ¶ Deniq̄ dico q̄ isti habent miseriam aggrauatam. Nullus enim fuit vn⁹ p̄ populus qui tot miserias t captiuitates a principio sustineret. Figurati enim fuerūt in chaym primogenitosdam qui quia occiderat abel fratrez suū. posito signo in faciem eius factus est vagus et profugus super terrā Quia vere iudei in facie cognoscuntur et quia fratrem suum christum occiderunt sicut vagi et profugi p mundum sine domicilio proprio diuagātur. Unde ℣ sec. ix. Abijciet eos deus quia non audierunt eum: t erunt vagi in nationibus. Unde Act. xviij. Precepit claudi⁹ discedere omnes iudeos a roma. Sufficit ergo de iudeis. Vide infra t christi passione.

Judicare ¶ Nota q̄ iudicare idem est quod discreto in aliqua arte dicitur q̄ ipse est homo boni iudicij. Judicium enim nihil aliud est q̄ discretio inter q̄litates et conditiōes rerū. Prouer. xxxj Discerne quod iustum est et iudica inopem t pauperem. Cum igitur scriptura agat de duplici iudicio diuino pariter t humano. ¶ Primo de humano iudicio aliquid est dicendum. Et nota q̄ iudicium in scriptura significat.

Ordinatiuā iurisditionē. Primo ergo dico q̄ p iu
Extimatiuam opinationē dicium intelligitur iuris
Executiuā condemnationē. ditio ordinativa.

Et sic sumitur in. p̄s. Ecce nunc reges intelligite eruditimini qui iudicatis terram. Judicatis inquit. i. ordinatis disponitis et gubernatis. ¶ Item per iudicium intelligitur Estimatio opinatiua. Et sic sumitur. Joannis. vij. Nolite iudicare secundum faciem sed veruz iudiciū iudicate. ¶ Item per iudicium intelligitur condemnatio executiua. Et sic sumitur Sapientie. vj. Judiciū durissimum fiet his qui presunt. Quia ergo nomen iudicij importat statuti iurisditionē negociorūcognitionē t negociorū diffinitionē bñ p̄z q̄ officiū iudicādi debz cōmitti viris autenticis et honestis. Viris prudentibus t discretis. Viris etiam deum timentibus t perfectis iudex enim in populo est sicut oculus in corpore a quo dependet regimē corporis vniuersi. Nam sicut oculus habet de coloribus iudicare. foueas et pericula p̄cauere. t p̄iudicare. t cunctis membris alijs de debito regimine prouidere. Sic vere iudex debet de coloribus. idest de personarum conditionibus discernere. reipublice p̄cula cognoscere. et omnia membra corporis. idest oēs p sonas sue iurisditionis debite gubernare Et ideo de talibus videtur dici illud p̄s. Recte iudicate filij hominū Jn quibus verbis ostenditur q̄ illi qui volunt iudicare debent habere tres speciales virtutes. scilicet. Veritatē in intentione quod ostenditur in verbo. Recte. Charitatem in affectione. quod ostenditur in verbo Filij Charitatem in cogitatione. qō ostenditur in verbo Hominū

¶ Debet enim bonus iudex habere. Intentionis rectitudinem. Recte inquit iudicate dilectiōis plenitudinē filij inquit. qui scilicet sunt qui habent naturalem dilectionem ad patrem. Discretionis limpitudinem. hominum inquit. qui scz sunt animalia ratiōabilia ¶ Dico igitur si volumus debite iudicare nos debem⁹ habere veritatez in intentione. Recte inquit iudicate. Istud enim summe pertinet ad bonum iudicem. q̄ sciliz quis quid faciat. habeat intentionem rectam. veram. iustā t honestam. Sicut enim scriptor non potest recte lineare nisi regula sua fuerit recta. Sic procerto iudex nō potest rectum iudicium facere nisi intentio sua que scilicz est regula seu forma actuum et operum exteriorum recta fuerit atq̄ sancta. Recte ergo iudicate. idest recte inter merita personarum t causarum discernite. Quia sicut dicitur. Prouerbiorum. xx. Ex studijs suis intelligitur puer si munda et recta sint opera eius. Rectum em̄ dicitur quod non pendet plus ad vnam partem q̄ alia quia vere intentio iudicis debet esse recta et iusta. ita q̄ non debet magis inclinari ad vnam personam q̄ ad alteram non plus ad amicum q̄ ad inimicum nō plus ad vicinum q̄ ad peregrinum. Recte ergo iudicate. vt sic cuilibet possit dici illud quod dictum est symoni q̄ interpretatur obediens Luc. vij. Recte iudicasti. Et ne eme. ix. Dedisti eis domine iudicia recta. Quod tamen proculdubio hodie est contra multos iudices et prelatos superiores pariter potentes qui procerto non videntur habere intentionem rectam quia scilicet non intendunt in suis iudicijs nisi propriam vtilitatem nō communem propriam lucrum non alienum. fauorem spectalem non iustitiam generalem. Quia sicut videmus q̄ nimia propinquitas alicuius rei vel nimia distantia vel aliq̄ alicui⁹ rei interpositio vel ēt oculi mala dispositio impedit in oculo rectū iudicū. Sic vere in oculo. i. in iudice rectum et verum iudicium impeditur quando p sona nimis ei appropinquat per specialem affectū. vel quando oculus iudicis est corruptus per auaricie defectum vel etiam quando aliquid interponitur scilicz aliquod munus seu precium. Potissime autez impeditur hodie rectum iudicium propter propinquitatem affectionis vt quia sibi attinet. vel quia prece vel precio ipz amat. Res etiam que est immediate super oculum ab oculo non videtur neq̄ sinit alia videri quādo vero aliquis habet aliquam personam super oculum cordis p nimiam affectionem nec ipsius demerita nec aliorum merita videntur. nec de ipsis debite iudicatur quibus potest dici hodie illud Sapien. vj. Cum esstis inquit ministri regni illius non recte iudicastis. neq̄ custodistis legem iustitie Non sic charissimi non sed recte iudicate. quia sicut dicit. Petrus Ravenensis teste cicerōe Personam iudicis exuit quisquis amicum induit Eq̄tas enim cui iudex obsequitur ignorat odium et amorē habeamus igitur in intentione veritatem. ¶ Item debet iudex habere charitatem in affectione. filij inquit. Filius enim nomen est amoris. quia scilicet boni iudices q̄ius exterius ostendant rigorem intus tamen semper debent habere charitatem compassionem et amorē Magis enim debet procedere iudex ex amore q̄ ex rigore. ex charitate q̄ ex seueritate. Sicut enim lapilli seu calculi videntur exterius duri t frigidi. t tamen interi⁹ potentialiter habent ignem. qui si colliſi fuerint, statiz exit. Sic vere charissimi boni iudices sepe creduntur eē durt. et frigidi. idest crudeles t indeuoti propter rigorē iustitie quem exterius pretendunt qui tamen in rei veritate sunt interius ignei. charitatiui t benigni. Filij ergo Et sic tales erunt illi filij. de quibus dicitur in psal. Filij tui sicut nouelle oliuarum. Oliua enim signat virtutem pietatis t charitatis. que semper debet in visceribus iudicum abundare vt scilicet benigniter t matu re possint subditos iudicare. Juxta illud Sapien. xij. tu autem dominator virtutis cum tranquillitate omnia iudicas. t cum magna reuerentia disponis nos. Isti sūt ergo filij. idest charitatiui et pij. benigni pariter. et modesti. quia scilicet bonis debent se ostendere benignos; ipsos debite promouendo q̄ius malis se debeant ostendere valde duros ipsos acriter puniendo. Exemplo leonis cuius natura est hominib⁹ valde benigna. erga vero bestias valde dura sicut potest exemplis varijs declarari quia scilicet iudex debet hominibus idest bonis p sonis esse bonus et pius. bestijs autem idest malis debet esse rigidus et austerus. filij ergo vt de iudicibus bonis dicatur illud zacha. iij. Isti sunt filij olei splēdoris Cuius tamen contrarium faciunt multi. similes formicis. de quibus dicit. Plinius q̄ hominibus nocent vrsos tamen iuuant quia scilicz mali iudices solent Lonis nocere. malos autem in sua malicia sustinere t martime si boni sint homines. idest pauperes t nudi. Alij vero vrsi. idest diuites t hirsuti. Sufficit enim talib⁹ q̄ in vrsis idest magnis diuitibus inueniunt magnuz vellus diuitiarum t munerum. contra illud. Ue qui iustificatis impium pro muneribus. t iustitiam iusti aufertis ab eo. De quib⁹ loquitur Jsido. iij. de summo bono Grauius inquit lacerantur pauperes a pravis iudicibus q̄ a cruentis hostibus Nullus enim predo tam

Universidad de Deusto

crudelis in alienis quantummalus iudex in suis. Jili. ergo non sunt dom filij sed mali similes filijs samuel De quib⁹ dicit.j.Reg.viij. ꝙ cū senuisset samuel posuit filios suos iudices israel.qui declinauerunt post auaritiam acceperunt munera et puerterūt iudicium. Quia procerto istud est verum ꝙ quando ardor auaricie in corde iudicis incalescit.statim ab eode amor et pietas euanescit Calor enī exterior innaturalis mortificat calorem interiorem et etiam naturalem humorem vero solet cōsumere et penitus desiccare sicut patet in aceto. Nam vinum calidum propter calorem acris circunstātis efficitur frigidum ꝛ siccum. Sic vere dico spiritualiter ꝙ calor exterior idest auaricia a bonis exterioribus introducta. calorem ꝛ humorem.idest charitatem ꝛ pietatez interioris conscientie habet destruere.ꝛ ipsum penitus eneruare.Et ideo precipitur Exodi xviij. Provide inḋt de omni plebe viros sapientes et timentes deum in quibus sit veritas et qui oderint auaritiā qui iudicent populum omni tempore. Mō sic ergo.ſz habeat iudex charitatem et affectionem filij inquit. ¶Item iudices debent habere claritatem in cognitione qꝛ scilicet debent esse filij hominū.idest imitatores personarū rationabilium. Debent enim esse sapientes et prouidi.ꝛ discreti. vt cognoscant quid sit agendū vel etiam quid omittendum. Si enim equus cecus in quadriga primus iret.totum in precipitium laberetur. Quia sicut dicitur Mathei.xv. Si cecus ceco ducatum prestet ambo in foueaz cadunt. Sicut bene patuit in iameeh: qui cecus existēs loco bestie hominem interfecit sicut dicitur in historia scholastica. Sicut etiaz patuit in Samsone. qui cecus factus cum colūnas domus teneret se ꝛ alios interfecit sicut dicitur. Judicum.xvj. Quia vere iudex qui est cecꝰ ꝙ ignorantiam nescit bene iudicare de meritis personarum Sepe enim fit ꝙ credit esse bestiam illum qui ē homo.idest ꝙ credit esse malum illuz qui est bonus. ꝛ sic vnum loco alterius sepe punit. Et ideo necesse est ꝙ sit homo.idest persona rationabilis et discreta. Sicut ꝛ Salomone dicitur.iij. Regum.iij. Cognouerunt sapiētiam dei esse in eo ad faciendum iudicium Et in psal. dicitur. Et nunc reges intelligite.erudimini qui iudicatis terram. Unde de quolibet discreto iudice potest dici illud.j.Cor.ij. Animalis homo non percipit ea.q̄ sunt spiritus dei. spiritualis autez iudicat oīa. Ꝑz ergo quomodo iudex debet habere.

Puram intentionem.
Veram dilectionem.
Claram discretionem.

Recte inquit iudicate filij hominum. Judicium ergo signat iurisditionē ordinatiuaz. ¶Secundo principaliter dicam ꝙ iudicium signat estimationem opinatiuā et sic iudiciū in malo signat vitium ꝛ tractionis.explorationis opiniōis. Sunt enī multi q̄ de factis et dictis oīum volunt opinari. iudicare et determinare.ꝛ hoccō muniter non in bono sed in malo quia sepissime accidit ꝙ illud quod factum est ab aliquo bona intētione.mali iudicant illud esse factum mala intentione Ultiū enī oculi facit ipsum male ꝛ rebus iudicare. sicut patet ꝛ frenetico qui iudicat in parietib⁹ esse imagines que tamen sunt interius in sua fantasia in cerebri concauitate. Turbidus etiam oculus in candela videt circulum qui tamen circulus non est in candela. sed est defectus in oculo qui non finit eū bene iudicare. Sic vere charissimi mali et defectuosi non iudicant hodie de negocijs secundum ipsorum conditionem et valorem sed secūdū suam propriam malam opinionem ꝛ errorem. Unum enim illud quod in se sentiunt. in alijs credunt esse et ideo de alijs ꝛ aliorum operibus iudicant semper malū quod vtiq; non proueniet ex aliorum prauitate. sed ex sua propria malignitate. Tales reprehendit apostolus Roma.xiij. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? domino suo stat aut cadit in quo enim alium iudicas.teipsum condemnas. Christus etiam dicit in euangelio. Nolite iudicare et non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini Matth.vij. Unde nota ꝙ istud iudicium opinatiuum decipitur tribus modis Ipsum enim decipit.

Familiaritas.
Amoris quantitas.
Odij prauitas.

Dico familiaritas. Nam sicut dicunt astrologi. Stella quando est in puncto meridiei vbi constat ꝙ nobis ē vicinior videtur tunc temporis esse minor quia vere nescio quomodo fit ꝙ illi qui sunt nobis vicinjores ꝛ familiariores videntur nobis imperfectiores ꝛ minores ꝙnis in rei veritate sint ceteris meliores. Unde de quadā domina francie narratur. Quod cum militem virum suum sub incognito habitu semel videret in quodam facto armorum strenuissime se habere. ipsuz ꝛ strenuitate vltra modum cōmendabat nesciens quis esset tandem tamen comperiens ipsum esse virum suum strenuitatem suam quam prius commendabat incepit cōtemnere.dicēs in gallico. Fij au deable cestle nostre.hoc est dictu. Deu ex parte diaboli iste est maritus noster. Ecce ergo quomodo iudicium istius mulieris precedēs familiaritas perturbauit. Bene ergo dicit. Innocentiꝰ libro de conditione humane nature. Crudelitas odiuz familiaritas parit contemptum. Unde talis potest dicere illud.j. Corinth.x. Libertas mea iudicatur ab aliena conscientia. Judicium ergo impedit familiaritas.

¶Deinde dico ipsum impedit amoris quantitas teste enim Seneca. Amor iudicium nescit Illud enim qō amatur semper melius ꝙ̄ sit esse iudicatur. Sicut enim res propinquior. falso iudicatur esse maior. Sicut patet in luna que ꝙ̄is sit minor omnibus stellis quia tamē est nobis proximior. videtur et creditur esse maior. Sicut insuper vna stella videtur esse due si visus attentissime feratur in ipsum. Unum etiam granū rotundum videtur esse duo. si cum duobus digitis primis simul immediate tangatur. Sic vere sit ꝙ ille qui nobis per cognationem et amorem amplius primatur a nobis maior et melior iudicatur. Nam si oculus cordis ad considerationem bonorum alicuius persone per affectionez excessiue se dirigat illud procerto quod nō est nisi vnū credit esse duo quia scilicet ipsum iudicabit duplo meliorem ꝙ veritas requirit. Quod vtiq; videtur in multis prelatis qui cognatos ꝛ nepotes suos iudicant meliores ꝛ ideo ipsos faciunt in dignitatib⁹ potiores. quādo enim parua ꝛ minuta litera videtur mediante aliquo grosso medio. scilicet cristallo seu vitro grossiori et apparentior ab illis qui habent visum ꝛbilem iudicat ꝙ̄is in veritate litera semper eadem perseueret ꝛ pmaneat. Sic vere quando prelatus vel iudex habet visum discretionis debilem et ineptum tunc ille quē videt mediante grosso medio.i.mediante carnali affectione. ab ipso grossiori me'ꝺio et perfectiori iudicat ꝙ̄is in se parum imperfectus et modicus dinoscatur. Ideo talib⁹ ita carnaliter iudicantibus dicitur. Joannis.viij. Vos secundum carnem iudicatis. Impedit ergo iudicium amoris quantitas. ¶Dico demiq; ꝙ verum iudicium impedit odij grauitas. Sicut enim res ꝙ̄ ꝙ̄ sit in veritate magna ratione remotionis iudicatur multotiens ee qua. Ille etiā qui est i mari i aliqua naui. iudicat ꝙ circumiacentia littora moueantur. que in veritate non moueantur ipse vero existens in naui. mouetur et agitatur Sic. pculdubio charissimi illi qui ab aliquo sunt remoti per odium ꝛ rancorem: et qui in mari. idest in amaritudine inuidie vel tristitie. iracundie motib⁹ contra aliquem agitantur. illos qui in veritate sunt stabiles atq; magni. idest viri notabiles ꝛ perfecti. et in moribus bonis; virtuosi. iudicant esse mobiles atq; paruos. i. imperfectos: inconstantes: ꝛ a quantitate virtutuz omnino. destitutos. Quia breuiter istud est verum ꝙ motus odij ꝛ rancoris facit de alijs indebite iudicare. Mō patz in detractoribus et hypocritis. qui de factis aliorum solent iudicare ꝛ male de omnibus opinari. Non enī possunt iudicare de aliquo ꝙ sit bonus. Sicut enim teste.

Jsidoro

Jsi dozo: lapis qui dicit elitropia ita illudit oculos circunstantium ꝙ solem facit rubeum ꝛ sanguineū ꝙ̄is sol in veritate semper sit lucidus ꝛ clarus. Sic procerto odium ꝛ invidia taliter peruertit oculos. idest iudicia detractorū. ꝙ illos qui sunt lucidi atq; clari. idest boni discreti ꝛ perfecti: iudicant esse sanguineos ꝛ carnales. Ulī de istis potest dici illud. Ecclesiastes.x. In via stultus ambulans: cum et ipse insipiens sit omnes stultos estimat. Talibus potest dici dyabolus de quolibet viro bono illud quod dixit de christo pylatus. Accipite eum vos ꝛ secundum legem vestram iudicate. Joā.xv ij. Isti debent audire verbum Hiero. in homel. Melius est inquit, tacere ꝙ̄ aliquid temere iudicare. Tales enī reprehenduntur in ps̄. Usq;quo iudicatis iniq̄tatem ꝛc. malum enim est scōm apparentiam iudicare. quia sepe fit ꝙ ille qui exterius apparet exaliquibus accidentib⁹ esse malus: est intus in conscientia valde bonus Si enī ossa ex apparentia iudicarentur intus sicut extra durissima crederentur. q̄ꝛe tamen sunt interius medulosa. Quia vere sepe fit ꝙ aliquis exterius videtur esse dur⁹ ꝛ indenorus. qui tamen intus in corde et in conscientia est valde bonus. ꝛ medulla charitatis et gre totus plenus. Bene ergo consulit saluator. Joan.vij. Nolite iudicare secundum faciem. sed iustum iudicium iudicate Impedit ergo veram iudicium. i. veram opinionem et estimationem. Odij prauitas amoris quantitas familiaritas. Et sic patet secundum principale. scilicet. ꝙ iudiciū signat opinatiuam estimationem.

¶Tertio principaliter dico ꝙ iudicium signat executiuam condemnationem Et sic potest accipi ꝙ extremo iudicio. Sed de hoc vide infra in titulo sequenti.

A **Judiciū diuinū.** Nota ꝙ iudicium diuinum est in duplici differentia. Est enim vnum iudiciū particulare. Aliud erit vniuersale. Primū est valde nobis occultum. Secūdum erit omnibus manifestum. Primum quotidie celebratur. Secundum in fine temporum expectatur. De occulto ergo primo dei iudicio potest dici illud ps̄. Judicia tua abyssus multa. Nam sicut abyssus est lacꝰ profundissimus cuius profunditas non attingitur nec videtur. quia scilicet splendor lucis create ad tantā profunditatem attingere nunq̄ pōt. Sic vere occulta dei iudicia ita sunt excellentia et profunda ꝙ lux humane ꝛ create scientie ad eorum cognitionem seu noticiā non attingit. Quia ꝙ̄is effectus iudiciorum domini quotidie videamus causas tamen eorum ignoramus quia scilicet effectus sunt visibiles. cause tamen eorum imp scrutabiles Quod admirans apostolus Roma.xj. dicebat O altitudo sapientie ꝛ scientie dei ꝙ incomprehensibilia sunt iudicia eius: ꝛ inuestigabiles vie eius. Sicut enim videmus ꝙ in camera parlamenti recōduntur secreta iudicia. que tandem exterius publicantur ꝛ per manus baiulorum ad executionem debite demandantur. Sic vere in camera secreta diuine voluntatis ordinantur iudicia summi regis ibiq; secretissime primitus diffinitur quicquid in reb⁹ humanis per manus baiulorum: idest angelorum diuina profunditas operatur.

B ¶Nota ergo. ꝙ ista iudicia sunt.
Commendanda.
Formidanda.
Meditanda

Debent enim ab omnibus commendari. quia scilicet constat ꝙ semper habent iustitiam anneram Unde dene laudabat eum illa anna Thobie. iij. Justus es domine et omnia iudicia tua iusta sunt. ꝛ omnes vie tue misericordia et veritas. ¶Item debent ab omnib⁹ formidari. Sicut enim homo quando audit tonitrua et chozusciatiōes: solet valde timere: ꝛ hoc ne fulgur denubibus exeat ipsumq; peutiat et occidat. Sic vere quia quotidie audimus tonitrua diuinarum comminationum. et videmꝰ chozusciatiōes suarum terribilium ordinationum in merito debemus timere: ꝛ ne forte per fulmen sui occulti iudicij feriamur continue formidare

Sic timebat dauid cum dicebat. Cōfige timori tuo carnes meas. a iudicijs enim tuis timui. ¶Itez debent ab omnibus meditari. Jurta illud ps̄. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine et consolatus sum magna enim est consolatio bono viro quando considerat iudicia dei scilicet qualiter subito et vltra humanā opinionem consueuerunt malos deijcere: bonos defendere fortes probare humiles exaltare. ꝛ iniquos in presenti remunerare. In isto enim dei admirando iudicio fuit. Aman deiectus fuit Daniel a leonibus protectus fuit. Dauid electus fuit fortis Job pbatus. fuit humilis. Joseph sublimatus fuit etiam diues epulo in mundo remuneratus. Fit enīz dei ignoto et iusto iudicio vt mali hic rideant vt in fine extermmentur. Jsta igitur sunt a bonis considerāda. ꝛ p consolationē hūda ꝓmue meditāda. sicut faciebat Dauid cū dicebat. Cognouī dñe q: ē ꝙ tas iudicia tua. ꝛ in veritate tua humiliasti me. Et alibi dicit. Judicia eius in cospectu meo semper. Considranda sunt ergo. Unde Gregorius in moralib⁹ dicit. Judicia dei dum nesciuntur non audaci sermone discutiēda sunt. sed formidoloso silentio veneranda ꝛc. De occultis dei iudicijs omitto: quia infra de prouidentia diuina plurima sunt dicēda ꝛc. Ubi inuenies figuras varias et exempla. Hoc solum ad presens aduerte ꝙ deus similis videtur cuidā lapidi magnetis q̄ est i ethyopia Dicit enim Jsido. ꝙ magnes inuenitur in ethyopia q̄ habet plures angulos diuersarum ꝛ contrariarum virtutum. Nam in vno angulo ferrū attrahit in alio vero angulo ferrum a se reijcit ꝛ repellit. Sic vere charissimi deus videtur habere plures angulos. i. plures prouidētie sue differentias ꝛ modos. Jlle enim vnus ꝛ idem existens aliquando vtitur virtute attractiua ad ferrum. i. ferreos peccatores ad penitentiam conuertendo. sicut patuit in paulo et maria magdalena. Aliquando vtiturvirtute expulsiua ipsos a sua gratia repellēdo. idest in peccatis ipsos dimittendo: ꝛ ad mortem eternam finaliter reseruando. Sicut enim dicitur Roma.ix. Cui vult miseretur deus et quem vult indurat. Malach.j. Jacob dilexi. Esau autem odio habui Judicia ergo dei sunt. Meditanda. Timenda et Laudanda. ¶De extremo autem iudicio ꝙ̄is sit materia terribilis ꝛ profunda: ꝛ nobis inexcogitabilis et ignota: possumus tñ secundum facultatis modulū aliq̄d balbutire. ¶Notemus ergo ꝙ sicut reges et principes solent assisias suis certis tēporibus statuere vbi solet causas et negocia diffinire. Sic vere rex regum deus vnam magnam assiam seu vnum magnum parlamentum ꝛ constitutionz ordinauit: in quo in fine temporū omnes homines iudicabuntur et in quo salutis vel damnationis negocia norma iustitie decidētur. Unde apostolus dixit Actu. xvij. Statuit dominus diem in quo iudicaturus sit orbem terre in equitate. De isto vero die et de isto parlamēto mirabilia dicit scriptura. Uocat enī ipz Sopho. j diem ire: diem calamitatis et miserie: diez tribulationis et angustie. diem tenebrarum ꝛ caliginis diem nubis et turbinis. diem tube ꝛ clangoris. Quia procerto charissimi tdies illa erit amarissima peccatoribus qui ibidem perpetuo damnabuntur. Sicut enim mustella si ruta munita sit basiliscum inuadit et superat. Sic vere christus ruta' amare seueritatis armatus basiliscos. idest dyabolum et reprobos tunc temporis superabit ꝛ etiaz perpetuo condemnabit. Soph.j. vox dici domini amara tribulabitur ibi fortis. Sicut enim artes quandoq; retrocedit vt tandem reuertēs durius percutiat resistētem. Sic vere deus dum durat vita presens videt retrocedere penam peccatis debitam dissimulando et peccatores in hoc seculo non puniendo. In die vero iudicij cōtra peccatores qui modo resiliunt ipsius voluntati venient obuius ꝛ festinus ipsoq; dure percutiet et damnabit. quia sicut dicitur. Prouerbiorum. vj. zelus et furor viri non parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiusq; precibus nec recipiet pro redemptione dona plurima. Si

Universidad de Deusto

cut em aries dicit veruex ꝑm Jsido. co ꝙ vermem vehat quia scz vermem habet in capite ꝑ. quē excitat ad alios ferendū. Sic vere xps qui modo est agnus per benignitatem: tunc vero fiet aries ꝑ seueritatē ⁊ vermem seuere iustitie. tunc in capite diffinitionis sue portabit. q̄ ipsuz ad puniendum damnandum ⁊ iudicandum reprobos excitabit. Psal. Excitatus est tanq̄ dormiens dominꝰ ⁊ tanq̄ ⁊c. Sicut ergo video q̄ in mundi iudicijs seruatur ordo qz scilicet oportet q̄ assissia ꝓconizetur. q̄ locꝰ determinetur q̄ reus citetur q̄ iudex ibi ꝓsentet. ¶ Itē necesse est q̄ ibi sint. Accusantes Assistentes Testificates. ¶ Item necesse est q̄ ibi sit. Testium publicatio. Sententie diffinitio. Sententie executio. ¶ Sic procul dubio charissimi dico. Quod de futuro iudicio.

Dies est ꝓconizatus.
Locus est determinatus.
Mundus est totus citatus.
Judex est totus paratus.
Item ibi erunt accusatores.
Magne improbitatis.
Assistentes magne autoritatis.
Testes maxime veritatis.
Publicatio maxime claritatis.
Diffinitio dure seueritatis.
Executio dure penalitatis.

In his em̄ decē particul' cōsistit tota materia iudicij finalis. dico ergo ꝓmode iudicio q̄ dies ipsiꝰ est preconizatꝰ. Sicut enim dicit ꝓphꝫ exit regis apumde alueari sue longe ante solet prescirı. ⁊ quibus dam signis et strepitibus ante triuz dieruz spacio precognosci. Sic vere futurus exitus regis de paradiso ad iudiciū a magnis tēporibus est ꝓconizatus. ⁊ ꝓphetarū vaticinio ꝓclamatus et tribus, diebus ante. idest tribus mundi temporibus. scz tēpore legis nature. legis scripte legis gratie: a sanctis patribus ꝓdicatus ꝓma. n. die. f. tpe legis nature preconizauit ipsum Job. xix. Fugite inquit a facie gladij. quoniā vltor iniquitatum gladiꝰ est. ⁊ scitote eē iudiciū. Scda die scz tpe legis scripte ipm̄ ꝓconizauerunt multi. ⁊ inter ceteros Esaias dicēs. Esa. ij. Dominꝰ ad iudicium veniet cū senibꝰ populi sui. Et Jochis. iij. Veniet dies domini magnus ⁊ horribilis. Et in infinitis aliis locis. Tertia aūtore. scz. tpe legis gre ipuz ꝓconizauit ꝑsonaliter ipse iudex. Joan. v. Pater omne iudiciū dedit filio. Apostolis etiam dicit Actuū. xvij. Statuit dominus diem in qua iudicaturꝰ est orbem terrarū. Iz finaliter in ista vltima die. f. in fine temporis gratie. fiet alia magis cuidens ꝓconizatio que scz fiet per signa: qz sicut dñs Hieronimꝰ inuenit scriptum in annalibus iudeoꝝ. Quindecim signa iudicij illud ꝓcedent. q̄ sui terribilitate istius diei terrorem ⁊ asperitatē: ⁊ iudicis. rigorem ⁊ seueritatē manifeste significabunt et ostendent. Jsta autem signa precedentia quia satis communiter sunt vulgata no lui hunc operi inserere. ⁊ maxime cū nesciatur si sint vera. Hic est ergo dies preconizatus potissime aūt preconizabit per turbam angelicam et per ignem conflagrationis. Quia sicut dicitur. j. Cor. xv. In momento ictu oculi. in nouissima tuba fiet iudiciū In canonica etiā beati Petri. j. Petri. iij. dicitur Quod ignis conflagrabit mūdum ⁊ purificabit omnia elementa. Sicut enim dicitur in ps̄. Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius. Et forte iste ignis poterit multa facere q̄ i iudicio vel ante iudicium sint futura. qz scilicet per ignem mōtes et valles ad cqlitatis planiciem deducentur. Et Baruch. v. Constitui dñs humiliare omnem mōtē excelsum: et conualles replere in equalitate terre. Tunc enim erūt prauа in directa: ⁊ aspera in vias planas Esa. xl. Per ignem turres ⁊ edificia destruent. Per ignem elementa purificabuntur. ⁊ a sorde quam a peccatis hominum contrahunt purgabuntur. Per ignem fluctꝰ fontium ⁊ fluminum terminabūtur. Per ignem herbe ⁊ arbores: bestie ⁊ volucres. pisces ⁊ serpentes ⁊ cuncta q̄ in mundo sunt sensibilia vel vegetabilia siccabuntur. Ignis enim secūdum sanctos. xl. cubitis ascendet super altiores mōtes mundi. sicut aqua in tempore diluuij legitur ascendisse Tunc em̄ qz cessabit motꝰ celi necesse erit cūcta ghabilia ⁊ corruptibilia cessare. ignis ergo ille erit vltimꝰ ⁊ ime diatus nuncius ⁊ vltimus preco' istius diei. Unde Esa. vltimo. Ecce dominꝰ in igne veniet: et quasi turbo quadrige eius. reddere in indignatione furorem suum. ⁊ increpationem suam in flamma ignis: quia dominus in igne diudicabit et in gladio suo ad omnē carnē ⁊ multiplicabuntur interfecti a domino. Dies ergo iudicij ē preconizatus. ¶ Secundo dico. q̄ locus iudicij est determinatus. quia scilicet in monte oliueti in valle iosaphat: que est in decliui dicti montis erit iudicium sicut dicitur Joel. iij. Sicut enim iudex habet ponere sedem in loco medio et communi: vt in vtroq̄ latere possit adcum haberi accessus. Sic vere christus sedez iudicij sui constituit in loco communi ⁊ medio. idest in vicinitate in dicta valle. vbi dicitur esse medium mūdi vt ab vtraq̄ pte mundi possint mortui equaliter aduenire Jn ps̄. em̄ dicitur. Jherusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid. Joelis. iij. dicitur Congregabo inquit omnes gentes ⁊ deducā eas in vallem Josaphat ⁊ disceptabo cum eis ibi. Juxtum est enim q̄ in patria in qua dominus in forma serui exiit it iudicatus in eadem in forma regis ⁊ domini iudicet vniuersos. Dico ergo q̄ locus iudicij est determinatus. ¶ Tertio dico q̄ ad iudiciū mundus est citatus. ibi em̄ oportebit personaliter comparere omnes illos qui sunt fuerunt: ⁊ erunt. Quia teste apostolo. Omnes nos manifestari oportz ante tribunal christi vt vnusquisq̄ recipiat put in corpore gessit: siue bonum fuerit siue malum. ij. Cor. v. Sicut enim dicit Plinꝰ. Catuli leonis mortui nascuntur. sed post triduum leo fortissime clamat et rugit ita q̄ totum cubile tremere facit. ad cuius clamorez catuli a morte suscitantur. ⁊ vitam recipiunt ⁊ colcquūtur. Sic vere charissimi: cum nos oēs nascamur mortui vel mortales leo de tribu iuda pater noster post triduū. i. post q̄ tps nature. tps scripte legis: tps gratie cōpletum fuerit ⁊ finitum fortissime per ministerium angelorum clamabit: ⁊ nos omnes ad iudiciū vocabit et ⁊ citabit, Totum. etiam cubile huiꝰ mūdi terrebit ⁊ cōturbabit. et nos alios catulos suscitabit et viuificabit. Dicit. vj. Viuificabit nos post duos dies. die tertia suscitabit nos. Et vere charissimi. ista vox erit terribilis. ⁊ stupenda: quia cum leo rugiet. quis non timebit? Amos. iij. Ipse enim rugiet: ⁊ formidabunt filij maris. Dicit. xj. Jsta vox dei nihil aliud est q̄ tuba angelica de qua dicit j. Cor. xv. Canet enim tuba: ⁊ mortui resurgent incorrupti. De quo Chn. Uere inquit magna vox illa cui cūcta obediunt elementa q̄ petras scindit. inferos aperit monumēta frangit. vincula mortis dissoluit. tumulos reserat. mortuos resurgere facit et ad iudicium venire compellit. De ista etiam vocali citatione dicit Hiero. super Math. Quotiēs inquit diem illum cōsidero: toto corde contremisco. Nam siue comedam siue bibaz siue aliquid aliud faciam. semper videtur sonare in auribus meis illa vox. Surgite mortui: venite ad iudicium Dico ergo q̄ ad iudicium est mundus citatꝰ. ¶ Quarto dico. q̄ ad iudicium est iudex paratus. Judicis enim presentia est vnum de essentialibus iudicij. Et ideo iudex dei filius ibidem personaliter aduenit qui singulis singula iuxta merita sua reddet. Et aduerte q̄ iste iudex valde est metuendus Quia eius.

Presentia est impassibilis.
Potentia est insuperabilis.
Scientia est infallibilis.
Justitia est inflexibilis.
Iracundia est implacabilis.

Dico igitur q̄ huius iudicis presentia non preuidebit Unde dicitur. Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. j. Thessa. v. idest subito et occulte et ex improuiso. quia dicitur Math. xxiiij. Sicut enim fulgur exit ab oriente et apparet vsq̄ in occidentem. sic erit et aduentus filij hominis. Fulgur enim subito ab oriente in occidens se diffundit. et quicquid durum inuenit: inflammat penetrat atq̄ scindit. Quia vere subito christus ad iudicium

apparebit

¶ Tertio dico ꝙ inuenitur lancea locutionis: quam debet habere doctor predicans. Uerbum enim dei lancea dr. p eo ꝙ inde auditor corditus vulneraf. Et ſi vis dic: quō lancea verbi debet esse acuta: per reprehensionem. Plana per moderationem. Suauis per monitionem ⁊ consolationem. Longa per deliberationem. Recta per veritatis ⁊ iustitie annunciationē Polita per honestam ⁊ pulcram locutionem. Unde de talibus lanceis: dr. Jhier. xlvj. Preparate scutum ⁊ clipeum: ⁊ procedite ad bellum scz o vos predicatores. Sequit: state in galeis: ponite lāceas: induite vos loricis. Ita procerto faciebāt antiqui sancti viri q̄ terrā negotia dimittebāt ⁊ vbi lāceā assumebāt: ⁊ pdicatores fiebāt. Sicut apparuit in petro ⁊ helyseo: q̄ ō piscatore ⁊ bubulco facti; sunt pdicatores apli ⁊ pphete. Uñ isti vident fecisse. Juxta illō. Joel. iij. Cōcidite aratra vra in gladios ⁊ ligones vros in lāceas. Cuiꝰ tñ peul dubio est hodie contrarium: qz. s. rustici nō quertunt ligones suos in lanceas: imo ꝓcerto viri ſapientes ⁊ docti conuertunt suas lanceas in ligones: in⁹ium. s. officium predicationis deserunt: ⁊ ad terrena negotia se quertunt. Sicut ptz in plātis nris hodie: q̄ de pdicatiōis officio nihil curāt: mūdi ꝛo negotijs ꝛsꝰ

vacant. Jxta illud. Esa. ij. Conflabunt gladios suos in vomeres: & lanceas suas in falces. Uñ tñ videt veri ficatum illud .j. Reg. xiij. Non est inuentus gladius aut lancea in manu totius populi ꝓter Saul & Jonathan. Quia reuera tales lancee hodie de nñis manibus: exceptis paucissimis: defecerunt. Jsta est ergo lãcea locutionis seu oſonis quam debet habere & gestare doctor predicans. ¶ Quarto dico. q̄ inuenit lãcea cõpassionis: quã dz habere diues claudicans: hec est elemosyna. Jsta est eñ lancea cum qua diuites & etiã alij peccatores possunt contra dyabolum se tueri. Et ista similiter dz esse plana recta & longa. Plana dico & benigna & benivola ꝛ cũ vultu placido & iocundo. Jxta illud. Eccl. xxxv. Jn oi dato tuo hylarez fac vultum tuum. Recta etiam: q̄ de suo nõ de alieno debet fieri elemosyna. Thob. iiij. Et tua substantia fac elemosynã: & ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Longa insup: q̄. s. diu dz perseuerare: & nunq̄ q̄diu poteris deficere nec cessare. Uel lõga dz esse: q̄. s. etiã vsq̄ ad illos q̄ longe sunt se extendere dz. & tam ꝓpin quos q̄ extraneos adiuuare. Ut sic dicat illud. Esa. lvij. Reddidi consolationes ipsi: pacem ei qui longe ꝛpo est & qui ꝓpe. Et breuiter ista est lancea contra diabolum ꝓpugnatrix. De qua dz. Eccli. xxxix. Conclude elemosynã in sinu paupis: & hec ꝓ te exorabit: ab oi malo. Sequit. Sup scutum potentis: & sup lanceaz aduersus inimicuz tuũ pugnabit. Et sic ptz quõ lãcea q̄druplicit sumit i bono mõ seu ẽt i bono signi ficato. Sz reuera adhuc dico: q̄ lãcea põt sumi i malo significato. & sic notabo q̄ i scriptura reperit. s. lãcea.

Detractionis. Detractor lanceat virum inocentem.
Proditionis. Uñ de caldeis contra
Direptionis. filios israel venientibus dicitur
Temptationis. Judith. ix. Quod isti in sagi-
Damnationis tis suis & in lanceis gloriãtur

Quia .s. sicut dicitur. Hiere. ix. Sagitta vulnerans lingua eorum. Proditor lanceat virum confidentem sc̃z ꝓpium amicum. Uñ. puer. xxvj. Sicut noxius est qui mittit sagittas & lanceas in mortem: sic qui fraudulenter nocet amico suo. Tyrãnus seu direptor lanceat virum indigentem & virum inocentez sc̃z pauperem se defendere non valentem. Uñ de impio saul dz. j. Reg. xix. Qui nisus est saul lancea percutere dauid i. pauperem. Temptator lanceat iustum nõ cauentez sibi. Unde dyabolus figuratur in Joab. ij. Reg. xviij. Qui infixit tres lanceas in corde absalon. Quia reuera. Joab. i. dyabolus: tres lanceas: i. deest tres species principales temptationũ: sc̃z superbiam: auariciã & luxuriam: infigit in corde hominis q̄n põt: ipsumq̄ spũaliter destruit & occidit. Unde iustus exortus lãceas temptationum istius hostis dicit. Job. xvj. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Sequitur. Circundedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos: nõ pepercit: & effudit in terra viscera mea Dãnator lanceat prauũ delinquentem: q̄. s. cz ꝛps qui est iudicando ordinarius damnator: vel dyabolus q̄ est sententie executor: lancea seu punctura dãnatiõis & mortis vulnerat delinquentẽ. Unde de ꝛpo futuro iudice dicitur. Sapiẽ. v. Acuet diram iram in lanceã & pugnabit pro eo orbis terrar ꝓtra insensatos. Sic ergo ptz quõ tã in bono q̄ in malo significato lancea sumit multis modis: vide de sagitta: & gladio ꝛc.

Languor. languere. langui

dus Nota q̄ languor videtur esse quid medium inter actualem infirmitatem & realem sanitatem. Lãguor eñ signat lentitatem seu tarditatẽ vigoris cum defit desiderio attingendi pfectionem finis. Jgit sicut dñs dicit Mauricius dico: q̄ in scriptura inuenitur Languor Naturalis: & est singulorum.
Uirtualis & est perfectorum.
Criminalis: & est iniquorum.
Temporalis. & est miserorum

Eternalis & est damnatorum.

¶ Primo ergo dico q̄ languent singuli naturaliter Natura enim humana pro tempore huius vite valde est languida: & in suis operibus imperfecta. A plãta eñ pedis vsq̄ ad verticem nõ est i ea sanitas. ꝓmittitur. Omne eñ caput languidum: & oẽ cor merens. Esai. j. Constat enim q̄ dum hic viuimus multis laboribus subiacemus. Et ideo multi fuerunt antiquit̄: qui vitam languidaz abhorrentes: mortem vita beatiorem dicebant. Et ideo in puerperijs plorabant: & in funeribus amicorz gaudebãt: sicut de thracibus aliquibus populis exemplificat. Solin⁹ & Valerius Maximus. li. ij. ca. j. Ad quod facit etiam scriptura. Ecclesiastici. xxx. Melior est mors q̄ vita: & requies eterna q̄ languor perseuerans. Natura eñ humana subiecta est.

Languori doloris & infirmitatis.
Languori laboris & penalitatis.
Languori timoris & stupiditatis.
Languori corporis & debilitatis.
Languori erroris & fatuitatis.
Languori meroris & flebilitatis.

Dico ergo q̄ languet natura ꝓ dolorem & infirmitatem. ij. Reg. xvj. Factum est vt egrotaret filius matrisfamilias & erat lgãuor fortissimus. Et. ij. Paral. xxj. Tu aũt egrotabis languore pessimo. Jtẽ languet natura ꝓ laborem & penalitatem. Uñ illud ps. Oculi mei languerunt ꝓ inopia. Osee. v. Uidit effraym languorem suum: & nudas vinculum suum. Item languet natura ꝓ timorem & stupiditatem. Uñ. Sap̃. xvij. Ibi cum versu pleni dolore als timore languebant. Jtez languet natura: ꝓ torporem & debilitatem. Malach. j. Si offeratis claudum cecum: idest: languidum nõne malum est? Jtem languet natura per errorem & fatuitatem: ita eñ languent ingenia sicut corpora. Ille eñ in animo languere dicit: qui nulli certo inhereti sed vndiq̄ ꝓ dubitatiões & qões vagatur. vñ. j. Thi. vj. dz: q̄ q̄ non acquiescit sanis sermonibus superbus est & nihil sciens: sed languens circa qões & pugnas verbor. Item languet natura per merorem & flebilitatem: hoc est dictum: per tristitiam. vñ. j. Mach. vj. Ut audiuit rex sermones istos expauit & cõmotus est valde & decidit in lectum & incidit in languorem pre tristitia. Jsti sunt ergo languores humani videlicet.

Meroꝛ. Jstos eñ languores vt in nobis cura
Erroꝛ. ret ꝛps assumpsit. & pro nobis langui
Torpoꝛ. dus factus fuit. Esa. liij. Uere lan-
Timoꝛ. guores nostros ipse ptulit: & dolores
Laboꝛ. nostros ipse portauit. Sic ergo patet
Doloꝛ. quomodo languent singuli naturaliter. ¶ Secundo dico: q̄ languent deuoti ꝟtualiter. Et sic dico q̄ iusti languent. ꝓpre dilationem celestis: patrie. ꝓpre dilectione vnionis diuine. ꝓpe incursione mũdi & miserie. Et sic dico q̄ apõ iustos ẽ lãguor

Desiderans. De languore deuotionis: ꝓ quẽ
Cõsiderans. celestia desiderantur. dz. Hiere. ij.
Reuerberans Quod neemias desiderans reparationem hierusalem & populi israelitici reditum in eandem: leuauit vinum. i. feruorem deuotionis: & dedit regi. i. ꝛpo. Et sequitur verbum ipsius Neemie. Et eram inquit languidus ante faciem regis. s. pre desiderio celestis hierusalem. ¶ De languore dilectionis: quo deus & homo confederatur dicit. Cant. ij. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Et sunt verba sponse. i. anime sponsum suum. i. ꝛpm feruentissime diligentis. Amor eñ ꝓpie languor dicitur: ꝓ eo q̄ desiderata sanitas nec attingitur: nec penitus desperatur: sed sub incerto & pendulo et in voluntate alterius expectatur. Sancte enim anime que hic corporis carcere & exilio sunt detente: dum christum quem amant tenere nequeunt sicut optãt dicũtur languere: eo quod sub spe adhuc incerta noscuntur sponsi gloriam expectare. Canticoruz. v. Adiuro vos filie hierlm si inueneritis dilectũ meũ vt annuncietis q̄ amore langueo. Et sunt verba anime sancte que est in via. ad animas sanctas que sunt in patria. ¶ Jtem de languore mundani incolatus seu mundane habitationis per quem terrestria reijciunt seu vilipendunt. Nota q̄ homo videꝫ se esse corporis cistulis inclusum: infortunie fabulis delusum: erroꝛum nebulis obtusum: mũdanis iaculis contusum: a celi ferculis exclusum. languet & mentaliter sursum tendit: & infima seu terrestria vilipendit. Ps. Traditus sum & non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia. Non egrediebar inquit sc̃z autoritatẽ mundi vel corporis & ideo oculi mei. s. mẽtis languerũt pre inopia sc̃z celestium premioꝛ: vel pre inopia terrestriũ defectuum vel maloꝛuz. Jgitur patet quõ languent deuoti virtualiter. ¶ Tertio vero dico q̄ languẽt iniqui criminaliter. Constat eñ q̄ peccatores sunt in periculoso languore. Nullus eñ languor deterior q̄ peccatum. Languidus eñ non habet gustũ. non exercet actum. non lucrat pastum. nõ euitat iactum Sic nec peccator gustat celestia exercet virtualia. acquirit p̃mia. nec euitat tedia. Et reuera particulariter põt dici q̄ peccatores lãguẽt luxuria renes dissoluente. Castrimargia vires eneruante. Pertinacia mentem inuoluẽte. Jsta eñ tria faciunt hoiem spũaliter languidum sc̃z luxuria. ij. Regum. xiij. Cuba super lectum & languorem simula. s. vt possis corrumpere thamar filiam regis. ¶ Item gula seu castrimargia. ij. Paral. xxj. Egrotabis languore pessimo vteri donec egrediãtur viscera tua. ¶ Item obstinatio seu pertinacia. de quo Eccl. x. Languor ꝓlixior grauat medicum bneũ languorem precidit medicus. Justi ergo talẽ languorem preoccupant & sentientes temptatores. humilitatis & confessionis adhibent remedium ne succumbant Eccli. xviij. Ante languorem adhibe medicinaz Tales tamen lãguidi. i. peccatores a ꝛpo q̃nq̄ curantur. & eius gratie medicina ad sanitatem gratie reducunt. sicut dicit Marci. j. Mõ iesus curabat multos q̄ vexabantur varijs languoribus. Aduerte tamen q̄ sicut languidus indiget adiutorio. sic peccator. Indiget eñ adiutorio: predicatoris: correctoris vel gubernatoris. Unde Joan. v. dicitur. Mõ languidus ille qui sine sanitate per longa tempora fuit iuxta piscinam probaticam excusauit se dicẽs Dominẽm non habeo qui mota aqua per angelum ponat me in piscinam que tamen omnia possunt cedere in vituperium prelatorum & predicatorum. propter quorum negligentiam adhuc restat multitudo hoim languidoꝛũ. Joã. v. Erat in hierusalem ꝓbatica piscina habẽs quinq̄ porticus. in his iacebat multitudo languentũ. ceco-
rum. claudorum & aridorum expectantium aque motum Et sic breuiter dico q̄ inuenitur languor culpe gratie & nature. De languore quomodo languent miseri temporaliter satis dictum est sicut in primo. De languore vero pene ꝓpetie quo damnati sc̃z languent eternaliter nihil ad presens sed illud solum quod dicitur populo peccatori Deutero. xxviij. Augebit dominus plagas tuas. plagas magnas & perseuerãtes. infirmitates pessimas & perpetuas insuper & vniuersos languores Sic igitur dixi aliquid de quadruplici languore.

Lapis.

Nota q̄ lapis multipliciter sumitur in scriptura. Sumit eñ in bono & in malo. In bono eñ signat virum stabilem & cõstantez. In malo aũt designat virũ insensibilem & inconstantez siue ignorantem. Dicamus ergo primo de bono significato q̄ per lapides intelligũtur virtutes interiores vel viri perfectiores Et dico virtutes interiores. Unde Ezech. xxviij. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Sicut enim lapides sunt vtiles pro plateis sternendis. pro edificijs construendis pro pontibus faciendis. pro hostibus expugnãdis pro lupis & bestijs effugandis pro thesauris regum ampliandis pro infirmitatibus curandis pro castris & ciuitatib⁹ muniendis Sic procul dubio charissimi spirituales gratie & virtutes sunt necessarie & vtiles primo vt exinde platea anime. i. constantia sternatur & adornetur Unde Esa. liij. Ecce sternam per ordinẽ lapides tuos. ¶ Item vt edificium spũalis perfectionis erim de in interiori homine cõstruatur Judith. j. Nabucho donosoꝛ edificauit ciuitatem potentissimam ex lapidibus quadris. ¶ Item vt pons & introitus ad ingrediendum paradisuz edificetur Esaie. liij. Ecce dabo portas tuas in lapides sculptos. ¶ Item: vt hostes nostri sc̃z mundus caro. demonia. expugnent̄ vt etiã bestie & lupi. i. demones & temptationes expellantur & superent. Unde. j. Regum. xvij. dicitur. q̄ david elegit quinq̄ lapides limpidissimos de torrente ad interficiendum goliam. ¶ Item. vtiles sunt. vt inde thesaurus regius cordis humani ditet. Unde dicit Hester. j. q̄ lectuli aurei erant in conuiuio assueri. in quibus lapides dispositi erant. quos mira varietate pictura decorabat. Lectuli enim aurei sunt conscientie pure. ¶ Item vtiles sunt vt infirmitates peccatorum medentur atq̄ sanentur. Unde. j. Regum. vij. dz. q̄ vocatũ est nomen loci illius lapis adiutorij. ¶ Itẽ vtiles sunt vt ciuitas & castrum cordis nostri contra insultus temptationũ muniatur & defendat. Unde. j. Mach. x. dicitur. q̄ iudei exstruxerũt murosin circuitu per montez syon lapidibus quadratis Et ideo bne iter charissimi debemus lapidibus virtutũ ornari: fundari: immuri: & fabricari: vt bene compositi & edificati possimus ante dominum inueniri. Figurati in illis angelis De quibus dz Apo. xv. q̄ exierunt septẽ angeli de tẽplo vestiti lapide mundo & cãdido. & precincti circa mamillas zonis aureis. Quia vere charissimi nos debemus esse angeli per puritatẽ vestiti. lapide mundo per sancte & virtuose conuersationis honestatem. Et circa mamillas. i. circa cor debemus esse precincti zonis aureis per charitatem. Omnis enim lapis preciosus. i. omne genus virtutũ debet esse operimentum nostrum sicut dicitur Ezech. xxviij. Ut simus sicut vas auri solidum ornatũ omni lapide precioso Eccle. l. Ubi aduerte q̄ per lapides possunt intelligi spũaliter tres virtutes ꝑm tres lapidis proprietates. Lapis enim naturaliter est grauis ad descẽdendum. Jdeo dz. vas auri: q̄ aurũ summe dicitur ponderare. Est fortius ad sustinendum. Jdeo dicitur sõlidum. Est durus ad feriendum Jdeo dicitur. Lapide. quia lapis dicitur quasi ledens pedem Sic vere charissimi dico q̄ per lapides intelligitur

Humilitas ꝓ quã aggrauamur. Hũilitate eñ
Stabilitas per quã roboramur. venie inclina-
Seueritas per quã castigamur. mur Jõ dz vas
auri qđ. s. est valde ponderosum. Stabilitate constantie roboramur Jdeo dicit solidum. Seueritate culpe castigamur. Jdeo dicit lapis: quasi ledens pedẽ. Simus igit ponderosi per humilitatez. Unde inquit auri. Quia sicut aurum est magis ponderosum ceteris metallis. Sic vere nos debemus esse graues & humiles ad inferiora per humilitatem tendẽtes: & inferiorem statum & gradum diligẽtes & tenentes Job. xlj. Sternet sibi aurum quasi lutum. Lapides enim naturaliter sunt graues & ad inferiora tendentes & locum inferiorem tenentes. q̄ vere locum inferiorem & statũ infimiorez debemus appetere: & semper per humilitatem nos sub alijs inclinare Ezo. xv. Descenderunt in profundũ quasi lapis. Lapis enim humilitatis semper petit inferiora Et ideo sicut res que est in infimo non põt cadere: quapropter locus inferior est locus tutior. q̄ sc̃z de loco alto faciliter homo cadit. Sic vere status & gradus infimus & humilis magis est tutus: q̄ istum non, sequitur superbie lapsus seu casus Humilitas enim est sicut lapis achates qui portatus & habitus prohibet ne homo casum epilentie patiatur. Quia vere si epilenticus lucifer lapidem

humilitatis habuisset: numq̄ de celi solio cecidisset. Unde de isto lapide qui sic inferius vult iacere dicit. Exo. xxiiij. Uiderūt dñm deum israel ⁊ sub pedibus eius quasi opus lapidis saphiri. Sumus ergo ponderosi per humilitatē. ¶ Itē nos docemur esse vigorosi p stabilitatē Solidū inquit Sicut enim lapides naturaliter sunt solidi nō cōcaui fortes ⁊ nō debiles. ⁊ iō sub onere nō flectunt nec faciliter confringunt Sic vere viri perfecti debent esse solidi ⁊ vigorosi: non flexibiles nec defectuosi. Solidū inquit. Et lapides ponuntur in fundamentis edificiorum eo q̄ totum pondus edificij possint melius sustinere. Unde .iij. Regum. v. Precepit rex vt tollerēt lapides grādes pretiosos in fundamentum templi Uirtus em̄ constantie similis est lapidi adamanti: qui tantā habet soliditatem q̄ non potest ferro vel calibe penetrari. Quia vere nihil est qđ possit destruere vel cassare constantiam stabilis firmitatis. solidum inquit. Unde de talibus bene dicit Job. xxxvij. q̄ solidissime quasi ere fundati sunt. Simus ergo vigorosi per stabilitatem. ¶ Itē debemus esse rigorosi per seueritatē. Lapide inquit. Sicut enim lapis est naturaliter durus in tantum q̄ membra nuda solet faciliter ledere: ⁊ ideo lapides discuntur quasi ledentes pedes. Sic vere nos debemus quandoq̄ esse duri ⁊ rigorosi: ⁊ pedum id est affectionum lesiui ⁊ correctiui Job. xxxvij. In similitudinem lapidis durantur aque. Duricia enim lapidis signat seueritatem correctionis. quia quidā peccatores sunt per seueritatē ferendi ⁊ per correctionem sepius lapidandi Lapis em̄ pretiosus qui dicitur pirites solet adurere digitos eum tangentes. Sic bonus ⁊ rigorosus iudex debet corrigere ꝓteruiam sibi nocentis ⁊ suis iustis iussionibus obuiantis. ¶ Unde nota q̄ lapidibus seueritatis ⁊ iusticie debēt lapidari ⁊ percuti tam a deo q̄ a prelato plura genera personarum scilicet.

D Superbi ⁊ elati. Proterui ⁊ obstinati. Crudeles ⁊ effrenati. Carnales ⁊ inquinati. Blasphemi ⁊ detractores. Auari atq; raptores. Ambitiosi appetitores.

Igitur digni sunt lapidari superbi ⁊ elati. Unde Exo. xix. Omnis q̄ tetigerit montem lapidibus oppr̄imetur Mons enim superbiam designat. ¶ Item proterui et obstinati. Unde Deute. xxj. dicit. Quodsi quis genuerit filium cōtumacem ⁊ proteruū parentibus nō obedientem comessationibus ⁊ luxurie vacantē: lapidibus obruet eūz pplūs ciuitatis. ¶ Itē crudeles ⁊ effrenati. Unde ꝛ Exod. xxj. q̄ si bos cornupeta hominem occiderit bos lapidibus obruēdus. ¶ Item carnales ⁊ inquinati. q⁊ sicut dicit Joan. viij. Mulierem deprehensam in adulterio iussit moyses lapidari. ¶ Item blasphemi ⁊ detractores: q⁊ sicut ꝛ Leuit. xx. Uir siue mulier in quibus erat phitonicus vel diuinatiōis spūs: erat lapidibus obruendus Detractio aūt non est aliud q̄ quedam aliorū actuū mala estimatio ⁊ diminutio De blasphemis etiā iuratoribus dicit Leui. xxiiij. Educ foras blasphemū vt lapidet cū omis pplūs. ¶ Item auari atq; raptores: sicut de achor ꝛ qui furatus fuerat regulā auream ⁊ coccineū palliū: qui sicut ꝛ Josue. vij. fuit ex iussu dñi lapidatus. ¶ Itez ambitiosi appetitores. De quibus ꝛ. Hebre. xij. Bestia que tetigerit montem lapidet. Bestia em̄ est bestialis homo: qui montē dignitatis ecclesiastice per ambitionem ascendit. Tales igitur peccatores debēt puniri ⁊ lapidibus seueritatis ⁊ iusticie: ⁊ hic in futuro iudicio castigari. Et ideo talibus comminat dñs. Ezechiel. xxxviij. in persona gog. vbi ꝛ. Judicabo eū peste ⁊ sanguine ⁊ ymbre vehementi ⁊ lapidibus immensis: ignem ⁊ sulphur pluam super eum. Sic igitur ptz quō per lapides intelliguntur virtutes q̄ ad edificandum animam spūaliter requiruntur. Quod bene figuratum est Exod. xxviij. vbi precipitur q̄ in vestimento aaron sacerdotis ponerentur in quatuor ordinibus duodecim lapides pretiosi: in quibus nomina xij. filiorum israel sculperentur Quorum lapidū Primus fuit sardius. Scds thopasius. Tertius smaragdus. Quartus carbūculus. Quintus saphirus. Sextus iaspis: Septimus ligurius. Octauus achates. Nonus ametistus. Decimus crisolitus. Undecimus onichinus. Duodecimus berillus. His em̄ xij. lapidibus vestis sacerdotalis ornabat: ⁊ sine istis sanctuariū dominū nō ingrediebat Sic vere charissimi nos ecclesiastici cū simus sacerdotes siue in alijs dignitatibus vel gradibus constituti debemus in vestimento nostre conuersationis duodecim lapides. id est virtutes duodecim habere. ⁊ ipsos nobiscum continue deportare. Iste vero sunt ꝛpei certitudo. ista est sardius qui facit audacem ⁊ timores dicit effugare. Obedientie promptitudo. ista est thopazius qui ſm influentiā lune se dicit regulare. Honestatis pulcritudo: ista est smaragdus: q̄ visum dicitur delectare. Perseuerantie longitudo: ista est carbunculus q̄ die ac nocte dicit rutilare. Charitatis plenitudo: ista est saphirus qui discordes dicitur reconciliare. Fidei limpitudo: ista est iaspis qui oculos dicit clarificare Abstinentie artitudo. ista est ligurius qui fluxum vētris dicitur temperare. Penitētie mestitudo. ista est achates qui tempestates dicit quietare. Diligentie sollicitudo. ista est ametistus qui dicit vigiliam pcurare. Humilitatis fortitudo. ista est crisolitus qui demones dicit deterrere. Timoris dei sanctitudo est onichinus qui tremorē oculorū dicit generare. Amodestie mitritudo: ista est berillus qui dicit luxus moderare. Ista sunt ergo. xij. spūalia ornamenta quibus nos xp̄iani ⁊ maxime ecclesiastici debemus spūaliter ornari. Ista est em̄ corona stellarum. xij. qua coronabatur illa mulier celestis que erat amicta sole. ⁊ que lunā sub pedibus conculcabat: sicut dicitur Apo. xij. Quia vere nos debemus esse mulieres per molliciem pietatis. Amicti sole per clarā apparentiā honestatis Lunam. id est. mundi prosperitatem debemus cōculcare per habitum spūalis paupertatis. Hos dico coronari debemus corona stellarū. xij. id est. predictis virtutibus. xij. adornari: ⁊ spūaliter coronari: vt de quolibet dicat illud ps. Domine preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. His em̄ per sardiū spei timorē seruile superamus. Per topazion obedientie: lume. i. maiorū nostrorū nos influentijs cōformamus Per smargdum honestatis visus aliox recreamus. Per carbunculū perseuerātie: nocte ⁊ die. i. continue coronam domino rutilamus. Per saphirū charitatis. nos cum discordibus reconciliamus. Per iaspidē fidei oculos intellectus clarificamus ⁊ subtiliamus Per liguriū abstinentie: fluxum ventis. i. ventris in gluttiem tēperamus. Per achatē penitētie: tempestates pctorūz diuertimus ⁊ immutamus. Per ametistum diligentie: in bonis operibus sollicite vigilamus. Per crisolitū humilitatis demones terremus ⁊ cōturbamus. Per onichinū dei timoris: oculū cordis ad tremendū dei iusticiam mittamus. Per berillum benignitatis: litibus ⁊ discordijs obuiamus. Et sic breuiter nos erimus sicut dictū est Eccli. l. Sicut vas auri solidū ornatū omī lapide pretioso: ita q̄ nobis bene poterit dici illud qđ dictū est primo angelo Ezech. xxviij. Omnis lapis pretiosus operimentuz tuū. Sardius. Topazius. Smaragdus. Carbūculus. Saphirus. Jaspis. Ligurius. Achates. Ametistus. Crisolitus. Onichinus. Berillus. Ueruntamen aduerte q̄ in vestimēto aaron in p̄dictis. xij. lapidibus erāt sculpta. xij. nomina filiox israel. Ad denotandū q̄ viri ecclesiastici non soluni debent habere predictam virtutum aggregationem: quinimmo cum hoc debent habere nomina patriarcharum in se sculpta ⁊ celata per sue sancte vite imitationem. Unde Sap. xviij. de aaron ꝛ: q̄ in veste poderis quam habebat

totus orbis

totus orbis terrarum ⁊ parentum magnalia in quatuor lapidum ordinibus erāt sculpta Apoc. xxj. etiaz dicit. q̄ noua ciuitas hierusalē. xij. habebat portas que. xij. lapidibus preciosis fundabant: ⁊ quibus nomina. xij. apl̄orum superscribebant. Quia vere charissimi noua ciuitas hierusalem. s. paradisus. habet. xij. portas. i. xij. modos quibus ibidem possumus introire qui quidē introitus ⁊ ingressus de. xij. preciosis lapidibus. i. de. xij. predictis virtutibus fabricant Quia vere quelibet virtus de predictis nihil aliud est q̄ quidā passus: quedā porta: quidā introitus ⁊ ingressus per quē pōt ingredi vel intrari: ⁊ maxime si. xij. apl̄orum nomina superscribant. i. si. xij. lapsorum fama ⁊ vita imitet doctrina vero ⁊ scientia teneat. Ideo Josue. iij. dicitur q̄. xij. lapides de iordanis fluuio sunt assumpti. ⁊ in signū transitus filiox israel extra fluuiū sunt erecti. Quia. s. per istos. xij. lapides p̄ciosos iordanē huius mundi secure trāsimus ⁊ terram promissionis paradisi securiter introimus Ptz igit quō per lapides intelliguntur gre ⁊ virtutes Un̄ de Assuero ꝛ Hester. xv. q̄ ipse sedebat in regno solij sui indutus vestibus regijs auro fulgens ⁊ lapidibus preciosis. ¶ Sed adhuc dico q̄ per lapidē pōt intelligi vir pfectus. Sicut em̄ lapis est naturaliter grauis: durus. frigidus. sterilis ⁊ insensibilis. Sic vere homo virtuosus debet esse grauis ⁊ descendere per humilitatem durus ⁊ fortis esse. per stabilitatē frigidus. p castitatem sterilis. per paupertatem insensibilis per patiētie firmitatem. Et ideo sicut de lapidibus fiunt edificia turriū ⁊ domorū: sic de talibus viris perfectis debet edificari ⁊ construi domus ecclesie militātis. De ipsis etiaz construet finaliter domus ecclesie triumphantis. Unde prima. Pet. ij. Tanq̄ lapides viui super edificamini in domos spūales Uerūtamē sicut ad sensum videmus q̄ domus nō bene edificat nisi lapides forti cemēto mutuē coniungant Sic vere domus religionis vel ecclesie numq̄ dicit bene edificata: nisi multitudo lapidū. id est psonarū fuerit per cementum charitatis vnita ⁊ colligata. Cuius tamē contrarium plangit Hieremias Treno. iij. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnū plateaꝝ. Et nota q̄ inuenio in scriptura lapides.

Quadratos. Ignitos. Celatos. Erectos. Oculatos. Junctos.

Sic vere charissimi in ecclesia debēt esse lapides quadrati per quatuor virtutū cardinaliū quadraturas De quibus dicitur Judith .j. Mō ciuitas egbathanis erat edificata lapidibus quadratis Egbathanis em̄ interpretat domus responsionis· ¶ Item debēt esse lapides igniti per charitatis inflāmaturā Ezech. xxviij. Posui te in monte sancto dei in medio lapidū ignitox. ¶ Item debent esse celati per penitētie sculpturā. vñ Exodi. xxviij. Celabunt singuli lapides noib⁹ singulorū: ¶ Itē debent esse erecti per cōtēplationis elevaturā: ⁊ vniti p cōpassionis ligaturaz. Unde de Jacob dicitur Gene. xxviij. Mō ipse erexit lapidē in titulum fundens oleum desuper. ¶ Item debent esse oculati per discretionis literaturā. Unde zach. iij. Super lapidem vnum septem oculi sunt.

¶ Item debent esse muncti per compassionis tinctura Gene. xxx. Unxisti lapidem ꝛc. Et sic dico q̄ per lapidem potest intelligi vir perfectus. ¶ Adhuc dico q̄ per lapidez in malo significato pōt intelligi vir infectus scilicet peccator. Sicut enim lapis deorsum mouetur: difficulter portat: immobilis est: sterilis ⁊ insensibilis: durus: frigidus ⁊ obscurus Sic vere peccator deorsum tendit per auariciam: difficulter portatur per inobedientiaz. Immobilis est per pigriciā. Sterilis est per omniū virtutum carentiam. Insensibilis est per incōpassionis duriciam. Durus per obstinationis maliciam. Frigidus per indeuotionis tepiditatem. Obscurus per ignorantie caliginositatē. Dico ergo q̄ lapis peccator est deorsum tendens per terrenorum amorem. Unde Exodi. xv. Descenderūt in profundum quasi lapis. Importabilis per inobedientie terrorem ps. Lapidem reprobauerunt edificantes. scilicet quasi ad nullius operis aut iussionis executionē aptatum ⁊ paratum. Immobilis per pigriciē torporem. Unde ibidem Exodi. xv. fiant immobiles quasi lapis. ¶ Itez sterilis per virtutum carentiā ⁊ feruorem. Unde Luc. viij. dicit. Semen quod cecidit super lapidem aruit: quia nō habebat humorem. ¶ Item insensibilis per incompassionis duriciam ⁊ horrorem. Unde .j. Reguz. xxv. dicit de nabal q̄ emortuus est intrinsecus cor suū ⁊ factus est quasi lapis. ¶ Item Durus per obstinationis horrorem ⁊ frigidus per indeuotiōis algorē. Unde Job. xxxviij. In similitudinem lapidis durantur aque: ⁊ superficies abyssi constringitur. ¶ Item obscurus per ignorantie tenebrositatem. Unde Job. xxxviij. Lapidez caliginis ⁊ vmbram mortis diuidet torrens ꝛc. Sufficit ad presens Uolui allegare multa exempla: quia alibi ea inuenies in diuersis materijs allegata.

Laqueus. Nota q̄ laqueus idem est qđ vinculum vel ligatura ad capiendum vel detinendū ordinatum. Et accipit laqueus vt cōiter in malo: quapropter p laqueū pōt intelligi spūaliter quicquid pōt hominem capere vel detinere. Est igit triplex laqueus. vicz Laqueus

Tentationis. Afflictionis. Damnationis.

Primus laqueus est interior ⁊ cordialis. Scds laqueus est exterior ⁊ mūdialis. Tertius laqueus est posterior ⁊ infernalis. ¶ Primus est laqueus peccatorū. Et iste est laqueus tentationis quo homines a dyabolo capiunt. Uel laqueus male consuetudinis quo in criminib⁹ detinent. De quo in ps. dicitur. In via hac qua ambulabā absconderūt superbi laqueū mihi Hiere. v. Inuenti sunt in pplo meo impij. s. demones vsurarij: vel heretici insidiātes velut aucupes laqueos ponētes ad capiēdū viros. Scds est laqueus miseroꝝ. Et iste est laqueus tribulationū huius mūdi quibus infortunati ⁊ miseri detinent. De quo dicitur in ps. Deduristi nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro. Tertius est laqueus dānatorū: ⁊ iste est laqueus sententie ⁊ ordinationis diuine: que inferius eternus tormentis damnatos laqueat ⁊ cōstringit. vnde Treñ. iij. Formido ⁊ laqueus factus est nobis fastitas ⁊ contritio. ¶ De laqueo ergo primo. scz tentationis vel male consuetudinis: potest dici q̄ iste laqueus Capit

Pecuniā diligentes. Luxuriā exercentes. Superbiā facientes.

Primo ergo laqueant homines per pecuniā Sicut em̄ lupus qñq̄ capitur la queo vel pedica duz famelicus existens predā satagit deuorare Uſi q̄uis lupus non intendat nisi satiari ⁊ recedere q̄si tñ pedem ponit in laqueū: necesse est ipsum inibi remanere Sic vere homo dum ad predaz diuitiarū famescens ⁊ desideras inhiat satiari ⁊ repleri ⁊ diues fieri credit ⁊ curat: subito pes sue affectionis laqueo sue auaricie capit in quo ineuasibiliter detinet Unde .j. Thi. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueū ⁊ in tentationem dyaboli. Et Prouer. xxj. Qui cōgregat thesauros impinguetur ad laqueos mortis. ¶ Scdo laqueant homines per luxuriam. Mulier. n. est sicut aranea que nō cessat filare laqueos suos ad capiendum muscas Quia. scz mala mulier nō cessat pagare ⁊ ornare. se ⁊ laqueos capillox suorum tendere: vt possit muscas q̄ diligunt sanguinē. i. luxuriosos qui diligūt carnalitatem attrahere per luxuriam ⁊ ligare Unde Eccls. vij. ꝛ. Inueni mulierem morte amariorem: que laqueus venatorū est ad capiēdas animas: sagena cor eius vincula sunt manus eius. ¶ Tertio laqueantur homines per superbiam Et isti sunt sicut aues que cum diligunt volatum sepe cum non aduertunt laqueo capiuntur. Quia superbi dum ludus ⁊ volatus mundane glorie

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis placet: sepe fit q̄ a dyabolo per superbiam laque antur. Unde Eccls. ix. Sicut aues apprehenduntur laqueo: sic capiunt homines ꝛc. sufficit Vide infra de Vinculis ꝛ Ligare. ꝛ. s. de Alligare.

A **Largus Largitas.** Nota q̄ largitas idem est q̄ liberalitas. Est enim virtus que dat danda ꝛ retinet retinenda. Dicit autē res larga quādo lata est ꝛ expansa nō contracta nuoluta vel clausa. Et ideo q̄ manus expansa ꝛ clargita faciliter dimittit cadere ꝛ exire vel recedere que tenebat bene per largitatem intelligit liberalitas: que. scz sua dare ꝛ dimittere consuevit. j. Mach. iij. Timuit antiochus ne non haberet donaria que ante dederat larga manu ꝛ de Assuero etiam dicitur Hester. ij. Quod iurta regalem magnificentiam dona largitus est. Multa ergo possunt dici de magnificentia largitatis sed auctoritates vocales deficiūt in scriptura. Vide infra vbi liberalitas. vbi Beneficium Munus Dare. Tribuere. Offerre ꝛc.

A **Lasciuia.** Nota q̄ lasciuia signat insolentiaz mētis ꝛ corporis: ꝛ leuitatez animi honestis moribus indecentē q̄ petm̄ spāliter pertinet ad luxuriosos quia. s. tales solent in factis gestibus ꝛ sermonibus ceteris q̄z insolentijs lasciuire. Unde Amos. vj. dr. q̄ isti dormiunt in lectis eburneis ꝛ lasciuiunt in stratis suis Et ℣prouerb. vij. dicit de fatue adolescente ꝛ muliere ꝓcaci q̄ statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam: ꝛ quasi agnus lasciuiens ꝛ ignorans: ꝛ nescit q̄ ad vincula stultus trahatur. Talis ergo lasciuia ꝛ talis motū incompositio: vestiumq̄z gestuum ꝛ actuū insolens leuitas ꝛ si in cunctis reprehendat: in religiosis tamē clericis ꝛ prelatis: necnō in sapientibus senibus grauibusq̄z pena principaliter condemnat Et tali em̄ lasciuia labitur quis faciliter in peccatū: ꝛ de peccato ad tormentum Unde Osee. iij. Sicut vacca lasciuiēs declinauit israel non pascet eos dñs: fornicatione fornicati sunt Hā vt dicit Hiero. in sermone Semper saturitati lasciuia est vicina Sunt sibi vicina venter ꝛ genitalia: ꝛ per ordinem membrorum ordo est viciōz omitto. Unde vbicūq̄z agitur de Insolentia. de Inconstantia. de Instabilitate: ꝛ similibus Et vbi Juuentus. Adolescentia ꝛc. quia auctoritates vocales nō sunt nisi in originalibus. Et si vis nota q̄ vir sapiens debet lasciuiam abijcere ꝛ repellere, scilicet

B
A corde.	A corde fugiat insolens affectus.
Ab ore.	Ab ore recedat lasciuus affatus.
A corpe.	A corpe desit impudicus gestus.
Ab ope.	Ab ope absit inhonestus actus.

Fugiat ergo lasciuia a corde ꝛ conscientia q̄z sicut dicit Jsido. in sentētijs li. ij. ca. xx. Semper conscientia viri dei debet esse humilis: ꝛ tristis. s. vt per humilitatē non superbiat: ꝛ per vtilē merorem cor ad lasciuiam nō dissoluat. ¶ Item fugiat ab ore eloquentia quia. s. valde debet sapiens abstinere a verbis superuacuis ꝛ lasciuis: q̄ potissime ptinet ad religiosos qui castitatē vouerunt. vnde Ambro. sup Lucam. ca. j. Discite virgo verboz vitare lasciuiam. Maria enim etiam salutationē angeli verebatur. vnde Hiero. sup Ezech. ℣pro signo sunt interioris hois verba erumpētia. Sequitur. Luxuriosa ꝛ lasciua mēs lucet in facie: ꝛ secreta cordis motu corporis ꝛ gestibus indicat Ad q̄ facit illud Eccli. xx. Homo sapiens tacebit vsq̄z in tēpus: lasciuus ꝛ imprudēs non seruabit tēpus. ¶ Itez fugiat a corpe gestus impudicus. Quia reuera inhonestus ꝛ lasciuus motꝰ: gestus ꝛ incessus vel de sunt indecentia in homine sapiente. vnde Jsido. soliloquiorum. li. ij. sic inquit Jn gressu tuo sit simplicitas: in motu puritas: in gestu grauitas: in incessu honestas: nihil dedecoris: nihil lasciuie: nihil petulantie: nihil insolētie: nihil leuitatis in incessu tuo apparcat Animus enim in corporis habitu apparet: gestus signum est mentis. ¶ Item fugiat ab opere lasciuiens actus: ꝛ potissime actus luxurie de quo Hieroni. super illud. Ubi est thesaurus tuus ibi est ꝛ cor tuum: dicit sic. Sulosi deus vēter est. Ubi ergo habet thesaurum. Thesauri ergo sulosi epule sunt. Lasciui amatoris thesaurus lubrica libido. Huic seruit vnusquisq̄z a quo vincitur Jsta ergo sufficiant. Vide s. de Conuersatione.

Lassitudo. Lassus. fatigatio

A Cum lassitudo nihil aliud sit q̄ virium debetudo ꝓ ueniens ex labore seu ex tedio. displicētia vel languore Notabo q̄ moraliter loquēdo in scriptura reperitur. Lassitudo que est

Laudabilis.	Primo igit dico q̄ inuenitur lassitudo laudabilis que est perfectoz
Culpabilis.	
Miserabilis.	Et ista proculdubio est illa cui terrena negocia displicent: ꝛ quē omnia que hic videt fatigant atq̄z lassant. Exemplo xp̄i de quo dicit Joan. iij. q̄ fatigatus ex itinere sedebat secus viam. Un de bona virtuali ꝛ commendabili lassitudine dicit Ambrosius sup beati immaculati. Jlle est inquit in hac terra aduena qui pōt dicere nostra conuersatio in celis est: qui suā in dño habet portionē ꝛ q̄ potest dolere q̄ diutius viuat in terris: qui moza huius longeuitatis lassat: ꝛ cui habitationis huius ꝓlixitas fastidio est. ¶ Secundo dico q̄ inuenit lassitudo culpabilis que est imstorum seu petōrū Et ista est dupler. Una scz potestatis: alia voluntatis Lassitudo potestatis est illa qua. s. mali se lassant ꝛ fatigant cum malis operibus exercēdis. vt pote qui male facere vltra non pūt: ita q̄ non in volūtate deficiunt: dicentes. s. illud Sapiēn. v. Lassati sumus in via iniquitatis ꝛ perditionis: ꝛ ambulauimus vias difficiles: ꝛ viam domini ignoramus. Ut ꝛ talis possit dicere illud Augusti. in lib. confessio. li. ij. Obstupueram inquit stridore cathene mortalitatis mee: pena superbie anime mee ꝛ ibam longius a te: effusus in plurima ꝛ sterilia semina dolorū superba deiectione ꝛ inquieta lassitudine. Talis lassitudo erit illa de qua dr Judicum xvj. Quod defecit anima da lile. s. pre desiderio sciendi in quo erat fortitudo mariti sui ꝛ ad mortem inquit vsq̄z lassata est. Alia etiam est mala lassitudo q̄ est voluntatis: ꝛ hec est qua quis faciliter sponte ꝛ voluntarie se reddit fatigatū ꝛ lassatū in via virtutū: q̄z scz multi sunt qui in via mundi ꝛ in laboribus negociorum terrenorum nunq̄ lassant Juxta illud Eccli. xxiij. Homini fornicario omnis panis dulcis: nō fatigabitur transgrediens vsq̄z in finē. Sed reuera in via virtutū ꝛ morum: in via penitētie ꝛ iustitie: in via mādatorū ꝛ diuinarum legum si q̄ scz bonum opus vel quē bonum laborē aggressi fuerint statim fatigant ꝛ statim retrocedere approbant. Liber enim de natura rerū dicit de illo monstro marino q̄ dr. serra gōvrdens nauē velificantē alas erigit ꝛ cū nauevelificare contendit ita q̄ q̄nq̄z per quadraginta stadia simul vadit: sed. finaliter lassatur q̄ quasi mortua: fatigata subsistit: ꝛ ad fluctꝰ equoris retrocedit. Sic vere multi sunt qui cum nauibus. id est cum sanctis hominibus per mare mūdi nauigantibus ꝛ ad portum salutis euntibus nituntur iter facere. a lasq̄z anime scilicet affectum ꝛ intellectum sursum ad celestia incipiunt erigere: ꝛ per bona opera cum sanctis ꝛ iustis ad patriam properare: sed finaliter ꝓpter defectum virtutis ꝛ constantie isti lassant ꝛ dum laborem bonorū operum fastidiunt lassi subsistere comprobātur. Unde Sal. v. Currebatis bene quis vos impedit: Ita q̄ finaliter ad fluctus. id est ad peccata redeunt: ꝛ iterum mundi negocijs se committunt. Quia breuiter multi sunt qui ad bona opera sunt mertes. Jn malis tamē q̄q̄ magis difficilibus sunt valde fortes. De tali ergo inconstantia ꝛ lassitudine dicitur. j. Regū. xxx. Venerunt ad torrentem besor ꝛ lassati substiterūt. Unde de talibus qui sic lassant in bonis operib? Dicit

Dicit Gr̄ego. moral. libro. xxij. cap. xiij. Omnes terreno iudici tota die etiam assistere fortes sunt: in oratione autē coram deo vel vnius hore momento lassantur Sepe nuditatē deiectionem: famem: ꝓ acquirēdis diuitijs tolerant: superna autē laborioſe querere tanto magis dissimulāt: quanto eis retribui tardius putant. Justi autem non sic fatigantur. quia scilicet isti tribulationibus non fatigant immo semper sunt recentes ad bona opera facienda. Unde Hebreorum. xij. Non fatigemini animis vestris deficiētes Sequitur. Fili noli negligere disciplinam domini: nec fatigeris cum a deo argueris. Quem em̄ deus diligit corripit ꝛc. Jsta est ergo lassitudo culpabilis que est infirmorū seu peccatorum. Et pone si vis ꝛ expone: quo modo tria genera personarum faciliter lassant. videlicet.

C Mulieres. ℣Pueri infirmi ꝛ Ceci. ¶ Tertio vero dico q̄ inuenit lassitudo miserabilis que est miserorum. Et ista ꝓcerto est illa quā in corporibus ꝛ in rebus sustinent pauperes ꝛ egeni qui scilicet paupertate ꝛ tribulationibus fatigant ꝛ diuersis miserijs desolant. Treno. v. Ceruicibus nostris minabamur: lassis non dabat requies. Egypto dedimus manus ꝛ assyrijs vt saturaremur panibus. Jsta est ergo lassitudo quā audimus deum commendare. quā videmus deuz subleuare. quā debemus pie supportare. Quod lassitudinem mundi tribulationē deus commendet ipsamq̄z inuandā ꝓcipiet atq̄z mandet. patet Esaie. xxviij. vbi dicit Hec requies mea reficite lassum hoc est meum refrigerū. ¶ Item q̄ istā lassitudinē deus per seipsum compatiendo subleuet patet. Esaie. xl. vbi dicitur q̄ deus est ille qui dat lasso virtutē: ꝛ bis qui non sunt fortitudinē multiplicat. Unde ipsemet dicit Hieremie. xxxj. Inebriaui animā lassam: ꝛ omnem animā esurientem saturaui. ¶ Item q̄ istaz lassitudinē pauperum miseroꝝ iustus ꝛ pius homo ibē ter supportet patet Job. iij. vbi dicitur Manus lassas roborasti: vacillantes cōfirmauerunt manus tue. ꝛ genua trementia confortasti Econtra autē malis ꝛ incompatiētibus dicit Job. xxij. Aquā lasso non dedisti. ꝛ esurienti subtraxisti panem ꝛc. Sic ergo ptz q̄ in scriptura reperitur triplex lassitudo. s. Miserorū. ℣Peccatorum. ꝛ ℣Perfectorū. De lassitudine vero dānatorum de qua dicitur ¶Judith. ix. Tenebre fatiguerunt eos: nihil ad presens.

Lateres. Later.

A Cū lateres conficiant ex luto ꝛ igne fortissimo: ꝛ cocti durantur in lapides: ita q̄ apti sint ꝓ edificijs construendis: ꝓ domibus cooperiēdis: ꝛ pro pauimētis sternendis potest dici q̄ lateres significāt viros sanctos qui q̄us naturaliter sint luteri: virtute tamen ignis spūssancti vel per decoctionem ignis tribulationis vel dilectionis. fortes fiunt ꝛ lapidei ad edificationē ecclesie habiles ꝛ parati ꝛ ad mortem patiendū intrepidi. Unde Genesis. xj. dicitur. q̄ in edificatione turris gigātes habuerunt lateres ꝓ saxis ꝛ bitumē ꝓ cemēto. Gigātes em̄ fuerunt xp̄us ꝛ angeli: qui scilicet in edificatiōe ecclesie vsi sunt sanctis martyribus cōfessoribus ꝛ doctoribus primitiuis. q̄ scz igne tribulationū ꝛ feruore sancti spūs fuerūt excocti: ꝛ cemento seu bitumine charitatis ligati. qui scilicet lateres fuerūt in edificio ecclesie ꝓ inferiori fundamēto ꝛ pauimēto: ꝓ vlteriori edificio ꝛ incremēto: ꝛ pro finali ꝛ superiori cooperimēto ꝛ tegumē to Gen. xj. Faciamus lateres ꝛ coquamus eos igni Sequit. Et faciamus nobis ciuitatē ꝛ turrim cuius cacumen pertingat ad celum. Nonne later excoctus igni fuit scrūs Laurētius sic dictus quasi latericius Jpse em̄ ꝛ alij similes fuerunt tales lateres sicut ille in quo Ezechiel descripsit obsidionē ciuitatis hierz

B peccatricis. De quo dicit Ezech. iij. ¶ Alio aūt modo per lateres terreos ꝛ coctos possunt intelligi diuitie que ad fidem consistunt in pecunijs ꝛ metallis q̄ scilicet nihil aliud sunt q̄ terra cocta. Jn terra enim primo coquentur per naturalē calorem: finaliter coquenk desuper per artificialē laborem. Isti sunt lateres quos ℣Pharao dyabolus iubet fieri ꝛ in quibus filios israel seruituti deditos. i. xp̄ianos sibi subiectos ꝓcipit occupari Exodi. j. Egyptij. i. demones affligebāt filios israel illudētes ꝛ inuidētes eis, atq̄z ad amaritudinē perducebant animas eoꝝ operibus duris. luti ꝛ lateris ꝛc. nihil plus.

Latro. Latrones.

A Latro est ille q̄ latēter furatur ꝛ surripit alienum. Unde latro dicit a lateo lates: q̄ semper ꝛ continue latet vel latere potest. ℣Potest ergo latro accipi dupliciter. scz literaliter ꝛ spūaliter. Latro em̄ temporalis est dignus suspendio temporali. Maz sicut illi q̄ a leonibus in festank solent in vijs publicis vnū leonē suspendere: vt alij leones territi ipsos possint in pace dimittere. Sic vere latrones q̄n capiunk in vijs publicis suspenduntur: vt alij saltim videntes metu pene a simulibus retardenk Mat. xxvij Crucifixi sunt duo latrones. Et bene tales comparātur leonibus qui latenter animalibus insidiank: ꝛ cū neminez viderint quicquid possunt crudeliter depredantur ℣Prouer. xxiij. Insidiank in vijs quasi latro: ꝛ quos incautos viderit interficiet Latro. spūalis est dignus suspendio infernali quia. s. sicut latro temporalis finaliter suspenditur in patibulo: sic spūalis suspenditur in inferno. ¶ Aduerte tñ q̄ quinq̄ genera

B sunt latronū spūaliū. s. Hereticī: qui latenter furank sciētie veritatem. Usurarij: q̄ latenter furank substantie facultatē. Symoniaci: q̄ latenk furank siue ingredimk ecclesie cōtatem. Demones: q̄ latenk furantur virtutum anime sanctitatem. ℣Peccatores: qui latenter furantur anme ꝓprie bonitatem. Omnes em̄ isti sunt spūales latrones homines: vel in bonis vel etiā in virtutibus predātes. ¶ Primi ergo latrones sunt heretici. Isti em̄ sunt fures veritatis. Unde de latronibus istis potest dicere ecclesia illud Job. xix. Simul venerunt latrones eius ꝛ fecerunt sibi viam per me. ¶ Secundi latrones sunt vsurarij. Isti em̄ latenter absq̄z hoc q̄ homo percipiat: alienū acquirūt. Unde Exo. xxj. Sicut leo cōsurgit contra fratrē suū. ¶ Tertij sunt symoniaci. Isti em̄ more latronum intrant in ecclesiā occulte non manifeste. latenter nō apparenter. fraudulenter nō iuste. De istis ergo dicit Joan. x. Qui non intrat per hostiū in ouile ouiū: sed ascēdit aliunde ille fur est ꝛ latro. ¶ Quarti sunt demones qui. s. furank hominib? virtutes ꝛ gratias. ꝛ deo animas xp̄ianas. De quibus dicit Luce. x. Homo quidā descendebat a hierusalem in iericho: ꝛ incidit in latrones q̄ spoliauerūt eum: ꝛ plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Iste em̄ homo est peccator: qui a hierlm. id est. a gra in peccatum descendit: ꝛ in manum latronū. id est. demonū incidit: qui. s. spoliāt eū virtutib? gratuitis vulnerāt eū in naturalibus ꝛ sic semiuiuū eum relinquūt. ℣Peccator em̄ dicit semiuiuus: quia in xp̄o nō viuit nisi medietas ipsius: q̄ scz corpus viuit: anima vero mortua est Apoc. iij. Nomē habes q̄ viuas ꝛ mortuus es. ¶ Quinti sunt pctōres Isti more latronū anime ꝓprie bonitatem ꝛ virtutez q̄ deo sedez ꝛ domiciliū ibi parāt furātur. De istis dicit Math. xxj. Vos fecistis domū meā spelunca latronū: quia virtutibus eam spoliantes. vitijs ꝛ latrocinijs fecistis eā abundare. Et sic ptz quomodo spūaliter accipiunk latrones.

Latitudo. Latus.

A Notaq̄ latitudo sumik in bono ꝛ in malo. Est aūt latitudo dimensio rei quā ad capiendū ꝛ continendū aliquid ampliak. Et ideo per latitudinē in bono pōt intelligi amplitudo charitatis que ita est ampla ꝛ lata q̄ infra ambitum eius possint omnia contineri. scilicet boni ꝛ mali: amici ꝛ inimici. de quo dicitur in ps. Latum mandatum tuum nimis: mandatum dico charitatis. Quia sm Greg. Tria do

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini non nisi arto itinere inchoatur:sed amoris dulcedine dilatatur.Sicut enim fumus in principio circa terram est valde strictus verum tamē quanto plus ascendit sursum tanto plus dilatatur Sic vere ille fumus idest illa persona que ē inferius.id est q̄ circa terram versatur:valde per odium strictificatur et in seipso ꝓpter defectū amoris circumcludit ⁊ arctat Illi vero qui sursum ad celestia per desiderium ascendūt: quāto amplius eleuantur:tanto ad amorē dei ⁊ ꝓximi potius ⁊ amplius dilatant. Ūn Ezechielis.xlj. Latius erat templum in superioribus . Aduerte tamen ꝙ tria debent esse in nobis valde lata ⁊ ampla. videlicet.Cor.Manus.⁊ Os

Debet enim in nobis esse
Latitudo cordis ad affectandū.
Latitudo manus ad erogandū.
Latitudo oris ad deprecandum.

Latitudo dico cordis ad affectandū quia scz cor nostrū debet esse latiz ⁊ extensum ad dilectionē maloꝝ ⁊ bonorū amicoꝝz ⁊ inimicorū:dei etiam ⁊ ꝓximi:inferiorū ⁊ superiorū Sicut enī dromedarius magis ⁊ citius ambulat q̄ q̄cunq; aliud animal quod facit longitudo tibiarū ⁊ pedum ⁊ latitudo passus Sic vere charissimi boni ⁊ charitatiui cito currūt ad paradisum . Quia enim pedes suoꝝ affectuum sunt longi:ita scilicet ꝙ nō soluz attingant illa que sunt ꝓpe nos scilicet amicos ⁊ bona mundi:immo etiam illa que sunt a nobis distantia scilicet inimicos ⁊ bona celestia: ideo passus sui amoris lati sunt:⁊ ad magna ⁊ maiora extēti ⁊ ampliati quapropter melius ⁊ citius ⁊ facilius potest ad celestia ambulare ps̄. Et ambulabam in latitudine. Sicut enī arbores que interius habent humorem lacteum valde solent crescere in latum: sicut ptz in ficu Sic vere illi qui intus in corde habent lac gratie dei valde crescunt in latum per desiderium ⁊ amorem. Unde de ista latitudine cordis dicit.iij.Reg.iiij. Dedit dominus Salomoni sapientiā ⁊ prudentiā ⁊ latitudinem cordis. ¶Item debet in nobis esse latitudo manus ad erogandum Numeri.xxiij. Pluribus dabitis latiorē partem. ¶Item latitudo oris ad suppliandū.Unde ps̄. Exaudiuit me in latitudine dominus ⁊c. ¶De talibus ergo latitudinibus hominis iusti pōt dici illud Eccli.j. Altitudinem celi:latitudinem terre ⁊ ꝓfundum abyssi quis dimēsus est:Ubi nota ꝙ triplex est bona latitudo videlicet. Quedam superior.Est enim superius latitudo amplissime habitationis.Quedam inferior. Est enī inferius latitudo largissime erogationis.Quedam interior.Est enī interius latitudo plenissime contentationis. Latitudo superior est omnium allectiua. ⁊ ista est altitudo celi. Latitudo inferior est oīm nutritiua: ⁊ ista est latitudo terre. Latitudo interior est omnium contentiua: ⁊ ista est ꝓfunditas abyssi. Est igit latitudo superior latitudo summe ciuitatis: ⁊ ista notat in altitudie celi.Sphera enī quāto magis est alta ⁊ magis a centro elongata: tanto magis naturaliter est lata. Istud videmus sensibiliter in radijs rote qui circa cētrum seu circa medium rote sunt valde stricti ⁊ conculcati sursum vero circa superficiem seu spheraz valde spaciose sunt lati ⁊ dilatati Sic vere charissimi illi qui hic habitant circa centrū terre sunt necessario valde stricti:quia scilicet locus huius mundi ita est modicus ⁊ artus ꝙ vni cordi humano non potest ad plenum sufficere:sicut de Alexandro legit . Quod cū magister suus sibi diceret.Adhuc plures alios mundos esse:ille dixit,Heu me inquit miserū quia adhuc non nisi vnicum acquisiui.Sed vere sursuz in sphera paradisi ⁊ celi est locus lat⁹ ⁊ spacios⁹:vbi sine pressura viuitur:⁊ vbi in latitudine spaciatur:vbi scilicet est tanta latitudo ⁊ amplitudo ꝙ omnibus potest sufficere ꝙtucunq; multa habebunt.Sicut enim fumus inferius est strictus:sursum autem efficitur valde latus.Sicut etiam fila in tela aranee circa mediū stricta sunt ⁊ tamen sunt superius lata Sic vere hic inferius in mundo semper sumus stricti pressi ⁊ cōculcati:sursum autem in patria erimus dilatati. Quia sicut dicitur Job.xvj.In mundo pressuram habebitis in me autem pacem.Unde.j.Paralip. iiij. Inuenerunt pascuas vberes ⁊ valde bonas: terramq; latissimam ⁊ quietam ⁊ fertilez. Ubi aduerte ꝙ in ista patria.

Est amplitudo capacissima q: ibi est terra latissima.
Est quietudo securissima.Quietam inquit.
Lis. gare. giosus. Cum lis sit cõtẽtio. Dissensio. Cõtrarietas ⁊ Discordia pro eodem supponant. Possum notare q̃ litigiuz semper signat in malo: ⁊ ideo pro viribus fugiendum est. Si enim iudeus domus inter se litigarent: dissilirent ⁊ disceptarent. nunq̃ vnam domum constituerent: sed ipsam potius dissiparẽt. Sic vere inter nos lites ⁊ contentiones: bellaq; ⁊ seditiões facimus: ⁊ cordibus ⁊ actibus ab inuicẽ dissentimus. nunq̃ domũ dei que est ecclesia stabilim⁹. sed eam potius dissipamus. Et quia concordia res crescunt. discordia vero pereunt ⁊ decrescunt. ideo bene dicitur. ij. Thimo. ij. Seruũ dñi nõ oportet litigare. Et bñ dixit seruuz dei. quia reuera illi qui peculiariter seruiũt deo sicut sunt religiosi ⁊ clerici. debẽt esse modesti nõ litigiosi q̃ cũ ipse dei⁹ sit dei⁹ pacis: nõ decet q̃ habeat suos litis Thim. ij. Adone illos nõ litigiosos esse sed modestos ostendentes omnẽ mansuetudinẽ ad omnes hoies. Mõ tamen est cõtra multos qui scz in rixis ⁊ litibus dissensionibus ⁊ rixis delectant. Similes illis locis qui dicũtur syrtes: que sunt

q̃ sunt loca arenosa in affrica ita bullientia: ⁊ ad modum aque fluctuantia: q̃ modico flatu venti ab interiori prorumpente de loco ad locum se mouent ⁊ iter se cõfligunt: ita q̃ nullus per eos tute trãsit. Sic multi flatu dyabolice inspirationis ⁊ temptationis taliter agitãtur: ⁊ litibus ⁊ discordijs cõcutantur: q̃ omnes alij per eos cõturbãtur: Ipsos em̃ monẽt vt litigent. Quidam ergo ad litem ⁊ discordiam mouẽtur ex puersitate mẽtali. Prouer. xvj. Homo peruersus suscitat litem. ¶ Item alij ex cupiditate realj vel tẽporali. Jaco. iiij. Unde inquit lites ⁊ bella inter vos: nõne ex cõcupiscẽtijs vestris: Sequtur litigatis ⁊ belligeratis ⁊ nõ accipitis: ⁊ tamen. j. Thim. iij. dicit. q̃ episcopum oportet esse nõ litigiosum: nõ cupidum. ¶ Item alij ex fatuitate verbali. Et istud est quando hoies faciũt fatuas questiones que tamẽ terminãtur in lites ⁊ dissensiones. Johã. vj. Litigabãt ergo iudei adinuicem dicẽtes. Quomodo põt hic carnem suam nobis dare ad mãducãdum ⁊c. Et ideo bñ precipitur ij. Thi. ij. Stultas ⁊ sine disciplina questiões deuita. scies quoniam generãt lites. ¶ Itẽ alij ex carnalitate locali. De quo Prouerbi. xxj. Melius est sedere in angulo domatis q̃ cuz muliere litigiosa. Quia sicut dicitur Prouer. xxvij. Tecta iugiter per stillãtia ĩ die frigoris ⁊ litigiosa mulier cõparantur. Mõ psequor vlterius: q̃ de Discordia dictum est in multis locis. Vide vbi Contra. ⁊ Contradicere.

Littus. Littoris. Nota q̃ litt⁹ est terminus aque: ⁊ maxime fluminis seu maris illa scilicet terra que ĩmediate aque ungitur. ⁊ per quã mare vel fluui⁹ terminatur. Est igit litt⁹ terra sicca p longũ maris vel fluminis porrecta: arenis vt cõiter plena aq̃ fluctib⁹ v̄berata: ⁊ ipsi⁹ humoribꝰ irrigata: portub⁹ ⁊ securitatib⁹ magis apta ⁊ p illis qui de maris fluctib⁹ euadunt magis ydonea ⁊ secura. Est igitur littus Locus.

Pulchrior ad spaciandum.
Tutior ad habitandum.
Utilior ad piscandum.
Et ad maris impetus terminandum.

¶ Sic igitur dicam q̃ p littus põt intelligi in bono significato ⁊ in malo. ſ. Status.

Pure perfectionis.
Sequentis turbationis.
Ingentis saluationis.
Mundane corruptionis.

Primo igit dico q̃ littus signat virtutum perfectionem. Virtus enim ⁊ perfectio morum: vel etiam status virtuosus ⁊ pfectus sicut. ſ. dz esse ecclesie ⁊ religionis status seu locus: fluctus maris. id est amaras temptatiões ⁊ fluctuosas tribulationes: aquas etiaz dulces. id ẽ mũdi delectatiões. sistit ⁊ terminat ⁊ nec terraz anime obruãt vitijs ⁊ submergãt: acriter repugnat ⁊ refrenat. Habet em̃ ĩ se istud littus arenas penitẽtie ⁊ asperitatis sterilitatem: facilitatem indigẽtie: ⁊ abstinẽtie seu volũtarie pauptatis: amenitatez seu puritatem cõtinentie ⁊ castitatis: ⁊ securitatẽ cõfidẽtie ⁊ diuine gratie ⁊ veritatis: fertilitatẽ seu opulentiã oĩs spiritualis vtilitatis. Ibi enim piscatur ⁊ acquirit homo quicquid est necessarium ad salutem Ibi ditatur moribus ⁊ virtutibus. Ibi est in portu: ⁊ gaudet a mundi fluctibus euasisse. Ibi est in spacio ⁊ gaudet ad solatiuz eruisse. Gene. xlix. Zabulon in littore maris habitabit: ⁊ in statione nauium. Et Judicum. v. Asser habitabit in littore maris ⁊ in portub⁹ morabitur. Signat ergo littus virtutuz perfectionẽ.

¶ Secundo dico q̃ signat sequentem turbationem mortis ⁊ iudicij. Ista enim sunt que terminãt maris fluctus. id est huius vite ⁊ huius mundi fluctuosos impetus ⁊ processus. Ista sunt ad que oportet omnes naues. id est omnes mortales applicari. quos daz vero ad inferni scopulos se cassare. In isto enim littore. scilicet in iudicio vel in morte expectant angeli boni: vt naues mercibus plenas: id est animas opulentas virtutibus tanq̃ mercatores recipiant. Etiã expectant angeli mali velut in scopulo: vt fractas ⁊ dãnatas naues seu animas diripiant. Nonne de angelis scribitur Matth. xiij. Quod sagenam plenam piscibus educentes: ⁊ secus littus sedentes: elegerũt bonos in vasa sua. malos autem foras miserunt. Quia reuera boni pisces. id est sancti homines cum ad littus mortis vel iudicij veniunt ab angelis eliguntur: mali vero ab eis reprobantur. Signat ergo littus sequentem turbationem. ¶ Tertio dico q̃ signat mgẽ ¶ tem saluationem. ſ. statuz glorie paradisi vbi scilicet post fluctus mortalitatis homo stat in littore: hoc est dictu: in stabili ⁊ securo loco. Exemplo xpi. Qui post resurrectionem legitur stetisse in littore. Johan. xxj. Stetit Jesus in littore maris. ¶ Quarto signat secuti correctionem. Littora enim sunt partes ille terre q̃ maris fluctibus verberantur: ⁊ q̃ piratis amplius exponuntur: ⁊ que facilius aquarũ alluuionib⁹ submerguntur: ⁊ que etiam lacis ⁊ paludibus aquarum plus fedantur. ⁊ que insuper herbis inutilibus vt cõmuniter fecundantur. Si vere mundus seu mũdi status tribulationibus subiacet: motibus fluctuosis et piratarum. id est demonuz rapinis ⁊ temptationib⁹ lutuosis. lacuosis: aquis ⁊ paludibus. id est delectationibus vitiosis: ⁊ malis herbis: id est hominibus inuirtuosis abundat. Bene ergo dicitur Matth. xiij. Quod Jesus ascendit in nauiculam ⁊ turba stabat in littore. Et Ezech. xlvij. dicitur q̃ aque que sunt in littoribus seu in paludibus torrentis nõ saluabuntur: quia in salinas dabuntur. Ad denotandum q̃ littora huius mundi non sunt loca sana ad habitandũ. imo certe falsa sunt ⁊ amara sanctis hominibus ad gustãdum. In salinas inquit dabuntur. Et ideo bonus nauiculam ecclesie vel religionis cum christo solẽt ascẽdere. Turba vero: hoc est dictu mali in isto mundo ⁊ negociorum mundanorum littore solent persistere. Et breuiter de malis dicitur Josue. ix. q̃ illi qui versantur in montanis ⁊ campestribus ⁊ in littore maris. congregati sunt pariter vt pugnarent contra Josue. id est contra christum. Sicut enim dicitur. Josue xj. Egressus est populus multus nimis sicut arena q̃ est in littore maris ⁊c. Vide supra de arena in littera Ih. Patet igitur q̃ per littus potest intelligi mũdus ⁊ ipsius gravis iniquitas: paradisus ⁊ ipsius tuta securitas: mors iudicium vel infernus ⁊ ipsius dura penalitas perfectionis status ⁊ ipsius sancta felicitas ⁊c. Sufficit. Vide infra vbi mare ⁊c.

Litera. Litere. Cum litere sint quedam figurarum elementa ad voluntatem instituentis facta: ad notificãdum vota hominum absentium vel tacentiuz instituta. Possumus notare q̃ maxima fuit necessitas literas inuenire. Et ideo creta insula pre aliis debet in hac parte a mortalibus honorari q̃ sm Jsidorum ⁊ Solinũ primo literas aureas dedit: q̃q; Plinius videbat velle. q̃ vsus literarum fuit eternus. A principio enim varie nationes sibi ad exprimendum cõceptus suos absentibus ⁊ futuris literas inuenerũt quibus scribentes hystorias ⁊ scientias p eos admuẽtas ipsas ad posteros trãsmiserũt. Quis enim modo aliq̃d de factis antiquorũ sciret: nisi illa sagax antiquitas literis demãdasset: Jgit inq̃tuz audiusse potui certe sunt hodie. quincie que vtuntur specialib⁹ literis in scribẽdo. Europa quasi per totũ vtit lris latinis. Affrica arabicis. Asya vero minor ⁊ illiricum ⁊ macedonia ⁊ tracia literis vtitur grecis. Asya autem magna ⁊ asya profunda literis sm varias prouincias vtitur chaldeis: persis: armenis: vigguris ⁊ cumanis. Tamen obmissis istis ad moralia redeamus: ⁊ de inuentionibus literarum tacentes: de literis inquantum instructionem faciunt ad virtutes aliquid differamus. Dicam ergo q̃ nos inuenimus Litteras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Admirãdas. Ufe admirãde sunt i rerũ natura.
Meditãdas Ufe meditãde sunt in vita futura.
Penetrãdas Ufe penetrãde sunt fere i lectura.
Perscrutãdas. Ufe pscrutãde sũt i sacra scptura.
Refutãdas. Ufe refutãde sunt vana textura.

B ¶Primo ergo dico q̃ sunt quedam littere veritatẽ ostẽdentes naturaliter:ꝛ iste sunt deꝰ ꝛ creature. Deꝰ enim in mente sua habet scriptas omnes veritates ꝛ quicquid est ꝓteritum ꝛ futurum. Sed quia iste littere sunt subtiles:ita q̃ soli beati ꝛ angeli legere possunt illas:ideo nobis tãq̃ pueris fecit vnum alphabetum cum literis valde grossis:videlicet creaturas que scilicet nobis ostẽdunt ꝛ predicãt magnificẽtiaz creatoris.ꝛ etiam veritates rerum multiplices futurarum. Teste eñ apostolo. Roma.j. Inuisibilia dei p ea que facta sunt intellecta cõspicuntur. Astronomi enim ꝛ mathematici qui easdem literas vident in celo signis ꝛ stellis:per quas cognoscunt quandoq; aliqua tam ꝓterita q̃ futura:etiam res inferiores scilicet ignis:terra:aqua:aer:volucres :animantia ꝑ voluntatem instituentis dei:per istas creaturas tãq̃ per instrumentum operantes:multa possunt rerum occulta mõstrare ꝛ hominibus varia declarare. Teste enim scriptura sacra Job.xxxv. Deus docet nos super iumenta terre ꝛ in auibus celi erudit nos. Et inde est q̃ antiqui ad inuestigandum aliquas veritates:per creaturas inq̃tum scilicet ipse creature possunt esse ipsius dei quantum adhoc instrumẽtum ali quas scientias condiderunt.quibus mediantibus p creaturas in creatoris mirabilia peruenerunt:ꝛ cognitionem eorum obtinuerunt:ꝛ sic fecerunt Astronomiam q̃tum ad celum. Piromantiam q̃tum ad ignem. Aerimantiam q̃tum ad aerem. ydromantiaz q̃tum ad aquam. Geomantiam q̃tum ad terrã. Augurimantiam q̃tum ad aues. Speculantiam ꝛ extimantiam q̃tum ad pecudes:que scilicet q̃q̃ per male vtentes vel intelligentes sunt modernis temporibus depꝛauate. in ꝓncipio tamen ad inquirendum veritatem a deo per creaturas tanq̃ in quibusdã naturalibus literis fuerunt deo annuente sapientibus reuelate vel a sapiẽtibus inuente. De istis tamẽ omnibus taceo:ꝛ hoc solum dico q̃ creature sunt vel dici possunt quedam littere veritatem naturaliter ostẽdentes. Et ideo admiratiue dicitur Esa.xxix. Dabit liber scienti literas ꝛ dicet nescio legere:signatus est enim. Et sic pauce sunt:qui istas literas sciant legere:quia scilicet nõ sunt scripte nec grece nec hebraice nec latine. Cutius est ergo lecturam istarum soli deo relinquere vel tempus post mortem quo nobis patebunt omnia expectare: q̃ in psiti circa talia diuagari. Hester.iij. Littere signate sunt anulo regis. Sunt iste littere ergo veritatem naturaliter ostendẽtes: iõ admirande. ¶Secundo dico q̃ sunt quedam littere futura cõiecturaliter ꝓsumentes ꝛ ideo meditande. Iste autez sunt partim vindicatorie. partim remuneratorie. Vindicatorie sunt que nunciant imo mandant patrandi supplicij strenuitatem. Sicut fuerunt litere ille quarum fit mentio.iij. Regum.x. vbi dicit Rescripsit iehu literas syrie optimatibus vt tollerẽt capita filiorum Achab. Cuius mandati terribilis auctoritas quem non facit pauidum? quem nõ facit cogitabundum. ne ꝓpter regis iehu. id ẽ christi offensam:capitale tormentum. id est mortez ꝛ damnationem perpetuam forte sit accepturus. cõtinue literas istas quasi oculis obiectas contueatur. legat ꝛ meditetur ꝛ damno auisatus alieno ꝓprie studeat salusti. Remuneratorie vero sunt que liberalitatez ꝛ munificentiam erga vnuz habitam ꝓferentes. omniũ eorum animos quibus leguntur vel referuntur allicunt. vt ꝛ ipsi mittentis cupientes assequi fauorem: ꝛ munerum vtilitatem ꝛ honorem. diligenter. sollicite:ꝛ ꝓter intercapedinem meditantur: vt operentur que illi placida suspicantur ꝛ grata. Est enim verisimile vt qui in vnum fuerit seuicie vel gratie modus ꝛ ratio. par sit etiam in alios. ꝓsertim cuz a iusto animo:a iusto iudicio. ꝛ a iusta causa procedat:sicut saluatoris nostri i bonos ꝛ malos recte mercedis distributio. Qui reddit vnicuiq; iuxta opa sua. Apocalipsis.xxij. Igit sicut iste literis vindicatoriis quosdam dãnabit. Sic quosdam literis remũeratoriis saluabit. De quib⁹ dicitur.iij. Regum.xx. Misit Marodath literas ꝛ munera Ezechie. Sic dictum est de literis que sunt ꝓiecturaliter imo certitudinaliter futura ꝓsumẽtes ¶Tertio dico q̃ sunt quedam littere veritatem sensibiliter absc̃ondẽtes:ꝛ ideo penetrãde. Iste autem sunt litere legis antique ꝛ etiaz litere hystorice. sub quarum scilicet cortice sensus diuine intelligẽtie cõtinẽtur ita q̃ aliud signãt interius. licet exterius aliud dicere videãtur. Nam sicut in cera cõtinetur mel quod inde tãdem eliquatur ꝛ exprimit. sic in litera cõtinetur sensus qui per rectum itellectũ per expositiõem cõgruam exinde educitur ꝛ habet. Ista enim litera est occidẽs ꝛ litera vetusta: quia scilicet qui ipsam q̃tũ ad exteriorem apparẽtiaz sequitur:per infidelitatẽ occiditur ꝛ in vitijs antiquatur. Spiritus igitur. id ẽ spiritalis sensus querẽdus est: literalis vero penitus dimittẽdus. ij. Corint.iij. Deꝰ inquit qui nos ministros fecit idoneos noui testamẽti nõ litera sed spũ. Litera eñ occidit:spiritus autez viuificat. Uñ Aug. lib. cõtra aduersarios legis. ꝑphetarum dicit:q̃ lex ꝛ prohibitio crescit.ꝛ desiderũ augmẽtat peccãdi quod nõ extinguitur nisi ex cõtrario desiderio recte faciẽdi per delectatiõem fidei operetur:hoc autem nõ ꝓstat litera inbẽs sed ipũs viuẽs. Igitur carissimi iuxta doctrinaz apostoli Roma.vij. Mũc soluti sum⁹ a lege mortis in qua detinebamur ita vt seruiamus nõ in vetustate litere sicut faciũt iudei sed in nouitate spiritus sicut faciunt viri sancti. Iste sunt ergo litere veritatem internaliter absc̃ondẽtes:ꝛ ideo penetrãde. ¶Quarto dico q̃ inuenũtur litere veritatem lucidissime declarãtes. Et ideo perscrutãde. Et iste ꝓcerto sunt litere legis noue ꝛ scripture sacre:que scilicet ostendunt fidei veritatẽ. Deꝰ eñ istas literas in suo secreto studio scilicet in mẽte ꝓpria ꝛ in paradiso scripsit ꝛ eas per nuncios suos scz per ꝓphetas hoibus misit:ꝛ noticiam sui volũtatez suam per istas literas hoi intimauit. Uerũ q̃ nõ bñ intelligẽtur:mirit finaliter filium bñdictuz tanq̃ doctorem iustitie:qui istas literas:ꝛ eorum ꝛitatem per nouũ testamẽtũ mõstrauit. ¶Itẽ iste attulit nouas epl̃as quibus veteres tantique litere. s. littere legis mosayce sunt. corrects sicut dicit Hester.viij. Sicut eñ in egꝓto ꝛ in egypto litere mittũtur p colũbas que. s. ad locũ natiuitatis sue volant ꝛ literas seruz tollunt. Sic vere deus p xp̃m ꝛ ꝓphetas ꝛ doctores:qui. s. fuerũt prudẽtes sicut serpẽtes ꝛ simplices sicut columbe. literas istas nobis misit:ꝛ nos p ipsas in fide moribus ꝛscietijs erudiuit. Nonne Aug. Hiero. Ambro. Gregor. Drige. ꝛ alij fuerunt columbe plene literis diuinis ꝛc. ita q̃ cuilibet tali potest dici illud. ij. Thim. iij. Ab infantia sacras literas nosti que te possunt instruere ad salutẽ per fidez que est in xp̃o iesu. Sed quid: reuera sicut columbe tales ꝓpter huiusmodi literas quãdoq; sagittantur ab hostib⁹. Sic vere ꝓpter literas scripture diuine ꝛ scietie theologice quãdoq; sagittãtur ꝛ impetũtur theologi ab hereticis ꝛ seductoribus:ꝛ etiam hodie a scietiarũ mũdanarum professoribus. Multi enim sunt hodie legiste ꝛ canoniste qui tales literatos vilipendũt.ꝛ eos sagittis detractionum ꝛ punctionum inuadunt. In quorum persona loquitur Augu. li. ix. confessionum. ꝛ libro. xiij. cõfessionum. dicens. Fueram inquit pessimus latrator amarus ꝛ cecꝰ aduersus literas de mele celi mellitas. de lumine tuo luminosas. Et certe bene amarus ꝛ cecus:quia certe tales bene sunt ceci qui literas scilicet humanas ꝛ per homines admuentas diuinis ꝓponũt.

diuinis ꝓponũt. ꝛ q̃ ipsarum professores cõtemnũt. se vero alijs anteponũt. Cũ tamẽ dicat Hieronymus q̃ nescit literas qui sacras ignorat. Et Seneca dicit. q̃ ocium sine literis mors est ꝛ viui hominis sepultura. Ideo prosper de vita cõtemplativa. li. iij. dicit sic. Uite cõtemplatiue sectator ad cor illuminãdum cõditorem accedat cõtemplãdo ꝛc. Sequitur. Literarum diuinarum sacris meditatiõibus vacet:in eis diuinitus illuminatus se oblectet:ubi se totum velut in speculi quodam refulgẽte cõsideret quod in se deuũ deprehẽdit corrigat:quod deforme deponat. qõ pulchrum ercolat. quod sanum seruet. quod infirmũ assidua correctiõe corroboret. dñi sui ꝓcepta infatigabiliter legat:efficaciter impleat ꝛ quid sibi cauẽdũ. q̃d delectãdum sit. ex eis sufficiẽter instructus agnoscat. hec Prosper vbi supra. Ista tamẽ prohdoloꝛ sunt cõtra multos theologie ꝛ literarum diuinaruz sectatores:qui. s. optime sciũt dicere ꝛ legere optime disputare ꝛ eligere:nihil tamẽ volũt operari seu facere:ꝛ quod horrẽdum est magis q̃ alij se solent cunctis vitiorum illecebris dedere:ꝛ etiaz cõtra illa q̃ quotidie dicũt ꝛ legunt in vitijs se inuoluere:ꝛ se criminib⁹ irretire. Mõne ergo isti sunt qui literas dãnatiõis et sentẽtie sue secuz ferũt. In curia eñ Romana falsarij in scala ꝛ in patibulo coram omnibus ob cõfusionem maiorem exponũtur. Litere vero quas falsificauerũt ad collum eorum suspẽdumtur in testimonium scilicet cõtra ipsos:quia. s. iste sunt litere false ꝓpter quas ad supplicij cõdemnãtur. Et reuera tales sunt isti:qui. s. secum portãt literas mortis sue:que. s. testimonium ꝓhibẽt cõtra ipsos. inq̃tũ scilicet in literis scripture diuine quas deformãt. pene suis criminib⁹ debite sunt statute. ꝛ inq̃tuz litere sacre scripture ẽs sciũt ꝛ deferũt illos cõdemnãdos ꝛ puniẽdos discernũt. Figurati videlicet i vno milite dauid qui literas mortis sue secum tulit. ꝛ ignoraꝰ quid portabat ꝓpter literas mortẽ incurrit. sicut dicitur. ij. Regũ. xj. Quia ꝓcerto tales lras mortis sue deferũt inq̃tũ sacrã scripturã sciũt. ꝛ tñ que scriptura docet nõ faciũt. sicut eñ ꝛ Lu. xij. Seruꝰ sciẽs volũtatẽ dñi sui ꝛ non faciẽs plagis vapulabit multis. Ista est ergo lra que occidit. spũs autez viuificat ꝛc. ij. Cor. iij. Unde illud Aug. dicẽtis. simplices ꝛ ydiote rapiũt celos. nos cũ nostris lris mergimur in ꝑfundum. Nõ sic ergo: sed habeamꝰ veras literas ꝛ nõ falsas. ꝛ faciamus illa q̃ nobiscum scripta deferimus per bona opera ꝛ nõ cõtraria faciamus. Eccla eñ catholica est illa q̃ sola lris veris vtit. ꝛ in q̃bus vera fides ꝛ vera scientia reperitur. Figurata. Judicum. j. in illa ciuitate que dicitur cariathsepher que interꝑtatur ciuitas literaꝝ. Uerus ꝛ plati ꝛ viri eccli figurãtur in apollime. i. i sole:qui ꝑm astronomos vocatur dñs literarum. eo. s. q̃ ad literas ꝛ scietias habilitat ꝛ disponit. Et ide est ꝑm fulgẽtiũ i michologia sua:q̃ effigies appollinis pingebatur literis erarata ad denotãdũ q̃ quicunq; ecclesiasticus ꝛ maxime prelatus:qui scilicet veri apollinis seu solis iusticie xp̃i dz esse effigies ꝛ ymago. debet literis erarari ꝛ scribi: inq̃tum. s. scietia literarum diuinarum dz ꝓtrahi ꝛ sacra theologia erudiri. j. Parali. xxvij. Jonathan patruꝰ dauid prudens erat ꝛ literatus. Sicut apls erat dicẽs Gall. vj. Duz tempus habemus operemur bonuz ad oẽs maxime ad domesticos fidei. Videte quibus literis scripsi. vobis. que tamẽ sunt hodie cũtra multos ecclesiasticos ꝛ ꝓlatos:q̃ scz sunt hodie non literati. sed ignari. Uñ Esa. xxxiij. vbi est literatꝰ? vbi legis verba ponderãs? vbi doctor paruulorum? q. d. nullus est vel pauci. quia scilicet nimirũ esset si sciret literas sacras cum nõ dicerint Johã. vij. Quomõ literas scit cum nõ didicerit. Quia reuera de multis potest dici illud quod scribit Actu. iij. q̃ scz ipsi sunt hoies sine literis ꝛ ydiote. Patet igitur q̃ inuenũtur litere veritatẽ lucidissime declarãtes. ¶Quinto dico q̃ inuenũtur litere obscurissime suffocãtes. Et iõ refutãde. Et iste ꝓcerto significare possunt sciẽtias mũdiales: que scilz nihil bñt ita certum quin possit obiectionibus obũbrari. vel etiaz sciẽtias magicas aut superuacuas ꝛ ineptas que nihil habẽt clarum aut certuz: sed totũ superuacuũ ꝛ ineptuz. sed de talibus literis nihil ad ꝓsens. Sufficit ꝛc. Uide vbi liber. Scriptura. Docere. Sciẽtia. Studium. Legere ꝛ cetera similia

Liuor. A Nota q̃ color blauus. liuidus. vel subniger significãt quasi idem. Liuor etiaz ꝓprie dicitur quando cutis ꝛ caro percutitur. ꝛ in subnigrum colorẽ ꝛ squalorem vertitur. ita q̃ ipsa cutis nullatenus perforatur. Et in hoc casu licet cutis sit integra. ꝛtus tñ remanet caro lesa. De qua Ecci. xxviij. Flagelli plaga liuorẽ facit ꝛc. Igit dico q̃ generaliꝛ p liuorẽ intelligit tribulatio. sicut de xp̃o. Esa. liij. Cuius liuore sanati sumꝰ. Mũq; simplex correctio vel flagellatio. sic de seruo maliuolo q̃ nõ corrigit plagis dicit Ecci. xxiij. Mõ seruꝰ in terrogatꝰ assidue a liuore non minuitur ꝛc. Mũq; vero liuidia facit hoiem liuidum atq; tristẽ. De quo dicebat ille lamech qui occiderat adolescẽtem in liuore suo. Gen. iij. Occidi virum in vulnus meũ. ꝛ adolescẽtem in liuorẽ meũ. Mũq; ficta hypocrisis ꝛ cõuersatio: que. s. cutẽ. i. exteriorez apparẽtiam hz sanam interiorẽ vero cõscientiã famosam. De quo Esaie. j. Uulnus ꝛ liuor ꝛ plaga tumẽs a plãta pedis vsq; ad verticez nõ est in eo sanitas. De istis aũt nihil amplius: q̃ paucissime sunt autoritates. Uide vbi Invidia ꝛ ypocrisis ꝛc. similia.

Locuples. A Nota q̃ locupletare idem est qõ ditare. Et locuples idez est quod dines. Et potest dici q̃ in scriptura reperitur.
Locupletatio tẽporalis que cito deficit.
Locupletatio virtualis que mentem ꝑficit.
Locupletatio eternalis que totũ reficit.
De tẽporali cito deficiẽte dicitur Eccle. xxj. Domus que nimis locuples. est annullabitur. de virtuali ꝛ ꝑficiẽte dz Sap. viij. Si iqut diuitie q̃runt: q̃d sapientia locupletius. Et. ij. Cor. vj. Sicut egẽtes multos ãt locupletantes. de supernali seu eternali semper reficiente dicitur Apoc. iij. Suadeo tibi emere auruz ꝑbatum ignitum vt locuples fias. Igitur de locupleta tione tẽporali solum dicam q̃ ista est.

Filia parcitatis.	Mõ locupletatio seu
Emula vanitatis.	diuitiaruz acq̃sitio fit
Nebula veritatis.	filia ꝑcitatis ꝑz Eccl.
Aduersaria voluptatis	xj. vbi dicitur. Est q̃ lo
Temeraria caritatis.	cupletat parce agẽdo.

¶Itez q̃ sit emula vanitatis hoc est dictu q̃ diligat tactãtiã ꝛ vanitatem patet Apoc. iij. vbi dicit. Dicis inq̃t q̃ diues sum ꝛ locupletatus sum ꝛ nullius egeo: cuz sis miser ꝛ miserabilis:ꝛ pauper:ꝛ cecus:ꝛ nud⁹. ¶Itẽ q̃ sit nebula veritatis:ꝛ q̃ sit illud per qõ nebula ignorãtie generat in aĩo ꝑz Ecci. xxvij. Qui q̃rit locupletari auertit oculũ. ¶Itẽ q̃ sit inimica voluptatis: ꝛ q̃. s. voluptas ꝛ superfluitas sit illud qõ fieri diuitẽ nõ ꝑmittit. patet Ecci. xix. vbi dicitur q̃ operarius ebriosus nõ locupletabitur. ¶Itẽ q̃ sit temeraria charitatis inq̃tũ. s. odia ꝛ inimicicias gignit. ꝑz Treñ. j. vbi dz q̃ inimici i hierusalẽ locupletati sunt ꝛc. Uide de diuitijs in locis quasi infinitis ꝛc.

Locus. A Nota q̃ locus est illud in quo vnaqueq; res dicitur collocari. Et est locus ꝓprius ꝛ improprius. Locus proprius est rei conseruatiuus et quietatiuus. et sui motus ꝛ fluxus terminatiuus. In loco enim ꝓprio vnaquecq; res quiescit. Locus improprius est rei destructiuus ꝛ afflectiuus quia in loco improprio nulla res cõsolidatur aut requiescit. Nota ergo q̃ duo sunt genera loczum materialiũ p que intelliguntur duo genera locoꝝ spũalium. Sunt enim loca bona ꝛ loca mala. Loca bona sunt loca propria: illa scilz in quibus mens humana dz habitare:ꝛ in q̃b⁹ põt esse suũ spũale seruare. id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetit9 ꝛ mot9 ꝓprios quietare. Et ꝑ talia loca posſum itelligere oīa q̄ hō dz ſpūaliter ſreq̄ntare. Sicut eſt cōſcīētia interior: bona ſocietas exterior: paradiſus ſupior. infern9 vero inferior. Jn iſtis eī quatuor locis debēt hoīes ſpiritualr manere: ꝛ ſe ibi cordialr collocare. Muta. ſ. locus noſter debet eſſe.

Jn cōſcīētia interiori ad ipſius meditationē.
Jn ſocietate bona exteriori ad ipſius frequētationēl
Jn paradiſo ſupiori ad ipſius cōtemplationē.
Jn inferno inferiori ad ipſius cōſideratione.

Iſta eī ſunt quatuor loca ſpūalia que ſunt aīe cōſeruatiua ꝛ locatiua ꝛ fundatiua. ¶ Et primo quidē eſt loc9 interior q̄ eſt deputādus. ꝛ iſte eſt loc9 cōſcīētie. q̄ ꝓcerto dz eſſe loc9 valde mūdus. ꝛ tō lachrymis cōpūctiōis dz ſepi9 eſſe rigat9 ꝛ lot9 Apes eī valde diligūt locū mūdū. Et de ſuis alueariḃus ꝓiciunt feces ſuas. nec manēt libēter in loco mali odoris. Sic vere nos debem9 habere locū mūdū pure cōſcīētie. ꝛ exin de feces pctōrū debemus abluere. vt ibi tam nobis q̄ deo mundū habitaculū ꝓparem9. Deꝰ eī in loco imūdo ꝛ fedo nō diligit habitare. pſ. Deus i loco ſancto ſuo. Jn tali eī loco dz hō locari. inq̄tus ſemp dz in ꝓprīa cōſcīētia meditari. Pſ. Dnus eſt ſol ꝛ congregati ſunt ꝛ in cubilib9 ſuis collocabunt. ¶ Item dico q̄ eſt loc9 exterior q̄ eſt frequētandus. Et iſte eſt loc9 bone ſocietatis. Locus eccleſie vel religionis vel bone ſocietatis ꝛ ſimiliū. Locus dico ꝓprie religiōis vel eccliē. Uñ de Jonatha dicit. j. Mach. x. q̄ ipſe in arce ſyon collocauit viros qui legē facerēt. Apes eī ſeruāt loca ſua ꝓprīa. ꝛ nūq̄ inuadūt aut impetunt aliena: q. ſ. loca in quibus locati ſum9 ꝛ vocati. ꝛ gradus ꝛ ſtatus quibus ſumus inſtituti debemus diligere ꝛ tenere ꝛ alioꝝ loca ſtatus aut bñficia nō ambire iij. Reg. xiij. Cōtentus eſto gloria tua: ꝛ ſede in loco tuo. Locus ēt ſocietatis bone ꝛcōgrue. q. ſ. hoc eſt q̄ ſumme proficit ad ſcientiam ꝛ ad mores. Uide alibi de ſocietate. Jō de quolibet pōt dici illud. iij. Regū. iij. Collocauit eū ſuper lectulū hois dei. ¶ Itē eſt locus ſuperior qui eſt affectādus. Et iſte eſt paradiſus. Jbi eī eſt deus. ꝓprie locus ꝛ ſedes mentis noſtre q̄ ſicut ignis ſuperius habet locum ſuū ſcz in ſpera ꝓprīa que ſurſum eſt. ꝛ ideo ignis qui eſt hic inferis ſicut in loco extraneo non quieſcit ſed ſurſum ad locuz ſuum ꝓprium ſemp nititur eleuari. Sic vere cariſſimi mens humana que ſurſuz in deo habet locū ſuū ratione originalis creationis. ꝛ ſurſum i paradiſo ratione requietionis. que tamen hic iferius mole corꝓis detinetur ſemp debet iſtū locum appetere. ꝛ ſe ſuperius eleuare. Eccl. j. Ad locū vnde exeūt flumina reuertunt. Jn tali ergo loco collocat deus per cōſideratione ꝛ affectione hoies ſibi deuotos. ipſoſq̄ facit cōtemplatiuos ꝛ altos Job. xxxvj. Reges in ſolio collocat. Et. j. Eſdre. iij. Collocauerunt altare ſup baſim ſuaz. Baſis eī noſtra eſt deus ꝛ gloria eterna vbi ſolum mens humana quieſcit nunc fide. tandē ſpe; q̄n ſcz ſm pſ. Deus de ſtercore erigit pauperez. vt colloꝛet eum cum principibus. ¶ Itez eſt locus inferior q̄ eſt meditandus. Et iſte eſt locus inferni. Sicut eī locus talparum eſt ſub terra. locus vero piſcium eſt in mari. locus reptiliuz eſt inferius in cauernis. Sic vere cariſſimi locus noſter debet eſſe per conſiderationem inferius in terra mortalitatis in cauerna ſepulchri. ꝛ in mari amaritudinis ifernalis. Sicut eī in locis inferioribus ꝛ ꝓfundis melius ſeruant bona tempore eſtatis ne corꝛūpantur: ꝛ maxime vina debilia: quia talia in eſtate a corruptione nō ſeruarentur. niſi in locis ꝓfundis ꝛ infimis tenerent. Sic vere in eſtate ꝓſperitatis hoies impfecti ꝛ debiles a corruptōe peccati non ꝓſeruantur: niſi inferius in ꝓfundo loco mortis ꝛ inferni ꝑ cōſideratione continue colloꝛcentur: vt de talibus poſſit exponi illud Judicum. ij. Aſcēdit angelus dñi de galgalis ad locū flentiū. De dauid ēt dicit. j. Reg. xxiij. Mō ipſe habitabat in deſerto i locis tutiſſimis. Uñ etiā Dauid dicebat i pſ. Collocauit me i obſcuris ſicut mortuos ſeculi. Et de ſepulchris ēt poteſt dici illud Oſee. xj. Collocabo eos in domibus ſuis. Jſta ſunt ergo loca ꝓprīa. ſalubria ꝛ vtilia vbi boni debēt manere ꝛ a locis cōtrarijs reſilire. ¶ Sed loca mala ꝛ impꝛopria ſunt illa que nondant aīme requiem vel quietez: ſicut eſt mūdus peccatum ꝛ infernus. Jn iſtis eī hō ſicut in loco impꝛoportionato: ꝛ ideo nō inuenit delectationez: ſicut patet de membꝛo extracto de loco ꝓprio ꝛ ad locū aliuz trāſpoꝛtato: quod nō quieſcit niſi iterum in locuz ꝓpꝛium reuertatur. Sic vere locus huius mūdi ꝛ peccati ſunt loca talia: in quibus ꝓcerto homo nō poteſt quieſcere vel gaudere: ſed magis ſolet pati triſtitiam ꝛ dolorem. Jdeo bene conſulitur Eccl. xj. Cōfide i deo ꝛ mane in loco tuo. quaſi diceret. loca viatoria ꝛ vitioſa debes deſerere: ꝛ in loco tuto ſicut ſupꝛa dictum eſt mentaliter vel coꝛporaliter remanere. Sicut enim piſcis extractus ab aqua vbi eſt ꝓprius locus ſuus moꝛitur: ſi vero ad aquā reduct9 fuerit valde gaudet: delectatur ꝛ viſibiliter ꝓſolatur. Sic vero bom ſi aliquo caſu alicuius tēptatiōis extra loca ſua ꝓpꝛia ejeciātur: ꝛ ad loca ficca peccati vel mūdi trahātur: merito triſtāt ꝛ deſolātur. Si vero inde euaſerint. tūc ſumme ſolēt letari: ꝛ in deo q̄ plurimū gloriari. Hic videbatur gaudere dauid dicēs in pſ. Hō cōcluſiſti me i manu inimici: ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos. q. d. gaudeo q̄ loca periculoſa exiui: ꝛ ad loca tuta ꝛ optima me tranſueri. Aduerte ergo q̄ hic quatuor ſunt p̄ncipalr loca a quoꝝ duob9 ſe gaudet euaſiſſe. ꝛ quoꝝ duo ſequebat intra ſe. videlicet.

Locus ſtrictus ꝛ ſterilis.
Locus durus ꝛ flebilis.
Locus tutus ꝛ vtilis.
Locus latus ꝛ fertilis.

¶ Mūdus eſt locus arte ſterilitatis quod oſtēditur cum dicitur. Cōcluſiſti. Jnfernus eſt locus dure penalitatis: quod oſtēditur cuz dicitur. Jn manu inimici. Eccleſia eſt locus tute ſecuritatis. quod oñdit in verbo. Statuiſti. Paradiſus eſt loc9 lat9 ꝛ fertilis. quod oñdit cum dz. Jn loco ſpacioſo pedes meos.

Primus eſt locus, peccatoꝝ mūdialium.
Scds eſt locus damnatoꝝ infernalium.
Tertius eſt locus perfectoꝝ ſpiritualium.
Quartus eſt locus beatoꝝ ſupernalium.

¶ Primo ergo dico q̄ hic oſtēditur locus arte ſterilitatius. Et iſte eſt mūdus qui eſt locus ſtrictiſſimus ꝛ artiſſimus ꝛ inſatiat9: mtm q̄ nō pōt ſufficere ad ſatietatē vnius cordis. q̄ oñditur cum dz. Concluſiſti. Mūdus eſt eī ſicut carcer vbi peccatores inuicē cōcludūtur ſimiles auib9 q̄ ꝑcluſe i cauea priſtinā libertatē obliuiſcūtur: ꝛ ac ſi nō eſſent cōcluſe ibi cantāt ꝛ modulātur. Piſcis ēt qui intrauit ſpoꝛtulā piſcatoris nō ꝓcipit ſe cōclūſum nec libertate ꝓuiſtū q̄diu durat pabulū cui9 dulcedine eſt ſeu attractus: q̄n nō de aqua extrahit. tūc ſe fuiſſe deceptuz cognoſcit ꝰ ptū poſt recalcitrat ꝛ recedit. Sic vere peccatores in artiſſimo carcere: in ſtrictiſſima cauea: in anguſtiſſima ſpoꝛtula hui9 mundi ſunt cōcluſi. Uerūtñ hic iuenīūtur pabula diuitiarū ꝛ deliciarum: hinc eſt q̄ artitudinē ſue habitatiōis nō coguoſcūt. ſed ſe in locu latiſſimo eſſe credūt: ꝛ ꝓpter hoc exultāt ꝛ modulātur: libertatem patrie nō meditātur: ꝛ nullam aliam eſſe meliꝛem gloꝛiam arbitrātur. Unde Exodi. xxiij. Coartati ſunt in terram: cōcluſit eos deſertū. Jn moꝛte tamē quādo extra aquā mundane ꝓſperitatis ponentur: tunc ꝓcerto clauſos ꝛ captos ſe fuiſſe fatebūtur. Cōcluſit ergo eos deſertum. Mundus eī dicit deſertū ꝓpter bonoꝝ ſterilitatē: dicit cōcluſio ꝓpter ſpacij modicitatē: q. ſcilz minoꝛ ſtella maioꝛ eſt toto mundo. id eſt tota terra. Et bene dicitur concluſio: q. ſcilz nos ſumus in hoc mūdo cōcluſi in ambitu ſphere aeris: ſphere ignis: ſphere etheris: et ſphere celi.

Nos eī ſumus hic ſicut in cētro: ꝛ ideo in loco valde arto ꝛ ſtricto: ꝛ ideo nos debem9 aliū locū mētaliter appetere: ꝛ illum locū abhoꝛrere: dicētes. Eſa. lviij. et xlix. Anguſtus eſt mihi hic locus da mihi locum vt habitem. Sun9 igit ſicut ignis qui inter oīa clemēta eſt maxime libere cōditionis: qui in vētre nubis concluſus locum abhoꝛrens frangit ꝛ exit: q̄d idem fit de vento incluſo in coꝛde terre qui locum abhoꝛrēs terrā frangit et etiēs terre motū facit. Ita vere nos q̄ in iſto loco arto. videmus nos incluſos ꝛ detētos. debem9 locum iſtum naturaliter abhoꝛrere. ꝛ exinde mētaliter fugere ꝛ exire. Uñ Eſaie. lviij. Dilata locum tentoꝝ: et clauos tuos conſolida. Et ſi vis nota q̄ locus hui9 mundi fugiendus eſt. quia eſt Locus.

Superbie et elationis.
Auaricie et ambitionis.
Jniuſtitie et inuaſionis.
Fraudulētie ꝛ deceptionis.
Jmmundicie et infectionis.

Eſt dico locus ſuperboꝝ. Unde Job. xxiij. Dedit ei dom9 locū penitētie: ꝛ ipſe eo abutitur in ſuperbia. ¶ Eſt etiam locus auaroꝝ. Unde iſte eſt ſicut mons ethna: vbi cōtinue flāmat ignis: q. ſcz in loco hui9 mūdi ignis auaricie ſemp feruet: vnde Job. xxviij. Terra de qua oꝛiebatur panis in loco ſuo igni ſubuerſa eſt. ¶ Eſt inſuper locus inuſtoꝝ quia ſcilicz ſicut in mari maioꝛ piſcis comedit ꝛ deuoꝛat minoꝛem. ſic in mūdo Abacuc. j. Facies hominis ſicut piſces maris. Hō figuratur in ſomno pharaōis qui vidit ſeptē pingues boues que paſcebātur in locis paluſtribus. Itez vidit alias ſeptē valde macres que paſcebantur in ripa fluminis in locis virētibus. Macres nō boues: pingues et pulcras deuoꝛauerūt ꝛ earū pulcritudinē conſumpſerūt. Muta vere iſtud eſt regulare q̄ in locis paluſtribus ꝛ virētibus. i. in mūdi ꝓſperitatib9 q̄ macres deuoꝛant pingues ballim pauperes deuoꝛāt ruſticos diuites: mali comedūt bonos impij deuoꝛāt innocentes. Unde de iſto loco dicit. Job. xxiij. Hec ſunt ergo tabernacula impiꝝ: iſte locus eius qui ignoꝛat deum. ¶ Eſt etiā mūdus iſte locus deceptoꝝ. vñ Joſue. xxiij. Perreꝛerūt ad locū iſidiarū. ¶ Et ēnibilomin9 locus immundoꝝ Unde in ps. Jnuenit eī in terra deſerta i loco hoꝛroꝛis ꝛ vaſte ſolitudinis. Ubi aduerte q̄ mūdus eſt locus. Aſpere penalitatis: quia terra deſerta. Jmmūde fecūditatis quia locus hoꝛroꝛis. Jmmēſe ceitatis vaſte inquit ſolitudinis. ¶ Iſte aūt eſt locus tribulationis quia terra deſerta ideſt aſpera ꝛ inculta. Marci. vj. Deſertus eſt locus hic. Hominū maculatuus. quia locus hoꝛroꝛis Dañ. xj. Stabit in loco ei9 viliſſimus: nullius ſatiatur9. Muta locus vaſte ſolitudinis Apocaly. xvj. Jn ſolitudine habebat locum paratuz. Patet igitur q̄ hic oſtēditur aliquid de loco artiſſime ſterilitatis. Jdeo inquit. Concluſiſti. q. d. quid eſt locus vbi homines ſtricte concludunt. ¶ Secūdo dico q̄ eſt quidaz locus duriſſime penalitatis. Et hoc oñditur cum dicit. Jn manus inimici. Jn inferno eī ſunt damnati in man9 inimicoꝝ. ſ. demonū: quod eſt eis maximū toꝛmētuz atq̄ pena. Jurta illud Hiere. v. Seruietis dys alienis qui nō dabūt vobis requiē die ac nocte Et Hiere. xvij. dicit. Seruire te facia inimicis tuis. De iſto aūt loco vide ſupra vbi. Adduxere. in illa autoꝛitate diuiſa. Adduxiſti nos in locū iſtū peſſimū ꝛc. Et nota q̄ infern9 dꝛ locus: q. ſ. ibi dānati locātur ꝛ ſtabiliter ſtituātur. Uñ poſſum9 notare q̄ iſte ē. ſ.

Locus timoꝛis meſtimabilis.
Locus erꝛoꝛis meuitabilis.
Locus tenoꝛis meuaſibilis.
Locus doloꝛis immitigabilis.
Locus laboꝛis indefectibilis.
Locus ardoꝛis inextinguibilis.

Jbi eſt locus timoꝛis: vbi dammati poſſunt dicere illō Job. xxxvij. Super hoc exꝑauit coꝛ meū: ꝛ motū eſt de loco ſuo. Item ibi eſt locus erꝛoꝛis Job. xxxviij. Tene brarū quis locus eſt: Item ibi eſt locus tenoꝛis: q. ſcz illi qui ſunt ibi inuaſibiliter tenent. Unde Eccles. xj. Lignū in quocunq̄ loco ecciderit: ibi erit. Et Job. xlj. Ad locum alium nō feꝛtur. Iſte eſt locus doloꝛis ꝛ iō ſicut piſces nō libēter vadunt ad locū vbi vident alios fuiſſe occiſos: ꝛ vbi ſentiūt ſanguinē occiſoꝝz. Sicut nec nos debem9 trahere verſus infernū vbi oēs malos fuiſſe videmus occiſos et damnatos. Jdeo mādabat dives epulo fratrib9 ſuis ne ꝑ ipſi veniāt in hunc locū toꝛmētoꝝ. ſicut dꝛ Luce. xvj. ca. Item eſt locus laboris. Unde de demonio dꝛ Mathei. xij. Quod ambulabat per loca arida ꝛ imaquoſa querēs requiē ꝛ nō inuenit. Item eſt locus ardoris: quia ſicut dicitur Ezechi. xlij. Combures eos in loco ſeparato domus. Patet ergo q̄ eſt quidā locus duriſſime penalitatis. Jn manus inquit inimicoꝝ. ¶ Tertio dico q̄ eſt quidam locus tutiſſime ſecuritatis. Et iſtud oñditur cū dicit. Statuiſti ideſt tute ſtabiliſti. Statutio enim ſignat ſtabilitatem et ſecuritatem. Et iſte ꝓcerto locus nihil aliud eſt q̄ locus eccleſie vel religionis locus fidei gratie et bone ſocietatis et congregationis. Loc9 eī ad hoc quod ſit tutus debet eſſe.

Baſſe fimdatus.
Alte leuatus.
Aquisvallatus.
Uictu ditatus.
Armis dotatus.
Muris venuſtat9.
Uiris frequētatus

Talis vero locus eſt eccliа vel religio quia. Baſſe fimdatur per humilez ſubiectionem. Alte leuat9 per celoꝝz affectionē. Aquisvallat9 per flebilē compūctionē. Uictu ditatur per euchariſtie refectionem. Armis dotatur per penitētie macerationez. Muris venuſtatur per angelorū viſitationem. Uiris frequētatur per bonarū perſonarū aggregatiōz. Et ideo breuiter iſte eſt: locus tutus locus firm9: loc9 ſecurus. Unde. j. Regum. xxiij. Ecce dauid latitat in locis tutiſſimis in colle achile. Turus eſt dico: q. fundatur per humilitatem. Unde. j. Mach. vj. Per loca humilia ibant caute. Item tutus eſt: quia leuatur ꝑ contemplationis ſublimitatem. Uñ Gene. xxviij. Quā terribilis eſt locus iſte: vere non eſt hic aliud niſi domus dei et porta celi. Item eſt tutus. quia aquisvallatur per lacrymationis flebilitatem. Unde Eſa. xxxij. dicitur q̄ hieruſalem eſt locus fluuioꝝ rimi latiſſimi et patētes. Item eſt tutus: quia cibus9 ditatur per euchariſtie ſatietatē. Unde Deuter. xxiij. Comedes in cōſpectu domini dei tui in loco quem elegit. Item eſt tutus: quia armis munitur per penitētie aſperitatem. Aſperitas enim penitētie ſunt arma ſpiritualia quibus homo militat contra carnem. Et idem de Ieſu dꝛ Luce. xiij. quod ipſe receſſit in deſertū locum quando voluit de dyabolo triumphare. Apoc. xij. etiam dicit quod mulier cui draco inſidiabatur fugit in ſolitudinem vbi habebat paratum locum a deo: et ſic a draco ne non fuit leſa. Sic vere mulier ideſt anima cui draco. i. dyabolus non ceſſat inſidiari. ſtatim debet fugere ad ſolitudinem religionis et penitentie ꝛ ibi accipere locum et habitaculum ſuū vt ſic poſſit euadere draconis iſtius nocumentum. Item eſt tutus quia muris venuſtatur per angelorum viſitationē. Judic. ij. Aſcēdit angelus domini ad locum. Item eſt tutus: quia a viris frequentat9 per bonarum perſonarum aggregationem Judicū. xix. Pergamus ad locum noſtrum. ſ. eccleſie. religionis. vel bone ſocietatis. Iſte eſt igitur locus tute ſecuritatis. quod oñditur cū dicit. Statuiſti. Stare enim ſtatuere et conſtituere ſignificant quādam firmitatez: et loci et ſtatus ſecuritatē vnde. Ero. xxj. Conſtituā tibi locum in quo fugere debeas. Jdeo bene cōſulitur. Joſue. v. Tolle calciamenta de pedib9 tuis: locus eni in quo ſtas terra ſancta eſt. Ubi aduerte. quod religio vel eccleſia eſt loc9 paupertatis. Jdeo dicitur. Tolle calciamenta. q. d. neceſſe eſt q̄ ſis nud9

Locus caritatis: quia ibi ſunt pedes per quos deſignantur affectiones. Locus firmitatis quia iſte eſt locus in quo ſtas. Loc9 puritatis: quia terra ſancta eſt.

Patet ergo quod est loc⁹ tute securitatis. ¶ Quarto dico ꝙ est locus qui est loc⁹ grandis felicitatis. Et iste est locus paradisi qui est locus beatorum quod ostenditur cum dicitur. Spacioso. Unde Gene. xxiij. Palearum ⁊ feni plurimū est apud nos et locus spacios⁹ ad manendum. Eta ducte q̄ iste locus est tumme appetendus: quia ibi est.

Bonorum plenitudo.
Laborum quietudo.
Honorum celsitudo.

Est dico ibi plenitudo omniū bonorū Judicuz. xviij. Dabit nobis dominꝰ locum in quo nullꝰ rei erit penuria. Item est ibi quietudo oīm bonorū laborū. Ūñ in ps. dicitur. In pace factus est locus eius: ⁊ habitatio eius in syon. Item ibi est celsitudo oīm bonoruz q̄ ficut dicitur. Esa. lx. Locum pedū meorū glorificabo. Et ideo breuiter sicut illi qui sunt in loco sterili libenter se transferunt ad fertilem. Illi qui sunt in loco litigioso libenter se transferūt ad locū pacificum ⁊ amicabilem. Illi qui sunt in loco vili ⁊ infamī libenter se trāsferūt ad locū nobilē. Sic vere charissimi nos qui in hoc mūdo sumꝰ in loco sterili litigioso ⁊ infami: debemus nos transferre mentaliter ad paradisum vbi est locus fructificus pacificus ⁊ excelsus. Ad q̄ nos vtiq̄ debet inducere exemplū xpi et predecessorū nostrorū qui istū locū desideraverūt dilexerūt ⁊ obtinuerunt. Quia sicut cerui et elephātes sequūtur illū qui primo precedit natando. Sic nos debemus xpm ⁊ sanctos sequi qui nos ad locum istum mente ⁊ animo anhelauerunt et tandē corpore precesserunt. Quod figuratum est in filijs israel. Exodi. xl. ⁊ Sapiēti. xix. Qui nubem superstantez sequebātur: ⁊ siue staret siue moueretur ad quēcunq̄ locū declinabat mouebātur. Ma sc̄z nos debemus per imitationē sequi sanctos: quivt nubes per mundi aerem cucurrerūt ⁊ ad locum paradisi cum impetu volauerunt. Quia sicut dicit Ezech. j. Ad quem locū declinabat que prima erat sequebantur ⁊ cetere. De isto ergo loco christus exiuit carnē assumendo. Ma sicut dicut dicitur Esa. xxvj. Egredietur dominus de loco sancto suo. Ad istum locum etiā xps redijt celum ascēdendo q̄ sicut dicitur Eccles. j. Oritsol et occidit: ⁊ ad locū suū reuertitur. Et sic ergo ptz charissimi ꝙ quatuor sunt principalia loca. videlicet

Locus peccatorum.	Sufficit vide sup̄
Locus damnatorum.	de domo ⁊ cuita
Locus perfectorum	te de habitare et
Locus beatorum.	infra de manere.

Locusta. Cum locusta sit vermis seu anīal sex tupes seu alatum. q̄ sc̄z a parte anteriori seu ad latus habet quatuor pedes parvos. a parte vero posteriori duos habet longos et magnos quibus sc̄z se inaltat ⁊ eleuat quādo salit. Est enim anīal q̄d ambulare vel currere nunq̄ nouit immo semp̄ vel volando vel saltādo trāsferre corpus proprium consueuit. Est etiam animal oze quadrāgulū dentibus armatum flozū ⁊ herbarū corrosionibus aptū vnicū habēs intestinū: ⁊ in cauda portans aculeū. Est etiam animal ꝑm Plinī. ordinatissime disciplme consueuit eniz per turmas incedere. excubias ⁊ exploratores ad prēuidendū loca vbi incedere debeant premittere: et post illos locis certis preuisis solet locustarū exercitus totus ire ita ꝙ ꝑm Plinīū expeditionū ⁊ ordinationuz industria in factis bellicis a locustis ad homines venit et castrozū situs exercituūq̄ ordines humanum genus per locustas primitus adinuenit. Scriptum est enim Job. xxxv. Quod deus docet nos superiumenta terre: ⁊ in auibus celi erudit nos. Et procerto herbis victualibus inueniēdis aliquotiens volant sicut exemplificat hystoria Quod semel locuste a spica volauerunt: ⁊ per modū maximi exercitus vndiq̄ discurrentes: omnia blada prout erant in herbis consumpserunt et tandem ad mare flandrie vementes p flatus ventorum in mare perierunt ⁊ putruerūt. Tandem vero ad maris littus reiecte: aerem infecerūt: et mortalitatē per totū regnū vndiq̄ genuerūt: et epydimiam vna cum siccitate ⁊ fame vbiq̄ induxerūt. Sūt enim locuste sale durate in aliquibus regionibus cibus pauperum et miserorū indigentiū nutrimentuz. sicut dicit. Jsido. Jgitur per locustam possum intelligere virū iustum impium et dyabolum.

Nam vir iustus viuit ordinate.
Dyabolus mordet obstinate.
Nam inustus saltat effrenate.

Prio ergo dico breuiter ꝙ locusta signat virum iustū et hoc procerto: q̄ ordinate debet viuere per discretionem. Pedes posteriores. i. affectus bonorū futuroruz que sc̄z post nos venīūt debz habere ceteris longiores durabiliores ⁊ maiores per eternorū desiderū et dilectionē. Debet alte saltare ⁊ volare per cōtēplationem Tandē pauperū cibus ⁊ alimonia debet esse per elemosynam ⁊ cōpassionē. Et tādē de floribus sacre scripture ⁊ bonorū exemplorū impinguari per gratiaz et deuotionē: seu etiam per studiū ⁊ lectionē: vt sic exponatur de virtute discretionis illud Proverb. xxx. Regem locusta nō habet ⁊ per turmas suas egredit. De virtute vero deuotionis cōtemplationis ⁊ eruditiōis exponatur q̄d dicit. Eccles. xl. Florebit amigdalus: impinguabitur locusta: dissipabitur caparis. De virtute vero elemosyne ⁊ compassionis exponatur illud Math. iij. ꝙ esca beati Joh̄ānis baptiste erāt locuste Pōt ergo significare virum iustū. ¶ Secūdo dico ꝙ quādoq̄ potest significare dyabolū. Demones em̄ inter se habent turmas et ordines ⁊ ad nocēdum hominibus ordinatas exercituū legiones: solēt etiam tentando cūcta cōsumere ⁊ in illis quos depascūt solent eruere viride ⁊ pulcrū visu. i. omne q̄d per gratiam est nitidū ⁊ honestate floridū ⁊ amenū cōsumere: et p tribulationes acriter rodere ⁊ mordere ⁊ cum ore quasi dripertito hoc est dictu per quatuor mūdi partes oia devorare. Figurati etiam in illis locustis que in egypto quicquid fuit viride corroserūt sicut dicitur Exo. x. De quo in ps. dixit. Venit locusta ⁊ bruchus cuius nō erat numerus. ⁊ comedit oīne fenū in terra eorum ⁊c. Et alibi. Dedit erugini fructus eorum et labores eor locuste. Et si vis applica figuram que ponitur Apoc. ix. de locustis que exierūt de fluuio ⁊ puteo abyssi. Ut de etiam alibi. Locusta ergo quādoq̄ signat dyabolū ¶ Tertio dico ꝙ quādoq̄ signat hoiem impiū et iniquum. Impij enim more locustarum.

Ventre sunt voraces.	Habēt dico vētrē valde vo
Dente sunt mordaces	races: q̄ facit ingluuies ⁊
Penna sunt volaces.	gulositas. Locusta em̄ re
Crure sunt saltātes.	spectu corpis maximū ha
Humero sunt capaces.	bet ventrē. Sic tales vidē
Cauda sunt minaces.	tur habere ventrē omnipo

tentē: q̄. s. nō possunt sufficere ad eos satiādū vlle res deutero. xxviij. Locuste devorabūt oīa. ¶ Itē habent dentē valde mordacē q̄d facit detractio vel rapacitas Quia revera mali habēt os quadrangulū inquātum sc̄z obloquēdo de inferioribꝰ ⁊ superioribꝰ: de amicis et inimicis ipsi quadragulātverba sua. Herbas etiaz et gramma rodūt inquātum. s. quotiēs ⁊ vbi possunt ipsi cōsumūt ⁊ diripiūt aliena. Unde Judicū. vj. dicit ꝙ madian et amalech ⁊ ceteri oriētalū nationū apud filios israel figentes tētoria: prout erant in herbis cūcta vastabāt. Sequit. Et instar locustarū vniuersa cōplebant. Et Joelis. j. dicitur ꝙ residuū eruce comedit locusta. ¶ Itē habēt pennā valde volacē: q̄d facit ambitio vel pompositas: q̄. sc̄z isti sunt qui per ambitionē volūt volare: ⁊ per pompositatē superbiā ⁊ iactantiam semp̄ sursum ad status magnificentiā anhelare Exo. x. Ventus vrens leuauit locustas que ascēderūt sup̄ terrā egypti. Verūtamē sicut locusta diu nō volat sed citissime cadit ad ima sic volatus ⁊ status supbox breuis est: q̄ cito pereūt ⁊ descendūt. Ūñ Exo. x. dicit. ꝙ ventus occidētalis vehemētissimus arreptā locustam proiecit in mare. Ventus em̄ iste occidētalis signat infortuniū seu mortē quib⁹. s. tales in mare. i. in amaritudinē infortuniox deiciūtur: ⁊ infernalem voragimē devoluunt. Unde Eccl. xliij. Tēpestas aquilonis ⁊ cōgregatio spūs: ⁊ sicut auis deponēs ad sedē dum aspergit nuem ⁊ sicut locusta demergēs descensus eius. ¶ Item habēt tybiam valde saltantē q̄d facit mōstātie mutabilitas: q̄. sc̄z isti sunt qui numq̄ in eodem statu permanēt: sed per mōstantiam de desiderio ad desiderū: de beneficio ad bñficium semp̄ saltant. Idco scriptura comparat tales vmbre que valde instabilis est nature ps. Sicut vmbra cuz declinat ab latus sum et excelsus sum sicut locusta. ¶ Itē isti habent aculeū valde minacē: q̄d facit ꝓditio vel fallacitas: q̄. sc̄z tales in cauda. i. in fine semp̄ solēt aculeum habere hoc est dictu. pungere vel ledere: ⁊ ꝓditionem et fallaciam exercere Apoc. ix. Similitudo locustarū similes equis paratis ad prelium. Sequitur. Et aculei erant in caudis. ¶ Item habent numerū valde cacem: quod facit ipsorum multiplicitas q̄ procerto sicut locustaruz infinita est multitudo: sic sicut dicit. Eccles. j. Stultorū infinitꝰ est numerus ps. Dixit ⁊ venit locusta et bruchus quorū non erat numerus. Cōmune em̄ est in natura ꝙ illa q̄ minus valent magis multiplicātur certe q̄d tam in fructibꝰ arborū q̄ in fetibꝰ animalium inuenit. Unde de malis dicit Hiere. xlvj. Multiplicati sunt super locustas ⁊ nō est in eis numerus Iste sunt ergo sicut ille locuste de quibus supra dictum est: q̄. sc̄z pro suis pascuis. i. pro tēporalibus acquirēdis mare transuolāt: aliena devastant ⁊ dissipāt tandem mare inferni subintrāt. ita quod putredo sue infamie: ⁊ suorū malorum exēplorum sanies: alios infercium atq̄ grauant. Sic igitur patet quomodo ꝑ locustam potest intelligi impius dyabolus et iustus. Transiui faciliter quia in multis locis ponunt exempla varia de locustis ⁊c. Sufficit.

Longanimitas. Nota quod lōganimitas idē est q̄d animi stabilitas. Accipit em̄ pro patiētia. pro perseuerātia: pro benignitate seu modestia. De deo em̄ dicit in ps. q̄d ipse est longanimus ⁊ multū misericos: Uiro etiā iusto precipit. ij. Cor. vj. apostol⁹ dicēs. Exhibeam⁹ nos sicut dei ministros in multa patiētia. Sequit. In longanimitate. in suauitate. in spiritusancto ⁊c. Multa possunt dici sed pauce sunt autoritates vocales: et de perseuerentia et patientia dictum est in infinitis locis. Vide ergo ibi.

Longeuus. Nota ꝙ longeuus ꝺr quasi longe viues ⁊ longi eui. Et pōt dici ꝙ in scriptura reperit lōgeuitas seu stabilitas. Sagacitas. Autoritas. Eternitas. Fatuitas seu debilitas.

De perseuerātia ⁊ stabilitate ꝺr. Josue. xiij. Senuisti et longeuus es. De sapientia ⁊ sagacitate ꝺr. Eccl. j. Rami sapiētie longeui. De excellētia ⁊ autoritate ꝺr. Esaie. ix. Quod longeuus ipse ⁊ honorabilis est et caput. De eterna opulentia ⁊ felicitate dicit. Exod. xx. Honora patrē et matrē vt sis longeuus super terram ¶ In malo vero significato de longeuorū debilitate ⁊ fatuitate q̄d scilicet homines nimis efficuntur longeui debiles et ignari dicitur Job. xxxij. Non sunt longeui sapientes ⁊c. Uide de antiquitate et Senectute: quia. s. pauce sunt hic autoritates.

Longe. longinquus. Nota ꝙ lōge a longe distāter ⁊ remote idem signant. Dicit em̄ longe illud q̄d est ab aliquo distās remotū ⁊ separatū. Et ideo lōge opponitur ꝓpinquitati ⁊ identitati. Lōge ergo pōt accipi in bono ⁊ in malo Unde breuiter longe signat Distantiā

Cōmendabilem.	Primo dico ꝙ est que
Detestabilem.	dam distantia cōmen
Contristabilem.	dabilis: ⁊ ista est quā
Desolabilem.	do hō se elongat a re
Affectabilem.	bus nefarijs ⁊ nociuis

C Tertio dico q macula seu macule oris sunt vaniloquia: videlicet iactantia: detractio: garrulitas similia. Macula eñ immundicia porci maxime apparet in ore. Unde de vitio lingue dicit. Jaco. iij. Lingua inquit ignis est: vniuersitas iniquitatis: cōstituitur in mēbris nostris. que maculat totū corpus inflāmat rotam nativitatis nostre. Quarto dico q macula faucis est castrimargia. Hoc est dictu. Uitium gule. Magna eñ est macula in moribus: quādo qs gule delicijs est infectus. De qbus dicit in canonica Jude. Hij sunt in epulis suis macule conuiuantes: sine timore: semetipsos pascentes: nubes sine aqua: arbores autum nales. Semetipsos pascentes iquit: quasi diceret. Jsti non curant de pauperib9 pascendis: sed de se solum . Nubes sine aqua dicunt: arbores sine fructu: quia scilicet alios nō irrigant neq pascunt. ij. pet. ij. Macule delicijs affluentes in conuiuijs suis Quinto dico q macula faciei est insolentia seu etiaz inhonesta apparentia. In facie eñ nō bene sedet macula : quia etiam si omnia alia mēbra sunt pulcra: totum nihil ē si facies fuerit maculata. Sic vere si totū corpus morale virtutib9 sit decorum : in facie tamē q̄ pre ceteris membris enitet semp nuda: hoc est dictu. In exteriori conuersatione sit macula alicuius cōditionis inhoneste insolentis: totum inficit. tota virtutum aliax cōgeries deturpatur . Et inde est: q sum me cauent pulcre psone ne facies appareant maculate. Quamuis eñ luna sit pulcerrima: qñ tamen considerat illa macula que apparet in ipsa totā suā pulcritudinē reddit infamē. Jdeo bene dicit viro pfecto Job. xj. Si inquit iniquitatē que est in manu tua abstuleris a te: non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem tuā absq macula: eris stabilis non timebis. Sexto dico: q macula in luce est infamia. Sicut eñ speculū nouū ad aspectum mulieris mēstruate maculam contrahit: que p quācūq fricaturam postea non recedit. Luna etiaz licet clara quandā innatam maculam secum portat: que ipsius pulcritudinē maculat: deturpat. Sic infamia impiessa alicui etiam iniuste solet fricatione seu purgatione: qualibet non obstante ipsius ossibus inherere: claritatē sui nominis aliqualiter obscurare Thren. ij. Si laueris te nitro maculata es. Cauendum est igit a tali macula: que sic difficiliter mundatur. Ysi Eccl. xxxiij. In oibus opibus tuis precellens esto ne dederis maculam in gloriam tuam. Septimo dico q macula parietis est superbia . Alti eñ parietes sm legem dicebātur quandoq cōtrahere maculam lepre. Sicut dicit. Leuit. xiij. Que macula erat quandoq causa: quare totus paries destruebatur vel tanq̄ maculatus immūdus abhominabatur horrebatur. Reuera talis est macula superbie: quia scilicet ista est que altos parietes plo inuadit . idest altas solennes personas: etiam quandoq causa est qtē poraliter spiritualiter destruuntur: q in aliorum abhominationē vertuntur. vsi Deut. xvij. Non immolabis domino deo tuo ouem aut bouez in quo est macula: quoniam abhominatio est: sequitur. Nullus de inceps intumescat superbia. Bos enim cum cornib9 supbos ouis cum vellere diuites signant. Talibus precipitur. Eccl. xxxiij. Ne dederis maculam in gloriam tuam. Octauo dico q macula in oculo seu in visu est malicia seu etiam inuidia. Quidā eñ sunt qui in visu in oculo cōsiderationis sue semp habēt aliquā maculam alicuius sinistre intentionis: inuidie vl peditionis. Jsti sunt in quibus videtur dñari constellatio lunaris: q sm astrologos: qui in lune oppositiōe siue plenilunio nascunt macula vel alio vitio in oculo raro carent vsemp habent sinistrum oculū dextro grossiorem: sicut ponit liber de pprietatibus rerum. Luna eñ mutabilis est inconstantia seu rerum abūdantia: quia pcerto illi qui istis sunt subditi vel amici : sunt in oculo considerationis: p maculas inuidie: malicie multotiēs deprauati. vsi Leuit. xxj. Homo qui habuerit maculaz nō offeret panes deo suo: nec accedet ad ministerium eius: si cecus fuerit: si claud9 si paruo vel grandi: vel torto naso si fracto pede. Seq̄tur. Albuginem habens in oculo suo: oēs eñ isti per maculaz pñt referri ad peccata malici inuidie: seu etiam fraudis: peditionis fallacie: qa .s. ibi apparet claudicatio: to: tuositas fractio cecitas non recta in cessiovl oratio. Exponevdilata meli9. Mono dico q macula in manu est iniustitia. Et reuera q̄ habet manus maculatas: non est dignus venire ad mensaz boīum honestoruz. Et ideo homo solet manus suas lauare tergere: vt immaculatus valeat apparere. Sic vere dico q si in manibus. i. operationibus nris appareat macula iustitie : nunq̄ digni erimus accedere ad mensam celestis glorie: seu etiam ad mēsaz prelature vel eminentie. Illic eñ non debet admitti: nisi ille qui ingreditur sine macula: opetatur iustitiam: cui loquitur veritare ꝛc. Quod tamen est contra multos iudices prelatos etiam contra symoniacos: qui. s. manus habent muneribus maculatas. Contra etiam impios crudeles: qui sanguine innocentiū maculāt manus suas: cōtra quos dr. Job. xxxj. Si declinauit pes meus de via: secutus est oculus meus cor meum: manibus meis adhesit macula: seram alius comedet pgenies mea eradicef. Et reuera ista sepe contingunt: quia scilicet illorum qui p iustitiam symoniam maculati ditantur: maculantur in acutum altitudinis exaltantur: progenies et familia non perseuerat sed eradicatur . Decimo dico q macula in abscondito seu in sinu : est ypocrisis sen blandicia. Ista enim interius latet. Unde Thereni. ij. Si laueris te nitro: multiplicaueris tibi herbam Borith : maculata es iniquitate tua . O quot sunt hodie tales: qui scilicet exterius sunt loti et mūdi: interius vero diuersis vitijs maculati. Non sic homo: sed sit speculum sine macula :et imago bonitatis dei. Sapien. vij. Igitur dico: quod qui talibus maculis est infectus: deo seu dei seruitio nulletenus est acceptus. Beati ergo immaculati qui ambulant in lege domini. Sufficit. Uide supra vbi Imaculatus.

Madian. Nota q Madian fuit filius Abrahe et Cethure sicut dicitur Gen. xxv. a quo populus madianita. um: qui quāuis circuncisionē reciperēt ydola tamen colebāt

et populus israel inimici erant: ⁊ ipsis inuidebant ꝙ virib⁹ ⁊ noccebāt ⁊ in eor⁊ tribulationibus gaudebāt Interpretatur aūt madian: respondens aut dimicās: siue iniquitas aut contradictio. Igitur ꝙ madian pōt intelligi dyabolus vel peccator: vel etiam pplus vel cōitas reprobor⁊ ꝛc. Dilata ⁊ expone ꝑut volueris ꝛc.

A **Magdalena.** Que primo fuit peccatrix: postea fuit sancta: interpretatur magnifica: ꝑmunita: ꝑnuncia turrensis aut defensibilis. Applica ꝑut volueris ad beatā Magdalenam vel quemlibet penitentem.

A **Magis.** Aduerbium signat augmentum ⁊ superabundantiam quantitatiuaz. Et pōt accipi in bono ⁊ in malo. Primo ergo dico: ꝙ magis in bono designat bonā supabundantiā ⁊ cremen-tum: bonum etiā additamentū. Sicut de caritate dicitur. Philip. j. Caritas vra magis ac magis abūdet Nota ergo ꝙ boni abundant Jn.

humilitate ⁊ subiectione.	Abundāt dico iusti in humilitate.
Subtilitate ⁊ discretione.	vñ Dauid in ps.
Seueritate ⁊ correctione.	Elegi abiectus eē
Societate ⁊ affectione.	in domo dei magis ꝙ habitare in
Penalitate ⁊ afflictione.	tabernaculis peccator⁊. Itē abundāt in sagacitate. vñ
Constantia ⁊ stabilitate.	Prouer. viij. Doctrinā magis ꝙ aurum eligite. Jtez

abundant in seueritate. Prouer. xvj. Initium vite bene facere iusticiaz: accepta aūt est apud deū magis ꝙ īmolare hostias. Ma⁊ sicut dr. Prouer. xxviij. Qui corripit hominē magis gratiā inueniet. Itē abundāt in societate. Ma⁊ sicut dr: puer. xviij. Vir amabilis ad societatē magis amicus erit ꝙ frater. Item abundant in penalitate. Ma⁊ sicut dr. Eph. iiij. Qui furabatur iā non furet: magis autē laboret manib⁹ suis. Itē abundant in constantie stabilitate. sicut apparuit in moyse: qui magis eligebat affligi cū populo dei: ꝙ tpalis peccati habere iocūditatē: sicut dr. Heb. xj. Sz de ista pluralitate qua quis oportet magis invnaꝫtute abūdare. Vide infra de melius vel de meliori. Magis ergo pōt signare supabundantiā in bono. ¶ Secūdo signat supabundantiam in malo. Circa qō nota: ꝙ q̄dam sunt quor⁊ malicia semp augetꝫ semp magis ac magis fiunt mali. Figurati in muliere emoroissa cui nullus medicor⁊ poterat ꝑfuisse. sed magis ac magis deterius habebat: sicut dr. Marci. v. Similes aīmalib⁹ crudelib⁹ ⁊ iniquis q̄ magis abundant in filiis ꝙ domestica ⁊ vtilia: sicut ptz de cane respectu ouis: qz vere mali fructificant magis in malo ꝙ boni faciant in bono. Vnde nota ꝙ mali hodie abūdant Jn.

Jnani gloriatione.	Dico igit ꝙ abundāt
Supba obstinatione	in mani gloriatiōe: qz
Brigosa altricatione.	sicut dr. Job. xij. mali
Filior⁊ affectione ⁊ dilectione.	dilexerunt hoiuz gloriam magis ꝙ dei. di-
Carnali delectatione	co ī supba obstinatione. vñ puer. xxij. Vidisti hominē velocem ad loquēdum: stulticia magis speranda est ꝙ illius correctio
Mandator⁊ ꝓteritione.	

Dico in brigosa litigatione. vñ. j. Thim. j. monet apostolus: ne intendatur fabulis que inquit magis generant lites. Item in filior⁊ affectione. Vñ beli fuit dictum. j. Reg. ij. Honorasti filios tuos magis ꝙ me. Item in carnali delectatione. ij. Thi. iij. Voluptatis amatores magis ꝙ dei. Item in mādator⁊ ꝓteritione vñ. Hiere. v. Ibo inquit ad optimates ⁊ loquar eis: ⁊ ecce ipsi magis confregerunt iugū. Jstud em̄ breuit est verū: ꝙ mali in hoc mūdo ceteris hoib⁹ Magis.

Jmaniter gloriank.	tereunt ⁊ transgrediunk.
Pertinaciter obstinank	Et hec igit sufficiant de
Verbaliter altricank.	magis. Vide. s. de Abundare ⁊ infra de Maiori-
Ad filios inclinank	tate. ¶ Si verovis de magis: magis dicere. Dic ꝙ
Carnaliter delectank.	
Dei mandata prē	

C magis q̄nq̄ sumik cumulatiue: sicut cū dicik. Matth. xx. At illi multo magis clamabant. Maq̄ sumik cōparatiue: sicut cum dicik. Istud mihi placet magis ꝙ illud sicut. Prouer. viij. Doctrinam magis ꝙ aurū eligite. Ma⁊ reuera ex libertate animi magis placet vnū ꝙ aliud. De magis igit inq̄tuz signat ꝑfectū: augmentuz ⁊ continuationē in bono vel in malo dicamus illō. j. Thes. iiij. Accepistis inq̄t a nobis quēadmodū oporteat vos ambulare ⁊ placere deo vt abūdetis magis Mā cū desiderium nature sit inq̄tū ⁊ inde est ꝙ oīs res quāto magis accedit naturalik ad terminū: tanto magis accelerat vt possit peruenire ad finē cupitum ⁊ intentum: sicut patet de leuib⁹ sursuz ascendentib⁹ ⁊ de grauib⁹ deorsuz descendētib⁹: q̄ ꝙto magis accedunt ad terminū tanto magis ac magis accelerāt ad motum suū. Desideriū em̄ ⁊ natura cuiuslibet rei est magis ac magis versus finē velle ꝓcedere: ⁊ magis ac magis ad terminū se mouere. Sic vere dicam in moralibus: qz reuera motus animi naturalis: q̄ñ ad aliquem finē se determinauerit: ⁊ iclinauerit: siue ad bonuz siue ad malū: quanto magis ꝓfecerit ⁊ continuauerit: tanto ꝓcerto feruentius ⁊ violentius se mouebit: ⁊ tanto magis se mouere ad ipsuz⁊ terminū delectabit: ⁊ tanto magis in fine ꝙ in principio abūdabit Exemplo fluminis qō quanto magis appropinquat ad mare: tanto magis violenter tendit: ⁊ tāto magis abundanter cadit. Sic etiam aīa devota: quanto magis accedit ⁊ appropiat ꝙ cōtemplationē ad maiestatis diuine cognitionē: que est finis ⁊ terminus ad quē tendit ⁊ aspirat: tāto magis in caritatis ardore estuat atq̄ flagrat: sicut patet in illo⁹bo iā dicto. Philip. j. Caritas vra magis ac magis abundet. Et illud. Job xlij. Bñdixit dñs nouissimis iob magis ꝙ in principio. In malo vero de iudeis dicik. Joh. v. Mō ꝑpter opera q̄ ꝑps faciebat in sabbato: iudei magis querebant eum interficere. De malis etiā dicik. Marci. xv. Mō principes cōcitauerunt turbā vt magis barrabā peteret. Siue ergo magis accipiak ꝑfectiue siue accipiak compatiue: dico ꝙ boni habent suuz magis qō debent eligere: mali vero suum magis qō solēt diligere. Boni ergo volūt. Vnū magis ꝑstantie: dū contēnūt mortis ꝑiculū. Vnū magis tute fidutie: dū eligūt claustri suspiriū. Vnū magis docte prudentie: dū preponūt sensus mysteriū. Vnū magis vere iustitie: quo fligūt pene cauteriū. Vnū magis pure mūdicie quo declināt carnis contagiū. Vnū magis dulcis clementie quo supportāt fratrū naufragiū. Vnū magis dulcis gnefragrātie: quo ꝓcurāt fame fumigiū. Vnū magis perseuerantie quo tolerant mundi litigiū. ¶ Dico D ergo ꝙ boni ⁊ iusti volunt ⁊ desiderant vnum magis fortis constātie. Et istud est illud magis quo ipsi magis eligunt mortem ꝙ vitā: ⁊ magis mundi tribulationē ꝙ pacē. Exemplo bonor⁊ militū. q̄ magis volūt esse in forti bello ꝙ debili: ⁊ magis in ꝑiculo ꝙ tuto. Vñ Thob. dicebat Thob. iij. Precipe in pace recipi spiritū meū: expedit em̄ mihi mori magis ꝙ viuere: sicut de illis. j. Mach. j. dr: ꝙ ipsi elegerūt magis mori ꝙ cibis coinquinari gentiliū. Et apls de seipo dicebat. j. Cor. ix. Bonum inquit est mihi magis mori ꝙ vt gloriā meā q̄s euacuet. Quia reuera vir perfect⁹ multo magis eligit mori ⁊ pati mortē: ꝙ alicui faciori cōsentire. In isto em̄ casu verificak illud qō dicik Eccl. iiij. vbi dr Laudaui magis mortuos ꝙ viuentes Item dico: ꝙ iusti peligunt vnum magis tute fiducie: et istud est: quia procerto magis eligūt in religione vel in statu penitentie tute et secure viuere et humiliter manere quā in mundi delicijs habitare. psalmista. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis ꝙ habitare in tabe: peccatorum. Item eligunt vnum magis docte prudentie. Prouerbio. viij. Accipite disciplinam et non pecuniam: doctrinam magis quaz aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus. Item eligunt vnum magis: quod est vere iusticie. Prouerbiorum. xvj. Jnitiū vite bone facere iusticiam: accepta em̄ est apud deum magis ꝙ immolare hostias. Igit faciamus iustitiam nos ⁊ alios punendo ⁊ corrigendo: qz ꝓcerto sicut dr. puer. xxviij Qui corripit hominē magis postea graz ⁊ueniet apud eum ꝙ qui p lingue blandimenta decipit. Itez eligūt vnum magis pure mūdicie: qz. s. magis diligunt castitatem ꝙ carnalitatē: ⁊ magis carnis mundiciā ꝙ luxuriā. Sa. p. viij. Cum essem magis bonus veni ad corpus coinq̄natum. Et merito qz ꝙ certo: sicut dr. Eccl. xxv. Cōmorari leoni ⁊ draconi placet magis ꝙ habitare cū muliere nequā. Item eligūt vnum magis qō est clementie. Eccl. xxix. Pone thesaurum tuū in ꝑceptis altissimi: ⁊ ecce magis ꝑderit tibi ꝙ aurū: cōclude elemosinam in corde paupis. Item eligūt vnū magis digne fragrantie: h oc est dictum: bone ⁊ honeste fame. Eccl. xlj. Curam habe ō bono noīe: hoc em̄ magis ꝑmanebit m te ꝙ mille thesauri. Itē eligūt vnum magis ꝑseuerantie seu patiētie. Vñ. j. Cor. vj. Quare non magis iniuriā accipitis? quare nō magis fraudē patimmi. Et breuiter viri boni magis eligunt virtutes ꝙ vitia eternalia ꝙ tpalia: bona ꝙ mala. Et hec sufficiant. Vide infra vbi plus. ⁊ s. vbi amplius ꝛc.

A **Magister.** Nota ꝙ magister est ille qui alios regit ⁊ docet: ⁊ q̄ alijs impat: rōñak. Et ideo magister signat doctores: ꝓdicatores: ductores: tutores: ⁊ quoscūq̄ hoīum ꝓlatos: iudices: ⁊ gubernatores. Possunt igit principes ⁊ ꝓlati: ⁊ iudices ⁊ predicatores ⁊ eruditores' magistror⁊ noīe appellari. Et dico ꝙ pñt accipi in bono ⁊ in malo. Et iō notandū ꝙ nomē magistri est Nomen.

Honoris.	Jsta em̄ sunt officia boni magri:
Timoris.	ꝙ possit alios instruere ⁊ docere:
Amoris.	qualiter debeant taliter viuere vt
Prelationis.	possint vitam ꝑpetuam obtinere
Discretionis.	Ita ꝙ congue possit ei dici illud.
Perfectionis	Matth. xix. ⁊. Mar. x. Magister
Dilectionis.	bone q̄d faciendo vitā eternā possidebo? De illis igit qui in ecclesia vel in seculo constituunk magistri pōt exponi illud verbū. Señ.
Correctionis.	
Magister.	
em̄ debet.	
Honorari.	xlvij. Si quos nouisti viros industrios constitue eos magros pecor⁊ meor⁊. Jn q̄b⁹ verbis aduerte ꝙ tales magri debent diligenter exammari. Debent patienter fortificari. Debent doctifice illuminari. Debent canonice intronizari. Debent sagaz discussio
Timeri.	
Amari.	
Preferri.	
Esse discretus.	
Esse perfectus	
Diligere.	
Corrigere.	

Si quos inquit nouisti. Sz ꝑm fortis perfectio: quia debent esse viri: Sed tertium: prudens discretio: quia debent esse industriosi. Quartum ꝛo iusta ꝓmotio: qz. s. debent constitui magistri. ¶ Primo ergo dico ꝙ tales debent diligenter exammari: qō oñdik: cū dr. Si quos nouisti. Et loqk plato supiori: qz. s. ille qui alios magistros i stituit ⁊ prefectos: debet eos primo cognoscere: discutere ⁊ examinare. ⁊ de eor⁊ cōditionib⁹ sufficientijs ⁊ moribus se diligentius informare. ꝑm em̄ ap̄lm. j. Thīm. v. Memini sunt cito manus ꝙnende. Antiq̄tus em̄ nullus miles cōstituebak: nisi ante oīa ꝓbarek. pē. Dñe ꝓbasti me ⁊ cognouisti me. Addici etiā necesse est: ꝙ spēs suas cognoscāt ⁊ videāt anteq̄ in electuario ipsas ponāt. Pugiles etiam primo solent equos suos diligēter videre ⁊ ꝓbare: anteq̄ on⁹ ꝓeliū eisdez audeant cōmittere. Quia breuiter nulli est onus ꝓlationis vel publici officij cōcedendū: nisi primo diligenter ꝓbet: ⁊ nisi mores ipsius cognoscātur. Si quos inquit nouisti. Ideo precipit. Prouerb. xxvij. Diligenter agnosce vultum pecoris tui: tuosq̄ greges considera. Vñ superiori debet dici illud. Mu. xj. Nosti ꝙ senes ppli sunt ⁊ magistri. Quia. s. ad illum pertinet noscere ꝓmouendos ⁊ magistrandos ⁊ eorum sufficientias ꝓuidere. Sacerdotes em̄ ⁊ leuite anteq̄ cōsecrarenk: ad ostium tabernaculi sacerdoti bus ⁊ maior⁊ib⁹ offerebank vt diligenter viso ꝙ in eis nō esset aliqua macula ad suum officiū admitterenk sicut dr. Exo. xxviij. Applica ad te aaron ⁊ filios eius: ⁊ Nume. viij. applica leuitas ad ostiū tabernaculi ꝛc. Ad denotandū: ꝙ illi q̄ debēt fieri leuite vel sacerdotes. idest q̄ debent aliq̄ officium seu gradū vel magisteriuz ꝓe alijs obtinere: primo debēt ad superiores applicari: ⁊ viso ⁊ cognito ꝙ nullam habeant insufficientie maculam: tunc debēt ad dictū magisteriū ordinari. Ut de tali dicatur illud. Matth. xij. Magister volum⁹ a te signū videre. Si quos ergo nosti. q. d. necesse est ꝙ primo noscas: qz. s. ipsi debent diligēter examinari. ¶ Secundo dico: ꝙ ipsi debent patienter fortificari. Viros inquit: qz. s. isti debent esse fortes constantes: perfecti ⁊ virtuosi. Viri em̄. i. virtuosi debēt esse ꝓpter tria vtz Ad subditor⁊.

Correctionem.	Magistri em̄ debēt
Discipulor⁊ defensionem.	subditos virilik cor
Inferiorum resectionē:	rigere: Lu. xix. magister increpa discipulos tuos. Item debent eos viriliter defendere. Vñ. Marci. iiij. Magr nonne ad te p tinet: qz ꝑmus: q. d. Ad se ꝑtinet saluare. Item debent eos benigniter reficere. vñ Marci. xvij. Magr dicit vbi est refectio mea vt cum discipulis meis manducē Ut sic de talibus magistris dicak illō. Eccl. xlviij. Ibi sunt viri misc⁊ie. Viros ergo inq̄t. Vide de viro. ⁊ supra in multis titulis: qz plures sunt autoritates diuise. Unde. Exo. xviij. Prouide de oī plebe viros potentes ⁊ timētes deū: in q̄bus sit veritas: ⁊ q̄ oderūt auariciam: ⁊ constitue ex eis tribunos ⁊ centuriones ⁊ decanos. Vide eam. s. de Excelso. Jsti igit debent viriliter fortificari. Viros inquit. ¶ Tertio dico ꝙ isti debent doctifice ⁊ sagaciter illumin ari: qz. s. isti debent esse illuminati: ꝙ sciam ⁊ doctrinā: qō oñditur in verbo. Jndustrios. Industria em̄ idem est ꝙ certa scientia vel prudentia: q̄. s. summe redrik in magro spirituali. Unde. iij. Reg. xj. dicik. Videns salomō adolescētem bone idolis ⁊ industrium: constituit eum ꝑfectū Corpora em̄ su priora sunt lumine plenioza: quia. s. illi q̄ sunt alior⁊ magistri ⁊ superiores: debent esse lumine sapientie ⁊ prudentie pleniores. Vñ nota ꝙ tales magistri debent esse prudētes ⁊ docti. et p ipsos subditi.
Exemplariter precedenk.	Debent em̄ bo
Salutariter doceank	ni magistri alios
Singulariter cōsulenk	ꝙ bonū exemplū ꝓcedere. Matth. viij. Magister seqr te quocūq̄ ieris. Itē debēt eos in bonis moribus instruere. vñ Matth. xxij. Magister scimus q: verax es: ⁊ viam dei in veritate doces. Item debent eis in ꝓagibilib⁹ consulere. Jō petebat qui dicebat. Luce. xvij. Magister bone quid faciendo vitam eternam possidebo: q. d. ad te pertinet consulere quid sit agendum. Patet ergo: qō isti debent sagaciter illuminari. Quarto dico: ꝙ ipsi debent sublimiter autorizari ⁊ intronizari: quia scilicet ipsi debent esse magistri pecorum. i. subditorum: dicentes illud. Joh. xiij. Vocatis me magister ⁊ dñe: ⁊ bene dicitis: sum etenim. Sed nota ꝙ illi qui magistri. i. principes iudices: vel prelati cōstituunk quatuor conditiones debent habere ꝛc. Vide bene. s. de excelso: vbi ponik illa autoritas. Constituit eum sup excelsam terraz ꝛc. Patet ergo quomodo magr sumik in bono. ¶ Sed adhuc dico qō magister potest sumi in malo. Et sic nota ꝙ multa sunt genera ꝓmalor⁊ magistror⁊. Sunt em̄ magri. E
Crudelissimi.	De magris crudelib⁹. dr.
Mendacissimi	Exo. j. Mō ꝑharao ꝓstituit
Nimis ignorantes	viros ipios ⁊ iniquos magistros opuzor⁊ afflige rent
Valde gloriantes	filios israel onerib⁹. De magris mēdacib⁹ dr. ij. Pet. ij. Jn vobis erūt magri mēdacior⁊. de magris ignorātib⁹ dr. Job. iij tu magr ī isrl'es ⁊ hec ignoras. ⁊ Heb. v. Cū deberetis magri fieri ꝓpter tps rursuz indigetis vt doceam mi. de magris gliantibus dr. ij. Thimo. iij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coacernabunt sibi mgfos pmiētes auriḃ.i.auditū vane glie appetētes.ꝛ hec de malis magfis sufficiāt.

A **Magistratus.** Nota ꝙ magistraṫ ꝙnḋ accipiṫ ꝓ ipso officio seu magisterio publico: in quo constituunṫ illi q̄ habent rem publicam gubernare. Dñḋ ꝛc sumiṫ magfraṫ ꝓ illis ꝓsonis q̄ in talibus officijs ꝓferūṫ. Et de istis si vis nota: ꝙ dñṫ esse ceteris.

Liberiores ꝓ tenendis magnis honoribꝫ.
Clementiores ꝓ tuendis pauperibus.
Sagaciores ꝓ fouendis causis in iuribus.
Sinceriores ꝓ agendis sanctis opibꝫ.
Seueriores ꝓ plectendis prauis sceleribus.

Igiṫ dico ꝙ magfratus ꝛ ꝓsone publice dñṫ esse ceteris liberiores ꝛ in honoribus ampliores. Dñṫ em̄ alios in gradu ꝛ statu ꝓcellere: honoribꝫ ꝛ priuilegijs ꝓcedere: vt. s. ipsos alij debeant reuereri ꝛ eis efficaciṫ obedire. De libertate em̄ taliū satis apparebat apud romanos: vbi illi q̄ erant in aliquo publico magfratu durante ipo non poterant sup quocūq; crimine cōueniri: imo necesse erat ꝙ finiret suū officiū ꝛ expectaret anteq̄ds posset sibi dicere aut eū sup crimie molestare. Liber em̄ debebat esse durante officio: ꝛ honoris ꝛ libertatis gaudere priuilegio. Judiṫh. ij. Holofernes vocauit duces ꝛ magistraṫ ꝝ tutis assyrioꝝ Ubi de dignitate ꝛ ptāte talis mgfatus dr. j. Macḃ. viij. Mḋ romani cōmittunṫ vni hoi mgfatuꝫ suū per singulos āos dñari vniuerse terre sue: ꝛ omnes obediunṫ vni: ꝛ inuidia ꝛ zelus nō est inter eos. Sūṫ igiṫ ceteris liberiores. ¶ Itē dico ꝙ isti dñṫ esse ceteris clementiores. s. ad causas pauꝝ confouēdas ꝓtra maliciā tyrannoꝝ. Uñ dr de illis mgfatibꝫ q̄ videṫes iusṫitiam pauli ꝛ syle ꝓceperunṫ: ꝙ de carcere liberent. Act. xvj. Uñ. ibidē. Miserunṫ mgfatus vt dimittamini. Itē dñṫ esse ceteris discretiores seu sagaciores ad qḋ pōṫ applicari: licz extorte illḋ. Mee. vij. Cōgregaui optimates ꝛ magistatus ꝛ inueni librū census eoꝝ. Et etiā de discretione ꝛ ꝓtantia talium p̄t dici illud. Act. v. Mḋ abiṫ magfatus cū ministris ꝛ adduxiṫ apḃos. s. in cōsiliū sine vlla vi. ¶ Itē dñṫ esse ceteris sinceriores. s. in cōscientia: ḋa oīa q̄ agunt debēṫ facere iuste: pure sancte: sincerit atq; mūde: ꝛ cū mūda ꝛ sancta intentione. Mee. xij. Steterunṫ duo chori laudantiū in domo dei: ꝛ ego ꝛ dimidia pars magfatuum mecū. ¶ Itē dñṫ esse ceteris seueriores: scilicet ad malos puniendū: ꝛ exterminādū qñ non possunṫ alis castigari. Uñ. ij. Esdre. j. dicit: ꝙ magistatus alligauit ioachim ꝛ duxiṫ in egyptū. Ista ergo possunṫ dici de magistratu in bono. ¶ Sz reuera q: vt plurimū moderni magfatus ꝛ officiales optimates ꝛ potētes magis excedunṫ ꝙ ꝓcedūṫ: magis deficiunṫ ꝙ ꝓficiunṫ: magis offendunṫ ꝙ defendunṫ: ideo de talibꝫ est notandum ꝙ isti sunṫ.

In delicijs laziores. cijs tristiores. dico ergo qḋ tales
In luxurijs potiores. sunṫ ceteris lazio
In consilijs nequores. res in communijs
In infernalibꝫ suppli

seu i gule ꝛ castrimargie delicijs. vñ. ij. Esdre. iij. Rex darius fecit cenā magnam oībus magfatibus ꝛc. seq̄tur. Et cū manducassent ꝛ bibissent ꝛ satiati essent reuertebanṫ. Itē dico ꝙ tales sunṫ ceteris ꝓmptiores i luxurijs. Et. j. Esdre. ix. dr: ꝙ in assumptione vrouum alienigenaꝝ cōtra legem manus magistratuū fuerat ꝓma in trāsgressione hac. Et. ij. Esdre. viij. dr ꝙ participes erant ꝓpositi ꝛ magistratus miquitatis huꝫ Item dico: ꝙ tales sunṫ ceteris nequiores in cōsilijs. Patet Dañ. vj. vbi dr: ꝙ consilium iniuerunṫ cuncti principes regni magfatus ꝛ satrape. s. quomodo. Daniel innocens ponerēṫ in lacum leonū. Itē dico ꝙ tales sunṫ seu finaliter erūṫ ceteris viliores seu tristiores in supplicijs. s. in inferno. Unde de talibus dicit: cōminatiue illud. Hiere. lj. Collidam in te. s. o iferne duces ꝛ magistratus: ꝛ reddam babyloni ꝛ cūctis habitatoribus caldee omne malum suum quod fecerūṫ in syon. Sic ergo patet: quomodo magistratus in bono sumiṫ ꝛ in malo.

Magnates. Nota ꝙ ad hoc ꝙ homo posA sit a principibus ꝛ magfatibꝫ vtilitatem aliquā reportare: vel erga ipsos digne et laudabiliter se hḃe: plura sunṫ necessaria sicut innuitur in scriptura. vz ꝙ in ipo sit.

Humilitas ꝛ reuerentia.
Maturitas ꝛ patiētia.
Subtilitas ꝛ sapientia.
Stabilitas ꝛ permanentia.
Sedulitas ꝛ diligentia.
Taciturnitas ꝛ sustinentia.

Est dico necessarium: ꝙ homo habeat reuerentiā cū humilitate. Eccl. iij. Presbytero humilia aīam tuaz ꝛ magnato humilia caput tuum. Itē patiētiā cū maturitate. s. patienter ꝛ sine murmure: ꝛ gratāter ꝛ sine querela debet beneficia eoꝝ recipere: ꝛ correctiones ꝛ iniurias sustinere. Eccl. viij. Fruere magnatis sine q̄rela. Item sapientiam cum subtilitate seu sagacitate q: sicut dr. Eccl. xx. Homo prudens placebit magnatis. Item ꝙmanentiā ꝛ stabilitatem. Sicut em̄ dicit. Eccl. xj. Sapientia humiliati exaltabit caput: ꝛ ī medio magnatoꝝ cōsedere illū faciet: Consedere em̄ ꝑ manentiam ꝛ stabilitatē signat. Eccl. xxij. In medio magnatoꝝ consistis. Itē diligentiam cū sedulitate. Uñ de sapientia dicit. Eccl. xxxix. ꝙ occulta ꝓverbiorum exq̄ret: ꝛ in absconditas parabolaꝝ cōuersabit. in medio magnatoꝝ ministrabit: ꝛ in conspectu ꝓsidis apparebit. Administrare em̄ diligentē sedulitatem designat. Itē diligentiā cū taciturnitate. Eccl. xxij. Loqui in medio magnatoꝝ non ꝓsumas: ꝛ vbi sunt senes non multum loq̄ris: ista em̄ si vis applica ad veros ꝓncipes ꝛ magnatos. s. ad deum ꝛ ad sanctos vel ad bonos prelatos ꝛ viros perfectos ꝛ doctos: q: s. isti a nobis sunṫ istis sex conditionibus honorandi: ꝛ prefatis modis colendi ꝛ frequentādi ꝛc. Uide vbi Princeps. Prelatus. Dñs. ꝛc.

Magnanimitas. Cuz magnanimitas sit virtus moralis a magnitudine animi sic vocata: de qua tractat Arist. A in ethicis. ꝛ Seneca in libello suo de moribꝫ: notabis ꝙ ad magnanimum pertinet.

Magnum existere. Primo dico ꝙ ad magnanimum. i. ad hominem magnū habentem animū pertinet magnū existere. s. in virtutibus ꝛ moribꝫ. Non pōṫ enim quis magnum animum gerere: nisi qui virtutibꝫ nouerit magnus esse. Uñ Ezech. xxxj. de cedro paradisi dr. Eratq; pulcerrimus in magnitudine sua: ꝛ in dilatatione arbustoꝝ suoꝝ. Erat em̄ radix illius sup aq̄s multas ꝛc. Exponе. Unde de magnitudine virtutis: que. s. minorari nescit nec deficere. dicit Sene. Magnanimus em̄ stat rectus sub onere: nulla em̄ res minoreū facit: nihil ei displicet eoꝝ que ferenda sunṫ: quicq̄d cadere in hominē pōṫ: in se cadere nō querit: vires suas nouit: vincit virtute fortunā. Igiṫ ad magnanimum ꝑtinet magnū existere. ¶ Secundo dico ꝙ ad ipsum pertinet magnis insistere: q: s. rebus magnis ꝛ arduis. s. celestibus: perpetuis ꝛ supnis cordia liter assistit. magnisq; ꝛ solēnibꝫ factis ꝛ dictis actualiter insistit dicens. s. illud. puer. viij. Audite me quoniam de rebus magnis locutura sum: aperientur labia vt recta predicent. Ueritatem meditabiṫ guttur meum ꝛ labia mea detestabunṫ impiū. Justi sunṫ oēs sermones mei: non est inꝑcis prauum quid: neq; puersum. Et reuera vir magnanimꝫ ꝛ generosus magnasentit: magna facit: magna dicit: veritatem diligit: rectitudinem sectaṫ: ꝛ alterum decipere seu fraudem cōmittere dedignaṫ. Unde Tullius. j. li. de officijs vbi agitur de his circa que fortis ꝛ magnus animus ꝝsaṫ. Dicit in principio: Cū sis ita animo affectus (supple forti ꝛ magno) vt. s. dixi. Res geras magnas ꝛc. Spectat igiṫ ad magnanimū magnis insistere. ¶ Tertio dico ꝙ ad ipm spectat magnis resistere. vir em̄ perfect ꝛ magnanimus fortune duris casibꝫ nō succūbiṫ. quinimmo ꝙto magis grauia ꝛ difficilia sibi incūbunṫ et imminent. tanto fortius ꝛ virilius in seipso residet ꝛ resistiṫ. Teste em̄ Tullio vbi. s. magnanimitas est ratio difficiliū aggressiua. Unde ait ꝙ ad magnanimū pertinet nec perturbationi huiusmodi succūbere nec fortune. Unde Sene. in ꝙsona magnanimi dicebat in epistola Paup fiam. inter plures ero. Exul fiā. vbi me natū putabo. Quo mittar non curo. Uni angulo nō sum natus. patria mea. totus hic est mundus. Idē etiā Seneca ep̄ka. xxviij. cōparat vir magnanimū istis animalibus maximis ꝛ stupendis. sicut sunṫ elephantes ꝛ ceterum. Unde ait ꝙ ꝓpriū est magne fere non sentire a iaculo se percussam. Immanis em̄ fera ad latratus canū lente respicit. Sic reuera vult Sene. supponere de viro magnanimo ꝙ. s. latrantꝫ ꝛ morsus impetꝫ ꝛ conatꝫ scit magnanimus despicere cuncta calcare ꝛ contemnere ꝛ quanto plures sustinet tanto fortior et letior apparere Exemplo aeris qui tunc apparet serenior. quando precesserit. aura maior. Exēplo etiā sydez que tunc letius rutilant atq; rident quando frigora plus abundant. Ad quod facit illud quod dixiṫ Seneca epistola. lxv. Magnanimo inquit de rebus magnis iudicandū est fortunatior est qui asperis nō mouetur q̄ qui ꝓsperis promouetur. non est mirū in tranquillitate non concuti. sed illud mirare ibi aliquē stare vbi omnes iacent ꝛ ibi aliquē extollivbi alij deficiunt. Igiṫ ad magnanimū pertinet magnis resistere. ¶ Quarto dico ꝙ ad ipsum pertinet magnis ignoscere. Ad magnanimum em̄ ꝑtinet magnis iniurijs indulgere. victis hostibus parcere. ꝛ contra solū quod vento rapiṫ suā fortitudinem non monstrare. Exemplo illius imperatoris romani qui cū herodem regem vicisset. Ita ꝙ flexis genibus herodes coronaz suā ante pedes ipsius posuisset. Imperator ipse coronā in caput herodis reposuiṫ. iniurias remisiṫ ꝛ vitā ꝛ regnū concessiṫ dicens ad eandem potentiā magnanimā pertinere. reges deponere ꝛ facere ꝛ rogans ꝙ decetero romanorum amicicias experiri malet q̄ arma. Et ad hoc facit Seneca in lib. de quatuor virtutibus. vbi dixiṫ si magnanimus inquit fueris. non tibi fieri iniuriā iudicabis. ꝛ de inimico dices. non nocuiṫ sed nocere voluiṫ. vindictā putabis vindicare potuisse. scito em̄ magnū ꝛ honestū vindicte genꝫ esse ignoscere. Igiṫ ad magnanimū pertinet magna ignoscere. ¶ Quinto dico ꝙ ad ipsum pertinet magna cognoscere: quia reuera magnanimus magna et ardua opera dei et nature inquirit et percontatur. de rebus vero paruis ꝛ cōmunibus inquirere dedignatur dicēs scilicet illud Sene. preallegatū. Magno animo de rebus magnis iudicandum est. ¶ Sexto dico ꝙ ad magnanimū pertinet magna despicere. quia procerto nihil est tam magnū in rebus mundanis quod magnanimo possit equiparari. Quicquid enim magnum est siue in prosperis siue in aduersis: vir magnanimus vilipendit et tanq̄ se minora omnia despicit ꝛ contēnit. Exemplo leonis qui pre magnitudine animi in alia animalia q̄ uis se maiora solet torvo vultu despicere. eorum virtutes et magnitudinem contemnere. et contra ipsa viriliter prevalere. Teste enim Seneca epistola xxxij. facilius est totā gentē vincere q̄ magnanimum. Et breuiter sicut idem dicit lib. de moribus. Nihil magnū in rebus nisi animus magna despiciens. iste sunṫ ergo servirtutes hominis magnanimi. vt videlicet

Magna despiciat.
Magna cognoscat.
Magnis ignoscat.
Magnis resistat.

Magnis insistat.
Magnis existat.

Aduerte tñ ꝙ magnanimitas debet contineri infra limites rationis. Nā prout dixiṫ idē Sene. li. de quatuor virtutibus. magnanimitas si excediṫ virū facit supbuz tumidū ꝛ minacē inflatū. turbidū ꝛ motiuū. Mensura ergo magnanimitatis est. nec timidū esse hominez nec audacē. Eris inquiṫ magnanimus si pericula non appetas vt temerarius: nec formides vt timidus. Magnitudo em̄ animi si a cōitate hominū sit remota. feritas ꝛ immanitas dicit. nō magnanimitas. Hec igiṫur de magnanimitate sufficiant ꝛc.

Magnalia dei. Uide ifra vbi Mirabilia.

Magnificare. Nota ꝙ magnificentia idē A est ꝙ honorificētia ꝛ statꝫ excellētia. Et magnificare idē est ꝙ honorificare: laudare ꝛ glificare. Et nota ꝙ magnificentia. i. honor ꝛ excellentia.

Magnificētia gliosa est
Quedā est gliosa. excellētia deitatis: quia
Quedā est virtuosa. deus est sup oīa glorifi-
Quedā est vitiosa. candus. laudandus et

magnificandus. vñ in ps. Laudabo nomē dei cū cantico ꝛ magnificabo eū in laude. Magnificentia ꝛ uosa est glificatio viri iusti. De qua dr. ij. Paralip. Magnificaṫ est rex salomon sup oēs reges terre. Magnificentia vitiosa est magnificatio. laus et honorificatio peccatoꝝ: ꝛ ista nihil aliud est q̄ ꝓperitas malorꝝ: q: s. mali sepe magnificanṫ: famanṫ et glorificanṫ plus q̄ alij. Uñ Hiere. v. Magnificati sunṫ et ditaṫi. impinguati sunṫ ꝛ dilataṫi: ꝛ ꝑterierūṫ sermones meos. Sed q: longū esset materiā istā ꝓsequi. Uide. s. de laude. de gloria. de honore. de flāma ꝛ de adulatione. Et sic scies qḋ est magnificētia siue in bono siue in malo. Verūtamen ne ita transeā pede ficco. dicā aliqḋ de triplici magnificentia. Est igiṫur dico Magnificentia

Summi creatoris
Justi viatoris.
Uani peccatoris.

¶ Primo igiṫur dico ꝙ est B magnificentia summi creatoris. Creatoꝛ em̄ in se magnus ꝛ magnificus dicitur. respectu vero nostri magnificatus ꝛ plenus excellentia. laude gloria ꝛ magnificētia reperitur. Magnificare enim debet super omnia creatura creatorē. captiuus redēptorē. debellatus liberatoꝛ. Cū igiṫur deus sit noster creator qui nos creauiṫ. cū non essemus. noster redēptor q̄ nos redemiṫ cuz errassemus. noster liberator qui nos liberauiṫ cū perys semus. merito dico ꝙ debemus ipsum magnificare. i. ipsuz exaltando ꝛ laudando magnū facere ꝛ glorificare. dicendo. s. illud ꝑs. Laudabo nomen dei cū cantico: ꝛ magnificabo eū in laude. Et placebit ei super vitulū nouellū: cornua ꝓducentez ꝛ vngulas. Et reuera illud est qḋ summe deo placet. scilicet ipsuz laudare ꝛ magnificare. Istud est em̄ vnū solū quod sibi offerre possum⁹ vt scilicet ipsius virtutes ꝛ magnificentias exaltemus ꝛ vt eius magnalia collaudemus: sicut faciebat ille nabuchodonosoꝛ. Dañ. iij. dicens. Laudo inquiṫ. magnifico ꝛ glorifico regē celi. quia omnia opera eius vera. et vie eius iudicia. ꝛ gradientes in superbia potest humiliare. Ubi nota ꝙ deus est magnificandus et laudandus scilicet Propter eius essentiaz que nunq̄ defluiṫ. Uera inquiṫ. Propter eius clementiā que semper influiṫ. Celi. Propter eius prudentiā que cuncta statuit regē a regendo. Propter eius potentiaz que mira construit. Opera eius. Propter eius iusṫitiā que mala destruit: quia vie eius iudicia et gradientes ꝛc. Quia reuera huius essentia nunq̄ deficit. Clemētia semper ꝓficit. Prudētia cūcta ꝑspicit. Potētia mira ꝓficit. Iusṫitia malos seu mala deijcit. Est enim iste. Existendo verissimus. Uera influendo largissimus. Celi. Prouidendo doctissimus. Regem. Operando fortissimus. Opera. Castigando iustissimus. Judicia. Ista em̄ q̄nq; faciunṫ deū laudabilē. ꝛ quēlibet magnificū. scilicet quando Magnus est: quo ad essentiā et nobilitatem.

Magna dat quo ad clementiã ꝛ liberalitatẽ. Magna scit: quo ad prudentiã ꝛ sagacitatẽ. Magna facit: quo ad potentiã et strennuitatẽ. Magnus resistit: quo ad iustitiã ꝛ severitatẽ. ¶ Igitur dico ꝙ magnificare debemus deũ ꝓpter eius essentiã inuariabilem. Vera inquit: quia quicquid est in eo totũ est certũ et verum: nihil est in eo fictũ. variabile seu vanũ: sed totũ essentiale perpetuũ et eternũ. Magnificetur ergo fortitudo domini. Mume. xxij. Et in ps. dicitur. Magnificate dominũ mecũ: et exaltemus nomen eius in idipsum. q. d. Idẽ ipse ex seipso est magnificabilis: vt sic dicat homo illud ps. Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionẽ ꝛ decorem induisti. amictus lumine sicut vestimento. Vera inquit. Unde deveritate divine essentie potest dici illud. ij. Esdre. iiij. Veritas manet et invalescit in eternũ et viuit et obtinet in secula seculorũ. Sequitur. Magna est veritas et invalescit. Magnificemus ergo deũ ꝓpter eius essentiã inuariabilẽ. Vera inquit. ¶ Itez deũ magnificare debemus ꝓpter eius clementiã inexhaustibilẽ: que scilicet ostenditur cũ dicitur. Celi. Celũ eñ semper radios mittit: omnia cõtinet: ꝛ omnia nutrit. Sic de ꝙ suã largissimã ꝛ largifluã largitatẽ: quia iste dat magnifice bona et dona. terrena. spiritualia et eterna. figuratus in rege assuero. de quo dicitur Hester. ij. ꝙ ipse fecit conuiuiũ permagnificũ cunctis principibus et seruis suis ꝛ dedit requiẽ vniuersis provincijs ac dona largitus est iuxta magnificentiã principalem. Celi inquit ps. Eleuata est magnificẽtia tua super celos. quasi dicat. Dei magnificentia amplius largitur ꝛ influit ꝙ faciant ipsi celi. magnificentia eñ eius ꝛ virtus eius in nubib⁹. que scilicet pluuiã largiũ tur ꝛ rorem. Magnificetur ergo deus propter eius clementiam ineffabilẽ. Celi inquit. ¶ Item deus magnificetur propter eius prudentiam seu prouidentiam indeceptibilem. regẽ inquit. qui scilicet dicitur a regendo: quia scilicet in ipso est prudentia ꝛ sapientia infinita qua cuncta reguntur et disponuntur. Dani. iij. Arborem inquit quam vidisti sublimẽ cuius aspectus in omnẽ terram et rami eius pulcherrimi. fructus eius nimius et escavniuersoũ in ea: et subter eam habitantes bestie agri: et in ramis eius aues celi tu es rex qui magnificatus es. invaluisti. et magnitudo tua creuit vsq; ad celum. et potestas tua in vniversa terra. Ista enim exponedeo et de eius sapientia ꝛ prouidentia regitiua. que scilicet dat escam omni carni et de omnibus prouidet vniuersis. Ut de tali rege cuncta magnifice gubernante dicatur illud. ij. Paralip. ix. Magnificatus est rex Salomon super omnes reges vniuerse terre. Magnificemus igitur deum ꝓpter eius prudẽtiam indeceptibilem. Regem inquit ps. Quã magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. impleta est terra possessione tua. ¶ Item magnificetur deus ꝓpter suam potentiã insuperabilez. Opera inquit. Quia revera potentia ipsius summe apparet et apparuit in magnificis operibus que omni die perficit ꝛ que fecit. de qua satis propue loquitur dauid dicẽs. Potentiã tuã ꝛ iustitiã deus vsq; in altissima q̃ fecisti magnalia deus q̃s similis tibi. Vñ sibi dr. Ero. xv. Quis similis tui magnific⁹ in sctitate: terribilis atq; laudabilis ꝛ faciens mirabilia. Et revera magnificat magnalia.

Opera creationis.
Opera redemptionis
Opera gubernationis.
Opera iudicij finalis decisionis ꝛ ordinationis.

Et hoc in autoritate ostenditur cũ dicitur omnia opa eius. vsi Eccli. xvij. dicit ꝙ deus voluit ostẽdere sanctis suis magnalia operũ suoꝝ: ꝛ gloriã in mirabilib⁹ ipsi⁹ vt enarrãt magnalia opeꝝ eius. Vñ de operibus beate incarnationis. dicit Luce. j. beata virgo. Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spũs meus in deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctũ nomen eius. Igitur magnificemus deus ꝓpter suã potentiã insuperabilẽ. ¶ Itẽ deus est magnificandus ꝓpter suã iustitiã irrefragabilẽ. Et hoc ostenditur cũ dicitur. Et oĩes vie ei⁹ iudicia: ꝛ ꝙ gradientes in superbia potest humiliare. Constat enim ꝙ boni ꝛ seueri iudices ꝓsueuerunt a populo magnificari: ꝛ apud deum et homines commendari. Ut de rigore severitatis illius dicatur ei illud ps. Confitebor tibi domine: q; terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: ꝛ aĩa mea cognoscet nimis. Vñ alibi de magnificẽtia divine iustitie dr in ps. Mõ sanctimonia ꝛ magnificẽtia in ꝓspectu eius. Sequit. Judicabit orbẽ terre in eqtate: ꝛ populos in veritate sua. Igitur dicã ꝙ magnificãdus est deus. Quia

Justior in iudicando.
Fortior in operando.
Doctior in ordinando.
Dulcior in miserando
Longior i. deest eternior in permanendo.

¶ Patet ergo ꝙ est magnificentia que debetur summo creatori. Et hoc est primũ principale. ¶ Secundo principaliter dico ꝙ est magnificentia que debetur iustificatori. Et ista ꝓcerto nihil aliud est ꝙ honor temporalis: spiritualis et eternalis quo scilicet iustus homo glorificatur et exaltatur. ꝛ quo honorabilis et magnificus reputatur. Dicitur enim magnificus seu magnificatus idem quod magnus factus: seu magna faciens. quia scilicet iusti magna faciunt virtuose operãdo: ideo finaliter magni erunt. temporalẽ. spiritalem ꝛ eternalẽ gloriã acquirendo: vt scilicet de quolibet viro iusto dicak illud Esaie. iiij. Erit germen domini in magnificentia ꝛ in gloria. Ubi aduerte ꝙ iustus a triplici magnificentia commendatur videlicet

Ab virtuali perfectione. Iusti eñ virtualiter declarescunt: qz sunt germẽ.
A tpali promotione
Ab eternali plationc. Tpaliter splendescunt: qz in magnificentia. Eternaliter nitescunt: qz in gloria.

¶ Igit dico ꝙ iusti sunt magnifici: qz clarescunt ẽ tualiter. Et hoc ostendit cũ dicit. germen dñi. Unde. s. vbi Germen. quo vir iustus germini cõparat. iurta illud ps. Just⁹ germinabit sicut liliũ: ꝛ florebit in eternũ sicut dñm. Et revera iustus in ẽtutib⁹ ꝛ sciẽtijs aliquotiens magnificat. ꝛ magnus apud deũ ꝛ homines in fama ꝛ opinione. honore ꝛ pfectione putat. Vñ de illo rege iuda Josaphat q̃ interptat ipe iudicat. dr. ij. Paral. xvij. Creuit ergo Josaphat ꝛ magnificatus est vsq; in sublime. Ubi. s. quadruplex ẽtus ostendit que magnificat merito possessorẽ. s. Charitatis iugis pfectus. Veritatis certus pspectus. Equitatis rectus effectus. Voluntatis altus affectus: ꝓbat. Castitatẽ ingens incrementũ. Creuit inquit. Veritatẽ certũ argumentũ. Ergo inquit. Eqtatem iustum fundamentũ. Josophat ꝛc. Voluntatem altũ firmamentũ. In sublime inquit. Crescere eñ signat virtutem augmentatiuã: hoc est charitas ꝛ diligentia. Ergo signat virtutem ordinatiuã: hoc est veritas ꝛ sapientia. Josaphat iudicans signat virtutez determinatiuã: hoc est eqtas ꝛ iustitia. In sublime ẽo signat virtutẽ elevatiuã. s. mentis: hoc est voluntas et celestiũ cõplacentia. Unde vbi Crescere. Ergo. Judicare. ꝛ Sublimis. i titulis ꝛ materijs suis. Et breviter de virisvirtuosis quo magnificantur potest dici illud. j. Mach. v. Uiri iuda magnificati sunt valde in conspectu omniũ. Unde Rom. viij. Quos iustificauit illos ꝛ magnificauit. Patet ergo ꝙ viri iusti sunt magnificati: quia clarescunt virtualiter. Germen inquit. ¶ Deinde dico ꝙ sunt magnifici: qz splendescunt temporaliter. Et hoc ostenditur in isto verbo. Magnificẽtia. Cõstat eñ ꝙ iusti ꝛ sancti qñq; a deo vocant ꝛ ꝓmouentur etiã ad tpales magnificentias: regna: prelaturas et dignitates. sicut de dauid ꝛ aliis plurib⁹ legit quos deus tpaliter magnificauit. ꝛ ad dignitatẽ ꝛ fastigiũ exaltauit. j. Reg. ij. Magnificat⁹ est puer samuel apud deũ. Unde Esa. xlij. dr sic. Dñs voluit vt sanctificaret eum ꝛ

magnificaret

magnificaret eum. q. d. Primitus debet homo sanctificari aut magnificari. anteq̃ debeat ad prelatiõis apicem exaltari. Et procerto dato ꝙ homo diuina gratia fauente vel permittente ad dignitatis apicem exaltetur nunq̃ tamen ꝓpter hoc homo se debet magnificare. nec ꝓ alijs glorificare: cum ignorat si sanctus aut iustus debeat dici vel possit. Unde Romanis dicit. j. Macha. viij. Mõ exaltati sunt valde: sed in oĩb⁹ his nemo portabat dyadema: nec induebat purpura vt magnificaretur in ea. Igitur dico. ꝙ iusti magnificãtur. qz splẽdescunt temporaliter. Magnificentia inquit. ¶ Deinde dico. ꝙ iusti magnificant inquantũ nitescunt supernaturaliter. s. in gloria paradisi. qõ ostendit cũ dr. Gloria. Hec est eñ summa ꝛ vltima magnificentia. ꝙ. s. homo postvite decursum: ꝛ post agonẽ vite presentis assumatur ad triumphũ glorie paradisi. ꝛ ad magnificẽtiã imperij paradisi. Gloria inquit. Unde de viro iusto in celis glorificato ꝛ magnificato dicit Ecci. xlv. ꝙ deus fimilem illũ fecit in gloria sanctoꝝ: ꝛ magnificauit eũ in timore inimicoꝝ. Sequit glorificauit eum in conspectu regũ. Igitur ptz ꝙ iusti a deo magnificant finaliter et eternaliter. Gloria inquit. Mundialiter ꝛ temporaliter. Magnificẽtia inquit. Moraliter ꝛ ñtualiter. Sermen inquit dñi. Sic igitur ꝓcludo. ꝙ est quedã magnificentia ꝓpria ꝓfessoris: hoc est dictu cuiuslibet iustificatoris. ¶ Tertio vero dico. ꝙ est quedam magnificentia vani peccatoris. Constat eñ ꝙ mali quandoq; in mundo magnificantur. et in altis statibus et dignitatibus sublevantur. scz. Quidam magnificantur

Ratione diuitiarum. De magnificẽtia
Ratione mundialiũ scientiaꝝ. diuitiarũ dicitur.
Ratione magnaꝝ amiciciaꝝ. Diere. v. Magni
Ratione potentiaꝝ ꝛ eminentiaꝝ. ficati sunt inquit ꝛ ditati. impinguati sunt ꝛ incrassati: ꝛ preterierunt sermones meos. De magnificentia ratione mundialium scientiaꝝ: qõ potissime apparet in aduocatis dicitur in ps. Mõ isti sunt illi qui direxũt. linguã nostrã magnificabimus labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est? Et tamẽ alibi dicit. ꝙ disperdat dñs vniversa labia dolosa ꝛ linguã magniloquã. De magnificentia ratione noticiaꝝ: seu potentũ familiaritatũ. ꝛ amicitiarum que patz de malis principum familiaribus. qui a magistris suis plus debito magnificantur: ꝛ ab ipsis fouentur contra iustitiam ꝛ bonorantur contra illud Ecclesiastici. x. Mol⁹ pespicere hominem: iustum pauperem: nec magnifices virũ peccatorẽ divitem. De talibus dicit Esaie. ix. Multiplicasti gentẽ: non magnificasti leticam. Quia revera quãto tales amplius multiplicant ꝛ magnificãtur. tanto inferiores subditi plus grauantur. De magnificentia ꝛ ratione dignitatum seu eminentiarum: que scz spectat ad malos principes ꝛ prelatos qui scz seipsos pre alijs indebite magnificãt ꝛ extollunt dicit figuratiue Dañ. viij. ꝙ ipse vidit arietem ventilantem cornibus ad oẽm partẽ: ꝛ oĩs bestie non poterant resistere ei. fecitq; ꝓm voluntatẽ suam et magnificatus est. Exponedeariete cornuto ꝓtra prelatos mitratos ꝛ indebite magnificatos: quibus tamẽ dominus cõminat Esa. x. dicens visitabo super fructum magnifici cordis regis. ꝛ sup gloriã altitudinis oculoꝝ eius. Sequit. Et erit terror vagus ꝛc. Igit de quolibet indebite magnificato ꝛ exaltato dicit Dañ. viij. ꝙ cornu modicũ factũ ꝛ grãde: ꝛ magnificatũ est vsq; ad fortitudinẽ celi ꝛ deiecit de fortitudine ꝛ de stellis. ꝛ conculcauit eas: ꝛ vsq; ad principẽ fortitudinis magnificat⁹ est. ꝛ ab eo tulit iuge sacrificium: ꝛ deiecit locũ sanctificationis eius. Quia revera qui dicitur cornu ꝓpter duriciam ꝛ superbiaz: qui de paruis fiunt magni. ꝓpter promotionis excellentiam. contra deum magnificantur per iniquitatem ꝛ maliciam. sacrificiaq; ipsius ꝛ locum sue sanctificationis destruunt. inquantum gratiam religionem et ecclesiam. stellas de celo ei⁹ cunt et conculcant. inquantum nobiles detrahunt ad paupertatem ꝛ miseriam. Sufficit igitur de magnificentia impij: iusti ꝛ dei ꝛc.

Magnus. Magnitudo.

Nota ꝙ magnitudo nihil aliud est ꝙ quantitas rei ex naturalibus dimensionibus constituta. Constituit eñ magnitudo ex longitudine latitudine sublimitate ꝛ ꝓfunditate. que quandoq; spiritualiter quandoq; temporaliter denotãtur. Verũtamẽ qz aliqua sunt magna quãtitate molis aliqua quantitate virtutis. est notãdum ꝙ est multiplex magnitudo. scilicet. Quedam.

Mirabilis. Prima est magnitudo divinitatis. De qua dicit in ps. Magnus
Laudabilis. es tu ꝛ facies mirabilia: tu es deus
Notabilis. solus. Scõa est felicitatis eterne.
Damnabilis. de qua Baruc. iij. O Israel ꝙ magna est domus dei et ingens locus
Tristabilis. possessionis eius. Tertia ẽ magnitudo moralitatis interne. Et ista est illa qua vir iustus
Odibilis. dicitur spiritualiter esse magnus. de quo dicit Mat. v.
Amabilis. Qui aũt fecerit ꝛ docuerit sic homines hic magnus vocabitur. Quarta magnitudo est prosperitatis mundane: de qua math. viij. facta est tranquilitas magna in mari. Quinta est magnitudo iniquitatis humane. Unde cuilibet diviti peccatori dicitur illud Ezech. xxix. Ecce ego ad te draco magne q̃ cubas in medio fluminum. Sexta est magnitudo penalitatis subterne. s. doloris infernalis. De qua dicit Luc. xxj. Erit pressura magna super teram. Et Treñ. ij. Magna velut mare contritio tua. Septima est magnitudo capacitatis externe ista est magnitudo ecclesie militantis. De quibus dicit in ps. Apud te laus mea in ecclesia magna. Singula ista per ordinem prosequi longum esset et tediosum. ideoq; dico. ꝙ est triplex magnitudo. s. Magnitudo

Dei creatoris.
Boni viatoris.
Mali peccatoris.

¶ Dicamus ergo ꝓio de magnitudine dei: ꝛ dicam ꝙ ꝙ est quedã magnitudo valde gloriosa: scz magnitudo dei. Quia sicut dicitur in ps. Magnus dominus ꝛ laudabilis nimis ꝛ magnitudinis ei⁹ non est finis. Iste est enim magnus. Ratione capacitatis cuncta continentis. Ratione sublimitatis cunctis preeminentis. Ratione profunditatis nulli cõpetẽtis. Ratione eternitatis semper permanẽtis. ¶ Iste eñ sunt quatuor dimensiones. que faciunt deum magnum: videlicet latitudo capacissima. Iste est eñ sicut celum. cuius ambitus latitudo continet vniversa. Et ideo de ista latitudine contentiua dicit quidam philosophus ꝙ deus est ſpera incircunscriptibilis cuius centrum vbiq; est circũferentia autẽ nusq̃. Et. ij. Esdre. viij. Magna est terra ꝛ excelsum celũ. Et in. ps. Hoc mare magnũ ꝛ spacioſuz. Itẽ altitudo sublimissima. Ipse eñ magnus est in altitudine: qz scz preeminet cũctis creaturis sicut cedrus ratione altitudinis: lignis ꝓeminet vniversis. quare etiã regina arbor nuncupat. Unde in ps. Dñs in syon magnus ꝛ excelsus super oẽs populos Et alibi. Terribilis rex magnus super oẽm terraz. Itẽ in ipo est profunditas occultissima. Deus eñ est sicut abyssus ratione incõprehensibilitatis: qz. s. sicut dicit. Job. xxxvj. Deus magnus ꝛ vincens scientiã nostram. Item in ipso est longitudo eternissima Thob. xiij. Magnus es dñe in eternũ. Et sic ergo dico. ꝙ deus est maximus: licz magnitudo eius sit occulta. In sole eñ sunt duo que nobis sunt incognita ꝛ occulta. scz magnitudo ꝛ motus. Mator eñ est octies tota terra. qõ tamẽ nõ videtur. Citissime etiã currit. ꝛ tamẽ videt ꝙ in aliquo nõ mouet. Sic de nobis penitus duo de deo sunt ignota. s. sua excellentissima magnitudo. de qua dicit illud Job. xxxvj. Magnus deus ꝛ vincẽs sciẽtia nostrã. Stupebant aũt oẽs de magnitudine dei Luc. ix. Et sui motus. i. sue occulte prouidẽtie. ordinationis ꝛ sapiẽtie certitudo. Ista enim nobis non cognoscunt. sed ab oculis omniuz mortalium absconduntur. Quia sicut dicitur in ps. Magnus dñs ꝛ magna virtus eius: ꝛ sapientie eius non est numerus. Ubi deus ostenditur esse ma-

Aduersitatis. ricie. Uñ i ps. Sicut ignis qui cō
Labilitatis. burit siluam. ⁊ sicut flamma com
Obscuritatis. burens montes. ¶Itez mons pō
Flebilitatis. positatis ⁊ superbie. Uñ. iij. Re
gum. vj. dicit. Quod totus mons erat plenus curruū
⁊ equorum quorum scilicet strepitus pompam desi
gnat. ¶Itē mons garrulitatis ⁊ manis leticie. Quia
sicut aues in montibus garriunt. Sic diuites in ho
noribus ⁊ dignitatibus. ps. Montes exultauerūt vt
arietes. ¶Itē mons aduersitatis ⁊ pestilētie. Quia
sicut tempestates ⁊ fulgura ⁊ terre motus in monti
bus solent cadere ⁊ accidere. Sic multe aduersitates
solent honoribus dignitatibus ⁊ ꝓsperis immisce
ri. Unde Hiere. iij. Uidi montes ⁊ ecce mouebātur.
⁊ omnes colles conturbati sunt. ¶Item mons labi
litatis ⁊ defluentie. Cito. n. tales montes in nihiluꝝ
defluent. Uñ Job. xiij. Mons cadens defluit. ¶Itē
mons obscuritatis ⁊ ignorantie. Quia in isto monte
magna est obscuritas ignorantie ⁊ erroris: in tantuꝝ
ꝙ ibi hō obliuiscit deū ⁊ ꝓximum: ⁊ salutē ꝓpriā: ⁊
seipsum. Unde Hiere. l. Pastores eorum seduxerūt
eos ⁊ fecerunt eos vagari in montib⁹. Et ibidē. Trā
sierunt de monte in collem: obliti sunt cubilis sui.
¶Itez mons flebilitatis ⁊ eterne tristicie. Quia ma
loꝝ dignitates ⁊ ꝓsperitates ad flebilitatem tribula
tionū ⁊ eterne miserie vt cōiter deducūk. Eze. xxxvij.
Subuertentur montes ⁊ cadent sepes: ⁊ omnis mu
rus in terraꝝ corruet. Et Eze. xxxv. Dabo montē seyr
desolatum. Seyr interp̄tatur hyrsutus. Sic igitur ps
quō per montem intelligitur status ⁊ eminētia pec
catoꝝ. Sed si velles vltra addere ꝙ status pfectorum
vel ēt ipsi perfecti pñt comparari bonis montib⁹. de
quibus fit mentio in scriptura. Nota ꝙ tales dicun
tur: videlz. Mons oliueti. ꝓpter pietatem: quia scilz
oliua pietatem signat. Mons lybani ꝓpter castita
tem. quia lybanus interp̄tatur candor. Mons carme
li ꝓpter caritatem: quia carmelus interp̄tatur tener
seu pinguis. Mons syon ꝓpter intelligentie claritā
tem: quia syon interp̄tatur specula ⁊c. Allega si vis ⁊
dilata. Sufficit ergo de montibus.

A

Monstrare. Nota si vis ꝙ deus monstrat nobis viam bonā: vt hanc te
neamus Bona opa vt faciam⁹. Uiros iustos vt hos
eligamus. Gratiam suam vt hanc diligamus. Celes
tem gloriam vt hanc adeamus ⁊ appetam⁹. De via
bona dicitur Prouer. iiij. Etiam sapiētie monstrabo
tibi quā cum ingressus fueris nō artabuntur gressus
tui ⁊c. De bonis exēplis ⁊ operibus dicitur Exo. xxv.
Respice ⁊ fac �means exemplar qđ tibi in monte monstra
tum est. De viris iustis ad regimen eligendis dicit. j.
Reg. xvj. Mō dns volens ꝙ dauid eligeretur in regē
dixit samueli. Unges quemcūq; monstrabo tibi. De
gratia vero ⁊ benignitate diuina quā deus in suis be
neficijs quotidie demōstrat: potest dici illud Hester.
viij. Quod assuerus extendit virgam ab hester: quo
signum clementie monstrabatur. De celesti nūc glo
ria pōt dici illud Gen. xij. Egredere de terra tua ⁊c. ⁊
veni in terram quā monstrauero tibi: faciamq; te in
gentem magnam. Uide de ostendere.

B

Monstrum. Nota ꝙ monstra dicunk aīa
lia ꝓter: vltra: vel cōtra natu
ram genita. Sicut si nasceretur hō cuꝫ capite bouis:
vel cū capite bino: vel pedibus leonis ⁊ similib⁹. Ta
lia ergo dicunk monstra a mōstrando: vel qz aliquod
futurum significāt ⁊ monstrāt vel qz libēter tanq; ra
ra ⁊ mirabilia monstrank. alioq; ad sui cōsideratio
nem inuitāt. Simili ergo mō monstra dicuntur ostē
ta ab ostendendo dicta: vel quia aliquod futuruꝫ so
lent ostendere vel ostēdi libenter ⁊ in alijs monstrari
Quotiens em apud romanos talia monstra ꝓueniē
bant: signū alicuius mali futuri vel aliquod ꝓdigiuꝫ
reputabant. Et ideo ꝙ placādis dijs ad sacrificia re
currebant. vel ēt libros sibilinos adibant. sicut ponit
tytus liuius in multis locis. Et sic ēt bene supponk.
ij. Mach. v. vbi dr. Mō regabant in bonum monstra
conuerti. ¶Item per monstra a figura cōi exorbitan
tia pñt intelligi mali hoīes in mozib⁹ dissimiles bo
nis ⁊ difformes vel ēt ipsa mala maloꝝ opera: q̄ qñq;
ita a cōi regula bonitatis decluant ⁊ recedunt. ꝙ mon
stra merito dici pñt. Unde de illis excessimus hoībus
filijs enach dicitur Nume. xiij. Uidimus monstra q̄
dam filiorum enach. quibus comparati locuste vide
bamur. Sed de monstris vide in diuersis titul⁹ ⁊ exē
plis varijs allegatis: qz transeo gratia breuitatis.

A

Morari. Mora. Cum morari idem sit
ꝙ habitare. seu in ali
quo loco perseuerare. ⁊ supra satis sit dictū de habi
tare: hinc est ꝙ de morari nō intendo facere magnaꝫ
vim. ¶Unde breuiter notem⁹. ꝙ est inuenire morari.

Uirtuosum.

Uirtuosum. Litiosum. Doloroſum. ⁊ Gaudiosum.
¶Primo igit dicam ꝙ: est mora hoīm pfectoꝝ q̄ est
virtuosa. Morātur hi em in celo p desideriū ⁊ a morē.
Morank in inferno p meditationē ⁊ timorē. Morāt
in corde ꝓpio p cōtritionē ⁊ dolorē. Morank etiā in
pnie deserto p afflictionē ⁊ laborē. ¶De mora ergo
in paradiso quā faciūt cōtēplantes: qz. s. more aḋle li
bēter morank in locis arduis ad speculādū. Juxta il
lud qđ de aquila dr Job. xxxix. In petris manet ⁊ mp̄
ruptis rupib⁹ cōmorat ⁊ in inaccessis silicib⁹. inde cō
tēplak escā. Etiā qñq; morank in deuotōis agro. sicut
dr Cant. j. Dilect⁹ meus inter vbera mea morabitur.
Etiā dr Eccl. xxiij. In oībus requiē quesiui ⁊ in he
reditate dñi morabor: ⁊ i hierusalez ptās mea. ¶De
mora inferni quā faciūt meditātes: qui. s. semp habēt
cōsiderare amaritudinē infernalē. sileꝫ talpe vel an
guille pisci. illa audita voce humana fugit remoti⁹.
ista in tpe tēpestatis cōmorat in pfundo maris, vñ dr
Eccli. xxv. Cōmorari leoni ⁊ draconi placebit. Dr ēt
Nume. xiij. Chananeꝰ habitabat iuxta mare. De mo
ra in corde ꝓpio quā faciūt insipientes: q. s. p amaraꝫ
ꝓtritionē sp exinaniūt corda sua. dr Job. xvij. In ama
ritudinib⁹ morak oculus meꝰ. ¶De morañe in pnie
deserto quā faciūt pficientes dr. j. Reguꝫ. xxiij. Dauid
morabatur in deserto in locis firmissimis. Jsta est er
go mora hoīm perfectoꝝ que est virtuosa. ¶Secun
do dico: ꝙ inuenitur mora hominū peccatoꝝ: que est
vitiosa. Et isti proculdubio morantur in.

Diuitijs temporalibus.
Delicijs corporalibus.
Eminentijs secularibus.

¶Prima est mora auaroꝝ qui. s. nimiū volunt circa
mūdi diuitias immorari. Et de hoc dicit Job. xxxix.
Numḋ rinoceros volet seruire tibi aut morari ad p̄
sepe tuū? Rinoceros nō signat auaros: qui ad labo
randum pro terrenis sunt fortissimi: ⁊ ideo ad p̄sepe
diuitiarum mūdialiū cōmorantur. ¶Scōa est mora
luxuriosoꝝ. qui. s. semper querūt in delicijs ꝓuersari.
Uñ Job. xxxvij. Ingredietur bestia latibulū suū ⁊ in
antro suo cōmorabit. ¶Tertia nō mora est superbo
rū: qui. s. semp querunt in mūdi officijs ⁊ dignitatib⁹
collocari. vñ Prouer. xxx. Stellio manib⁹ innititur ⁊
morat ur in edibus regū. Jsta ergo est mora hominuꝫ
peccatoꝝ que est vitiosa. ¶Tertia est mora boīm dā
natoruꝫ que est dolorosa. Et isti figurantur Soph. ij.
vbi de ninive destructa loquitur ⁊ dicit ꝙ bestie gen
tium ⁊ onocrotalus ⁊ hericius in liminibus ei⁹ mo
rabuntur. Quia scilicet in inferno que destructa ciui
tas potest dici morabuntur finaliter bestie. i. carnalis
immūdicie sectatores. Onocrotalus qui horrēde stri
det. i. infamis eloquētie detractores. Hericius indu
tus spinis. i. auari opulentie possessores. De quibus
dicit Prouer. xxj. Uir qui errauerit a via doctrine in
cetu gygātiū cōmorabit. Jsta est ergo mora hominuꝫ
dānatoruꝫ: que est dolorosa. ¶Quarta autē est mo
ra hominū beatoruꝫ: qui scilicet sursum cū xpo in celi
palatio cōmorātur. que est gaudiosa. Johā. xj. Uenit
ihesus in ciuitatē que dicit effrem: ⁊ ibi morabatur cū
discipulis. De mora etiam inquantū sumitur. p̄ pse
uerātia dic ꝙ omnia sicut supra dictuꝫ est de mora vir
tuosa. De mora vero inp̄tum denotat tarditatē sicut
Gen. xlv. dr. Descēde ad me ne moreris. Et Leui. xix.
Non morabitur opus mercenarij apud te vsq; ma
ne. vide de negligentia ⁊ tarditate ⁊c. vel in tabula si
non sit titulus specialis ⁊c.

Mordere. Morsus. Cū mordere sit
aliquid dentib⁹
pungere vel vorare. Notabis ꝙ i scriptura reperitur
multiplex morsus. Uidelicet morsus.

Detractiōis. Mordet detractor morsu vipereo
Tentatiōis. Mordet tentator morsu venereo.
Uexationis. Mordet vexator morsu venereo.
Dānationis. Mordet dānator morsu tartareo.

¶Primo ergo dicā ꝙ est dare morsuꝫ viperee detra
ctiōis. Cōstat em ꝙ sicut vipera occulte mordet ⁊ pū
git: ⁊ tñ manifeste nocet ⁊ inficit. Sic detractor occul
te: hoc est dictu: i absentia partis mordet ⁊ detrahit:
⁊ totum corp⁹. i. totam famā inuenenat. inficit ⁊ cor
rumpit. Uñ Eccles. x. Si mordeat serpens in oculto
nihil eo minus hz qui occulte detrahit. O quot sunt
hodie tales occulte vipe ⁊ serpētes alioꝝ fame ⁊ noī
detrahētes. Uidet em ꝙ tot⁹ mūdus in libiā est posi
tus: que. s. est regio q̄ in multitudine serpentum cete
ris orbis ptib⁹ plus abūdat. ⁊ maxime in solitudini
bus ⁊ desertis. qz vix trāsit aliquod animal q̄n ab eis
mordeatur. Sic renera in mūdo abūdat tanta copia
detractoꝝ. ⁊ maxime in desertis religionū ⁊ claustroꝝ
ꝙ vix potest aliquis transire per istos q̄n morsuꝫ ine
niat aut punitorē. Hiere. viij. Ad ittam vobis serpen
tes ⁊ regulos quibus nō sit incantatio ⁊ mordebunt
vos. Et scitis certe. sicut lupi q̄s sunt antiqui ⁊ in ra
biem cōuersi: libentius mordent ⁊ deuorant hoīes q̄
pecudes. Sic tales libentius per detractionē lacerāt
bonos q̄ malos: ⁊ virtuosos hoīes q̄ infames. Sap.
xvj. Supuenit illis. s. iustis seua bestiarum ira: ⁊ mor
sibus peruersoꝝ colubroꝝ exterminabūtur. vñ Mi
chee. iij. Dominus reprehendit malos ꝓphetas. qui
inquit seducūt populū meum: ⁊ mordēt dentib⁹ suis
⁊ ꝓdicant pacem: ⁊ si quis non dederit in ore ipsoruꝫ
sanctificant super eum ꝓlium. Patet ergo ꝙ est dare
morsum viperee detractōis. ¶Scōo dico ꝙ est dare
morsum veneree tentationis. Constat em: ꝙ caro: mū
dus ⁊ demonia diuersis morsibus tentationum mor
dent animam. Sed ꝓcipue caro humana venenatis
morsibus mordet. ita ꝙ de delicijs carnalibus vel de
carne pōt dici illud Prouer. xxiij. Fouea ꝓfunda me
retrix ⁊ puteus angustus aliena. Sequit. Ingreditur
blande sed in nouissimo mordebit: vt coluber. ⁊ sicut
regulus venena diffundet. Est igit dare morsuꝫ vene
ree tentatiōis. ¶Tertio dico ꝙ est dare morsum fu
neree seu fulguree veratiōis. hoc est dictu: exteriorꝭ
⁊ tpalis tribulatōis. O quis est ille qui tali morsu nō
mordeatur: ⁊ qui mūdi tribulatiōibus ⁊ veratiōibus
quotidie nō subdatur. Maz sicut videm⁹ ꝙ animalia
imbellia fugitiua ⁊ ōbilia. sicut sunt lepores ⁊ capree
morsib⁹ subiacēt plurimoꝝ: vtpote canū: lupoꝝ etiaz
⁊ leonū. ita ꝙ si vnū euaserint. i dentes icidūt alioꝝ.
Sic vere homo diuersis morsib⁹ tribulationū subia
cet. ⁊ si vnū euaserit succedens ali⁹ eū mordet. Nō spe
ret ergo homo ꝙ in hoc mūdo sine tribulationib⁹ vi
uat. Quia teste beato Jsiō. Impossibile est ꝙ hō sit: ⁊
ꝙ tribulationes nō sentiat. Uñ Amos. ix. Nō erit fu
ga eis. supple q̄n tribulatiōes sentiant ⁊ sustineant: ⁊
nō saluabit q̄ fugerit: ⁊ si celauerit se ab oculis meis.
in pfundo maris ibi mādabo serpēti ⁊ mordebit eos
q. d. ꝙ homo nūq; taliter absc̄dit se aut celat ꝙ oīno
tribulatiōes euadat. imo certe sepe fit ꝙ vbi securioꝝ
credit esse. aliq̄n ex inspērato reperit q̄ ipꝫ mordeat
⁊ inuadat. Sicut ad lrām videmus de beatis ⁊ felici
bus hui⁹ mundi. q̄bus vbi se magis securos esse cre
dunt. ibi citius tribulationes ⁊ miserie veniunt. ini
mici ⁊ accusatores insurgunt. ita ꝙ status eorum ad
nihilum deueniunt ⁊ decurrūt. Juxta illud Abacuch
ij. Repente consurgent qui mordeant te. ⁊ suscitabun
tur lacerantes te ⁊ eris in rapinam eis. Et quia tu
spoliasti gentes multas. spoliabunt te qui reliq̄ fiunt
ex populis. Patet ergo ꝙ est dare morsum corporee
seu fulguree vel funeree vexationis. ¶Quarto dico
ꝙ est dare morsum tartaree dānatiōis. Quia reuera
dānati sentiūt multos morsus. videlicet morsum.
Sentētie superius contra eos fulminate.
Conscientie interius cōtra eos effrenate.
Dyabolice militie exterius ꝓtra eos ordinate.
¶Uñ Deut. xxxij. Cōsumētur fame ⁊ deuorabūt eos
aues morsu amarissimo. Dentes bestiarū immitam
in eis cū furore trahētiū sup terrā atq; serpētiū. Sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo pz ꝙ in scriptura reperit quadrupler malꝰ mors
sus. ¶ De bono ꝛo mortu pōt dici ꝙ iuenit mortus.
Cōscientie pectoralis.
Justitie pastoralis.
Potentie imperialis.
¶ Cōscia.n.bñ ordinata statim mordet ⁊ murmurat
otra quēcūq male agentē.iurta illud Ecclies.x. Mor
dissipat sepē mordebit eū coluber. Justitia ēt boni in
dicis vel plati malefactores solet mordere.⁊ eos pu
nire. Gen.xlix. Fiat dan coluber in via cerastes in se
mita mordens vngulas equi.potentia insup maxime
diuina demones ⁊ mortē mo mordit ⁊ eoꝝ potentiaz
marie destituit ⁊ confudit.iurta illud Osee.xiij. Ero
mors tua o mors morsus tuꝰ ero inferne. Sic ergo pz
ꝙ mordere in bono sumitur ⁊ in malo.

Mors. Mori. Mortuus. Nota Mō in scriptura fit mentio de quadruplici morte. Videlicet
De morte naturali que est ꝓuidenda.
De morte virtuali que est appetēda.
De morte criminali que est precauenda.
De morte eternali que est metuenda.
¶ De morte dico naturali. ⁊ ista est illa cui propter peccatuz ade subūcitur omnis hō. De qua dicit apls Hebre.ix. Statutū est hoibꝰ semel mori. Et Seneca dicit ꝙ ꝗbus nasci ꝓtingat mori restat. ¶ Itē de mor te ēt virtuali. Et ista est mors spūalis qua boni mo riuntur ⁊ mortificantur mūdo vt viuāt deo. De qua Phil.j. Mihi viuere xps est.⁊ mori lucrum. Et Col. iij. Mortificate mēbra vestra q̄ sunt sup terram. De morte ēt crimiali. Et ista mors nihil aliud est ꝙ mor tale pctm̄ qđ aīam mortificat ⁊ occidit. De qua Apoca.iij. Nomen habes ꝙ vivas ⁊ mortuus es. De mor te insup eternali. Et ista est mors ⁊ pena inferni. que ēt in scriptura dicit mors scōa. De qua dicitur in ps. vbi de dānatis peccatoribus loquit. Sicut ouis inđt in inferno positi sunt. mors depascet eos. De ista ergo quadruplici morte aliquid breuiter p ordinē est dicē dū. ¶ Dicamus ergo primo de morte naturali. sed qz de mortuis recordamur plus q̄. xx. fecisse sermones. quorum ēt autoritates diuise ⁊ psecute poterint hic annecti. Idcirco breuiter trāseamus ⁊ dicam⁹ ꝙ sm Senecā Mors nihil aliud est q̄ finis ⁊ ōfectus vite. Mors em̄ nō est aliqđ quia vt dicit nō est aliquid po sitiuū: sed priuatiuū. Et inde est qđ ꝛ. Sap.j. Deꝰ mor tem nō fecit. nec letat in pditiōe viuoꝝ. Et possumus notare de morte. ꝙ sicut oīa que sunt hic inferi⁹ sunt naturalr corruptioni subiecta: sicut pz in animalibꝰ: arboribus ⁊ fructibus. qđ vtiq; facit ꝓtrarietas qua tuor elemētoꝝ: quoꝝ vnū cōtinue agit in aliud: vnde necesse est ꝙ corruptio sequat. ⁊ ꝙ res deficiat ⁊ frū strek. Ad qđ accedit ꝛbū scripture. Eccli. xliij. dicētis. Mō opus corruptibile in fine deficiet. Et propter hoc carissimi: cū nos sim⁹ q̄tū ad corpus de elemētis, cō trariꝫ cōpositi: ⁊ varietati ⁊ mutabilitati subiecti. ſz qđ dicitur Rom. viij. Vanitati subiecta est oīs crea tura. inde est ꝙ ꝙ mortez necesse habemus deficere: ⁊ corruptioni ⁊ miserie subiacere. Sicut em̄ videm⁹ ꝙ oēs stelle q̄ ab oriente veniunt. q̄uis magne sint cla ritatis ⁊ virtutis. ad occidentē tm̄ tendunt. ⁊ ibi sm di uersos iaculos alie tardius. alie citius a nr̄is visibꝰ se absc̄dunt. Sic vere hoies vniuersi qui ab oriēte. i. per natiuitatē vtm̄ mūdo. q̄uis ibi aliq̄diu rutilēt ⁊ clarescāt: tm̄ necesse est ꝙ alij tardius: alij citius: ſz ꝙ cursum duratōis sue a deo acceperūt. finaliter ad occidentē mortis veniāt ⁊ descendāt. ⁊ ꝙ ibi a mūdi visibꝰ deficiant ⁊ recedant. Sicut em̄ dr.j. Cor. xv. In adā oēs moriunt. Et ideo breuiter exponamus illam flebilē autoritatē que scribitur. ij. Reg. xiiij. Omnes morimur: ⁊ quasi aque dilabimur in terrā que nō re uertunt. In qbus ꝛbis aduerte: ꝙ mors hz scz potē tiā insupabilē. qz. s. ista cōcludit. oēs. Penitentiā me ritabilem: qđ scz notat in ꝛbo pnīs tpis morimur.

Duriciā immitigabilē: qz. s. ipa facit quasi aquā nos labi in terram: qđ ostendit cū dicit. Et quasi aque di labimur in terrā. Sniam irreuocabilē. q̄đ ostenditur cū dicit. Que nō reuertunt. ¶ Dico ꝙ ista hz insupa bilē potentiā qđ ofidit cū dr. Dēs: qz. s. ista non supat vnū solū. imo proculdubio oēs. s. fortes ⁊ debiles: le tos ⁊ tristes: diuites ⁊ pauperes: egenos ⁊ aduenas: vicinos ⁊ vicinas. Sicut em̄ sm sapientez Ecclies. j. Dia flumina intrant mare. Sic proculdubio oēs ho mines in hac fluctuosa vita fluētes: mare. id̄ē mortis amaritudinem necessario subintrant. Amos. ix. Ado rientur oēs peccatores. ¶ Mors em̄ est.
Omniū pena.
Omniū tributū.
Omniū carcer.
Omniū domus.
Dim receptaculum.
¶ Sicut em̄ mare abyssi dicit hospitiū oīum fluminuz. sic mors vt dictuz est: est fina lis receptio oīm mortaliū via tor. Et iō Job. xxx. dr. Scio ꝙ morti trades me vbi ꝓstituta est dom⁹ oi viuēti. vñ dr cebat Seneca. Moriar nec prim⁹ nec vltim⁹: oēs inđt me p̄cesserūt ⁊ oēs sequuntur. hac cōditōe intraui vt exirē. De ista ergo vniuersali ⁊ insupabili potētia mor tis: possum⁹ notare ꝙ mortē nō pñt euadere. s.
Nec potentia fortiores.
Nec scientia doctiores.
Nec substantia ditiores.
Nec eminentia digniores.
De fortioribus enim patet: quia sicut dr Job. xxj. Iste moritur robustus ⁊ sanus. De doctioribꝰ dr Eccles ij. Moritur doctus simul ⁊ indoctus. De ditioribus aūt dicit Luce. xvj. Mortuus est aūt dives ⁊ sepult⁹ est in inferno. ¶ Itē de dignioribus ēt dr Eccli. x. Ho die est rex. cras morietur. Et breuiter nulla etas: nul lus sexus. nulla ꝓditio euadit mortē. Jsta est em̄ sicut hyena bestia imundissima: q̄ in mortuoꝝ carnibꝰ de lectatur. que sm Plinīū talis est nature ꝙ si hoiem viderit mortuum. necessario figit gradū ⁊ tres circu los facit ne ab eo abstrahatur. Sic ꝓcerto carissimi: mors videt in mortuoꝝ carnibus delectari: que. s. tot ⁊ tantos nō cessat quotidie deuorare: ⁊ suis legibus subingare. Homines em̄ tribus circulis. i. tribus p̄ cipuis nocumētis circuit ⁊ cōcludit. videlicet. abla tione rerum amicoꝝ ⁊ corpoꝝ. necessario facit hoies sistere: ⁊ suis duris legibus subiacere. Ideo fortitudi nē istiꝰ bestie expauescēs dicebat dauid in ps. Quis est hō qui viuet ⁊ non videbit mortē: q.d. nullꝰ. Quia sicut dr Eccl. xxv. A muliere initium peccati factum fuit: ⁊ p ipsam oēs morimur. Et sic pz. ꝙ mors habet potentiam insuperabilē. Dēs inquit. ¶ Itē mors hz p̄sentiam meuasibilem. Ubicūq; enim se hō vertit: semper habet mortē p̄sentem. Unde ēt dicit Jer em̄. Scito inquit ꝙ vbiq; mors te expectat tuꝛo si sapiēs fueris vbiq; eam expectabis. Jsta ꝛo mortis p̄sentia oſiditur cū dr. Moriamur nō moriemur: sed qz nostrū viuere est vnū mori. Et hoc ꝓbat Seneca. Dicit em̄ ꝙ in prima die natiuitatis nostre: vita nostra lōgior est q̄ vnq̄ postea futura sit. Et iō omni die: ⁊ oī hora demitur aliqđ de via ⁊ longitudine cursus nostri. Et inde est ꝙ quāto plus vixim⁹: tāto magis minuit vi ta nostra. Quaꝛopter: vt dictū ē: mors semp nos co mitat: nobis p̄sentialiter inimicatur. tomni die vnū diē de vita nostra nobis subtrahit ⁊ furat. Moriamur ergo sicut dictuz est in p̄senti. vñ ēt dicit Seneca. epi stola. xxiij. Quotidie inđt morimur: quotidie demit vite nostre aliqua pars: ⁊ tūc quoq; cū crescimus: vi ta decrescit. Infantiā amisimus deinde pueritiā de inde adolescētiā vsq; ad hesternum quicquid trāsijt tpis perijt. ⁊ hunc ipsum quem agim⁹ diem cū mor te diuidim⁹. Ecce carissimi q̄tū est nobiscū p̄sentia mortis: cū qua etiā necesse habemus omni die diu dere vitam nostrā. Apostolus etiam dicit. j. Cor. xv. Quotidie morioꝛ propter gloriā vestrā. Et ppter hoc bñ pz. ꝙ mors hz pñtiā ineuitabilem. ¶ Itē mors hz duriciā intolerabilem: qz scz ipsa facit nos in terram

dilabi sicut

dilabi sicut aquas. Sicut em̄ videm⁹ ꝙ aqua in nube vel in glacie cōgelata ppter feruoꝛē solis solet lique fieri: ⁊ in terrā ⁊ lutū dilabi ⁊ cōuerti. Sic ꝛe nr̄a fra gilis ⁊ aquea ꝓditio: q̄ recte nihil aliud est q̄ quedaz carnea glacies aliquātulū ꝓgelata: qñ ꝛo p feruoꝛez mortis conterit ⁊ vigek necesse hz effluere ⁊ dilabi: ⁊ ad terram ⁊ in terrā decidere ⁊ mutari. Quasi inquit aq̄ dilabimur i terrā. Et in ps. dr. Sicut aqua effusus sum. ⁊ dispsa sunt oīa ossa mea. Et Eccles. iij. De ter ra facta sunt oīa. ⁊ ī terrā pariter quertēt. Elephas em̄ q̄uis sit animal fortissimū: dr tm̄ q̄ cū incaute ar boꝛi dormiēdo inmitit: occult⁹ venator arboꝛē debili tat: ⁊ sic elephas fracta arboꝛe in terrā detrahit. vbi q: cōsurgere neq̄t: a venatore necat: q: qñ cadit super terrā: nō pōt surgere de seipso: ⁊ ppter hoc dormit i nix⁹ arboꝛi. Sic ꝓcerto q̄q̄ hō sit fortis ⁊ strēnu⁹: q: tm̄ occult⁹ venatoꝛ. i. mors arboꝛē sue vite fragilitatis ꝓtinue debilitat ⁊ cōsumit: necesse est ꝙ ad terrā fina liter cadat: ⁊ ꝙ ibi miserabilr corrūpat. Esa. xiij. Co ruisti ī terrā q̄ vulnerabas gētes. Sicut igit aq̄ dila bimur in terrā. Et bñ sicut aq̄. Quia ꝓcerto sicut aq̄ labētes in terrā: a terra absorbent ita ꝙ āpli⁹ nō inue niunt. Sic hoies mortui in terrā defossi nr̄is ꝓspecti bus non repsentabunt. Et iō q̄rebat dubitative Job xiiij. Hō cū mortuus fuerit ⁊ nudat⁹ atq; ꝓsumptus. vbi queso est: q.d. nescitur. Et nota ꝙ iste dicit.
Homo propter fragilitatem naturalem.
Mudatus propter absterſionem tpalium.
Cōsumptus ppter corruptionē corporalē.
¶ Patet ergo ꝙ mors hz duriciā intolerabilē. ¶ Itē mors hz sententiā irreuocabilē. qđ ondit cuz dicit. Que nō reuertuntur. Sicut em̄ celū currēdo ab oriēte in occidentez: nunq̄ reuertitur. imo directo cursu semp labit quousq; in mane iteꝛ oriat. Sic hō postq̄ ad occidentē mortis venerit: nunq̄ ad vitaz naturalr amplius reuertet. quousq; p resurrectionem vltimaz iterū oꝛietur. Nō reuertunt inđt. vñ Job. vij. Uiam p quā nō reuertar ambulo. Et ideo admiratiue dicitur Job. xiiij. Putasne mortuus hō rursum vivat: q.d. nō naturalr: qz sicut dictū est. Mors hz sniam irreuoca bilem. Et iste sunt quatuoꝛ mortis conditiones. vicz. Sentētia irreuocabilis. Duricia imitigabilis. Presentia ineuitabilis. Potentia indeclinabilis. ¶ Et ideo nota. q̄ mors est talis conditionis q̄ ipsa.
Per patientiam debet sustineri.
Per sapientiam debet preuideri.
Per fortitudinem non debet timeri. Uel
Per sanctitudinem debet preueniri.
¶ Dico ergo ꝙ mors debet in patiētia sustineri. Sic cut em̄ dicit Seneca hō moriturus nō hz magis con queri vl tristari si ad mortē peruenerit. q̄tū nauigās si celerius q̄ credidit ad portū ad quē nauigat appli cauit. Portū ad quē cōtinue nauigam⁹ est mors. Et iō si cuent⁹ casus ⁊ fortune ad istū portū nos subitoꝛ ex insperato duxerit. nos nō debem⁹ dolere: sed potiꝰ in patiētia sustinere. Et ideo sancti ⁊ iusti ⁊ naturales philosophi de morte nō doluerūt: ſz ipsam in pa tiētia sustinuerūt. sicut exēplum habem⁹ in scriptura ij. Mach. vj. de eleazaro de quo dicit. Mō gloriosam mortē magis q̄ odibilē vitā āplectēs. volūtarie ibat ad, suppliciū immuēs quēadmodū oportet accedere pa tienter. Exēplū etiā habem⁹ de filia iepte. Judicū. xj. Que videns se ꝓpter votū patris occidendā ⁊ imo landā nō timuit: sed mortē in patiētia sustinuit. ſz so lum ad plorandū virginitatē: dilationez mortis spa ciū duoꝝ mensiū requisiuit. Inter philosophos etiaz quot sunt exēpla de patiētia mortis. pōt q̄ libros le gere recordari. Sicut em̄ in libro Laerty de vitis philo sophoꝝ legit Socrates q̄ athene morti a civibꝰ cōdem natꝰ pro eo q̄ eos de idololatria rēpbendebat. cū pos set ab amicis data pecūia liberari noluit: sed potiꝰ venenosa mortem patientissime sustinuit. ⁊ de morte vsq; ad mortē cū discipulis disputauit. Et breuiter le

ge Senecā ⁊ discurre p libros pbor: ⁊ infinitos inue nies mortē p patientiaz sustinuisse: ⁊ vitā istā miserā cōtēpsisse. lege Tullīū in libro primo qōnuz tuscula narū. vbi de cōmoditate mortis ipe ponit exēpla natu ralia. Cū em̄: vt ait: Trosomꝰ ⁊ Agamedes tēplū ap pollīm fere fecissent. petierūt in genere remūeratio nē a deo: ⁊ sibi dari ideterminate illud qđ erat hoibꝰ optimū. Mnbꝰ cū rndisset Appollo ofones eoꝝ esse exauditas: ꝙ die tertia erant mumꝰ ⁊ salariū receptu ri. Sic actū est ꝙ illi duo illa die mortui sunt reperti. Ad idē aūt addit exēplū Idē Tullius de argia sacer dotissa q̄ cū quodā die p sacrificādo in quadā solēni tate ad tēplū curru veherek ⁊ ppter iumentoꝝ mor tē vltra ire neq̄ret. sic actū est ꝙ duo filij sui. s. cleobis ⁊ byton: veste posita corpa oleo inungētes currū ma tris ad locū traxerūt. in quo cuz plurimū laborassent petijt a dijs sacerdotissa dari filijs suis p premio pie tatis illud maximū donū qđ a dijs poterat dari hoi bus: nihil aliud exprimēdo: ſz aliqđ maximū exꝑcta do. Factū ergo sunt ꝙ dicti iuuenes cū matre comede rēt: ⁊ cūtes ad somnū in crastino mortui repti fuerūt. In qbꝰ qđē exēplis vult tullius supponere: ꝙ nihil pōt dari mortalibꝰ qđ eis sit meli⁹ ipsa mors. Dato em̄ ꝙ illi dij nihil eēnt aliud q̄ demonia. in rnsis tñ suis ꝓsuerērat vt cōiter veritatē dicere: vt sic possent mise ros hoies ad cultū suū fortiꝰ inuitare. Cōcludo ergo. Si apud illos paganos q̄ futuroꝝ nullā spem habe bāt: mors reputabat summū bonū. sicut ēt de tracis dicit Pōpomꝰ ⁊ Valeriꝰ maxim⁹ lib. ij. cap. j. Quod apud eos leta sunt funera: luctuosa ꝛo natalicia. Mā inter pbos alij aīas putant nō emori sed transiri. alij ꝛo emori. Quidā ꝛo putāt beatius esse mori q̄ vivere: multofortiꝰ ergo, nos xpiani q̄ velut firmā anchoꝛā spem futuroꝝ habem⁹. debem⁹ mortē nō timere: sed cū patiētia sustinere. Sicut pz ēt exēplis pluribꝰ ipsoꝝ infidelīū paganoꝝ. s. Cathonis q̄ se occidit. So cratis q̄ venenū bibit. Regili q̄ in patiētia crucē tu lit. Phylenoꝝ q̄ pro augēdo cartaginis ꝑio se vi vos sepeliri pmiserunt in ijsdez arenis vbi patrie fi nes ampliauerūt. Et de duobꝰ decijs. q̄ p vtilitate ro mana vitā suā inferis deuouerūt: sicut ponit Tytꝰ li uius ⁊ Valerius maxim⁹. De patribꝰ nouī testamēti dicemus: ⁊ maxime de martyribꝰ sanctis q̄ videlicet p xpo mortē nō solū in patientia sustinuerunt. immo etiā ipsam nō senserūt. Nam sicut limꝰ oleo mādra goze. ferrum ⁊ sectiones non sentit. sic ⁊ isti qui oleo exultationis ⁊ future spei ⁊ cōsolationis a deo fuerūt liniti, mortem ⁊ verbera non senserunt: sed ipsa cum gaudio ⁊ patientia sustinuerūt. Juxta illud Prouer. xxiij. Verberauerunt me ⁊ non dolui. vulnerauerunt me ⁊ non sensi. Ideo merito mors in patientia est sus tinēda. Quia sicut dicit Seneca. Quicqđ futurū est necessariū est ⁊ libēti aīo debet ferri. Uñ ipse dicit in libro Prouer. Libēter feras quod necesse est. Et qua mors omnibus est necessaria. libenti animo est feren da. vt ipse dicit in quadā epistola. Libenter mori est bene mori. Unde etiam ipse dicit alibi. Uiri inđt mi lucille quātū opus erat. mortem ketus ⁊ plenus diez expecto. Fortes simus aduersus fortuita: nō cōtremi scamus iniurias. vincula. verbera. carceres. egestatē. mors quidē aut finis est aut transitus ad meliora. er go desine timere aut trāsire. Sic igitur patet quomō mors debet in patiētia sustineri. ¶ Deinde dico. Mō mors debet cum diligentia preui eri. Preuidēa est em̄ ⁊ consideranda. videlicet. Mors propria vt pre muniamur. Mors bonorum vt ad bonū animemur. Mors malorum vt in nostris passionibus consolemur. ¶ Est enim cōsideratio mortis nostre vtilis ad nostram prentunitionem. Teste enim Grego. Mi nacula ferunt que preuidentur. Et ideo si mortem co gitando preuiderimus. minus sua percussio cum ve nerit nos grauabit. Et ideo Seneca dicit. Mortē ꝛo nunq̄ timeas: ſz semp cogita. Talis enim cōsideratio

inducit humilitatē.Exemplū de pauone q̄ videſ turpitudinē pedū ſuoꝝ:faſtū plumaꝝ ſuaꝝ deponit.Cauſat enī ſecuritatē:q.ſ.ſi moꝛs cōtinue ꝓuidek.ſecuriꝰ expectatur.Vñ dicit Seneca in libꝛo de naturalibus qōnibus Effice tibi moꝛtē cogitatōe familiarē.vt ita cū ſoꝛs tulerit:poſſis ei obuiā ire. ¶Itē oſidit ſaga citatē.In libꝛo de dictis pꝓoꝝ ꝺ.q̄ reꝛſitus quidam pꝓs q̄ eſſet maioꝛ ſapiētia.Dixit q̄ frequēter cogitare de moꝛte.Cōſideratio igit moꝛtis nr̄e vtilis eſt ad nr̄am ꝓmunitionē.Et iſtud eſt cōtra illos q̄ nō ꝓcogitant moꝛtē ſuā:q̄bus accidit ſicut crocodillo:q̄ dū ſaciat̄ ꝓfunde dormit.q̄daz auicula que hꝫ penas ſcindētes in ventrē ipſi⁹ illabik.t ipm dū dormit:ſcindit.vulnerat t occidit.Sic vere dū hō nō ꝓcogitans moꝛtē dat ſe ad dormiendū in delicijs t peccatis ſubito a moꝛte ſcindik t occidik.t dū nō ſperat ſubito enecak. Et iō docet ſapiēs Eccl.xviij.Memoꝛ eſto q̄m moꝛs nō tardabit.Nō ſic ergo quia ꝓcerto vt dictū eſt:cōſideratio moꝛtis nr̄e vtilis eſt ad nr̄am ꝓmunitionē. ¶Itē dico q̄ cōſideratio moꝛtis bonoꝝ vtilis eſt ad nr̄am animationē.q̄ videlꝫ ſicut elephas aſpectu ſanguinis ad ꝓliū animak.ſic iuſtus cōſideratōe moꝛtis iuſtoꝝ:qui.ſ.tam ſanctē moꝛtui fuerunt.tam alte ſperauerūt.t tā fortiter contra hoſtes aīo pugnauerunt.debent ad ſimilia ſpirare.t in pugna mundi ex cauſis ſimilib⁹ cōſolari:vt ſic ꝓſideratiōe moꝛtis cuiuſlibet viri iuſti nos poſſimus dicere illud Job.xj. Uadam⁹ t moꝛiamur cū eo. ¶Itē ꝓſideratio moꝛtis maloꝝ eſt vtilis ad nr̄am cōſolationē.Sūma enī conſolatio bonoꝝ eſt cōſideratio enoꝛmis t infamis moꝛtis hoīm malignoꝝ.qualr.ſ.ſubito moꝛiunk.t qualr in hoc ſeculo t in alio puniunk. Sicut enī dicit Pli. Cinis muriū cōbuſtoꝝ cū vino mixtus ſi dolentibus auriꝰ inſtillek ſanat doloꝛē.Adures enim carissimi: ſignant malos detractoꝛes q̄ nō ceſſant coꝛrodere famaꝫ nr̄am.Malos ēt auaroꝝ t raptoꝛes q̄ nō ceſſant coꝛrodere ſubſtantiā nr̄am.Malos inſup iniuriatoꝛes qui nō ceſſant coꝛrodere t ledere vitā nr̄aꝫ.Quia carissimi cū tales poſt moꝛtē ignī ꝓpetuo traditi ſint cōburendi.dolentibus de iniurijs ſibi factis ſummū eſt remediū t ſolatiū.q̄ auribus t auditib⁹ ipſoꝝ.cinis.i.memoꝛia moꝛtis talium inſtillek.t q̄ de moꝛte ſua mala aliqua narratio predicetur.Sicut enī dicik in pſ.Adoꝛs pctoꝝ peſſima.Et ideo letabik iuſtus cum viderit vindictā.manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoꝛis.Breuiter igitur hec moꝛs : videlꝫ tam noſtra q̄ aliena a nobis debet meditari:t iugiter me moꝛie cōmendari.Exemplo cuiuſdā magni pĥi.Qui cū ſemp vellet habitare in cimiterijs t oſſa moꝛtuoꝝ tangere t palpare.requiſitus ab alexādro quare hoc faceret.Reſpdit.Nō valde mḡt libenter vellē cognoſcere oſſa regū t diuitū.ab oſſib⁹ pauperū t ſeruoꝝ. In quo quidem inſtruimur q̄ bonū eſt per cōſiderationē in cimiterijs habitare . t de conditione carnis qualis poſt moꝛtē futura ſit ꝓfundius cogitare.Vñ Job.xxj. Ipſe ad ſepulturam ducetur : t in congerie moꝛtuoꝝ vigilabit. Patet ergo q̄ moꝛs debet cuz diligentia ꝓcurideri. ¶Deniq; dico.q̄ moꝛs debet p fortitudinem non timeri.Adoꝛs enim non eſt timenda triplici ratione. tum:

Quia eſt certa t neceſſaria.
Quia eſt breuis t tranſitoꝛia.
Quia eſt vtilis t meritoꝛia.

¶Certa dico t neceſſaria.Iſtud vero valde ꝺz diminuere timoꝛez:quia ſcilicet certi ſumus q̄ neceſſe eſt nos moꝛi.vnde Seneca inquit.Uis aduerſus ꝓpriuz coꝛpus foꝛtis eſſe tanq̄ migraturus habita.propone q̄ſq; hoc cōtubernio carendū.foꝛtioꝛ eris ad neceſſitatem exēudi. ¶Item breuis t tranſitoꝛia . Vñ dicit idem libꝛo de contemptu moꝛtis.Adoꝛs timēda erat ſi tecum eſſe poſſet ſed neceſſe aut q̄ nunc veniat aut q̄ trāſeat. ¶Item vtilis t meritoꝛia. Quia videlicet ſicut dicit quidā ſanct⁹ Adoꝛs nihil aliud eſt:q̄ exiꝰ de carcere. Finis enim illius eſt.

Laboꝛis conſummatio.
Ad poꝛtum applicatio.
Peregrinationis fruitio.
Oneris grauiſſimi depoſitio.
De equo furioſo deſcenſio.
De domo ruinoſa liberatio.
Omnium egritudinum terminatio.
Omnium periculoꝝ euaſio.
Omnium maloꝝ cōſumptio atq; diruptio.
Debiti nature ſolutio.
Reditus in patriam t ingreſſus ad gloꝛiam.

¶Eſt igit moꝛs nō timenda:certe t marie bonis viris.q̄ ꝓ moꝛtē ad gloꝛiā ſe vēturos eſſe ſciūt.qꝛ ī talib⁹ ꝛ̄ificak illud Eccl.vij.Melioꝛ eſt dies moꝛtis die natiuitatis.Jō talib⁹ ꝺz illud Eccl.xlj.Noli metuere iudiciū moꝛtis.Sz,ꝓcerto carissimi:iſtud intelligik de viris iuſtis nō de iniuſtis'. qꝛ vicz viri muſti valde t merito debēt timere moꝛtē.cū ꝓ ipſaz nō habeāt trāſire ad gloriā ſz ad penā Eccl.xlj. O moꝛs q̄ amara eſt mēoꝛia tua hoī iniuſto t pacē habēti in diuitijs ſuis. viro q̄eto cui⁹ vie ſunt directe in oib⁹ t adhuc valēti capere cibum. ¶Ubi aduerte q̄ moꝛs eſt terribilis t amara.vicz. Abundantib⁹ inḡtate.hoī iniuſto mḡt. Affluētib⁹ in ꝓſperitate.Pacē mḡt habenti in diuitijs. Diffidentib⁹ de bonitate:Uiro mḡt q̄eto.i.ocioſo.Carentib⁹ aduerſitate.Cui⁹ mḡt directe ſunt vie. Hec languētib⁹ infirmitate.Adhuc mḡt valēti ſumere cibū.Nō ſim⁹ igit tales.ſz ſimus boni t iuſti vt nō timeam⁹ moꝛtē cū venerit.Exēplo ſemcis q̄ inſtinctu nature ſciens ſe ꝓ ignē t moꝛtē vitā iteꝛ recepturā:t reditura per priſtinā iuuentutē.volūtaria t itrepida intrat ignē vbi accendit t moꝛik:t in cinerē t in puluerē cōmutak.t tādē in eandē auem poſt tridiū diez ſpaciū trāſformak.Sic ꝛ̄e ſancti t iuſti ꝓ moꝛtem ad vitā venire ꝓpetuā crediderūt.Ps ergo q̄ moꝛs eſt ꝓ fortitudinē vilipendēda.Per ſapiētiā puidēda.Per patiētiā ſuſtinēda.Et hec ad pñs ſufficiant de moꝛte naturali:qꝛ quaſi in infinitis locis t titul' inuenies multa dicta.Eſt ergo moꝛs naturalis que eſt eroluēda.

¶Scōo principalr dico.q̄ eſt moꝛs ſpūalis t virtualis q̄ eſt appetēda.Et iſta nihil aliud eſt q̄ ſuiꝑſius deiectio:maceratio.t ad humilitatē vel patientiā reductio.Uir enī iuſtus t pfectus dicik moꝛtu⁹:qꝛ ſicut moꝛtu⁹ ad voluntatē portātis regik:nō ſe mouet vel recalcitrat.ſi pūgik nō ſentit nec clamat.ſz oīa q̄ fibi fiūt:ī patiētia ſuſtinet.Sic ꝛ̄e fit pfect⁹ t maxime bonus religioſus ad volūtatem alterius ꝓmittit ſe regi ꝓ obedientiā.imo ſine rebellione ſuſtinet oīa ꝓ patiētiā t tolerantiā.Et de tali moꝛtuo legitur Roma.vj. Qui enī moꝛtu⁹ eſt iuſtificat⁹ ē a pcto.Et tali ēt moꝛte religioſi dicūtur moꝛtui.qꝛ.ſ.nō mūdo debēt viuere:ſz deo.Et ſic de tali moꝛte exponitur illud Job.xj. Lazar⁹ amic⁹ nr̄ moꝛtu⁹ eſt.De tali ēt moꝛte vel moꝛtificatiōe itelligik illud Jobis.xij.Niſi granū frumēti cadēs in terrā moꝛtuū fuerit ipm ſolū manet.ſi aūt moꝛtuū fuerit:multuz fructū affert. ¶Ubi aduerte. q̄ tales ſunt moꝛtui vel moꝛtificati.Per exteriorē afflictionē.qꝛ dicūtur cadere in terrā . Per inferioꝛem deiectionē.quia dicuntur moꝛtui.Per vberioꝛem cōditionem.qꝛ dicunk multum fructū afferre.q̄ ſuā carnem moꝛtificant t affligunt.Jdeo tales dicunk.

Prompti t obedientes.
Deuoti t compatientes.
Docti t erudientes.

De obedientib⁹ pōt dici illud Joh.v.Moꝛtui audiēt vocē filij dei t q̄ audierint viuēt.De cōpatientib⁹ ꝺo dicik Job.vj. Patres veſtri, māducauerunt māna t moꝛtui ſunt.Dulcedo enī māne ſignat dulcedinē deuotiōis t cōpaſſiōis q̄ ſemp ſolet moꝛtē humilitatis cōcomitari.De pꝛudentib⁹ ſiue ſapiētib⁹ ꝺz Johānis viij.Abrahā pr̄ noſter moꝛtuus eſt t ꝓphete moꝛtui ſunt.Et breuiter oēs boni ī hoc mūdo iſti habēt ꝓ moꝛtuis t

moꝛtuis t ꝓ vilib⁹ t deſpectis.vñ Sap.iij.Niſi ſunt oculi inſipientiū moꝛi.illi aūt ſunt in pace.Vñ ipſi dicūt illi.pſ.Propter te moꝛtificamur tota die.Exiſtimati ſum⁹ ſicut ouis occiſionis.Sz tñ ſi aliq̄d velis addere ō moꝛtē ſpuali.potes notare q̄ vir pfect⁹ moꝛtuo cōparak multiplici rōne.Quia ſicut moꝛtu⁹.

Tumultibus non inquietatur.
Inſultibus non plus inſectatur.
Terreſtribus bonis non plus meditatur.
Spiritibus notus ſociatur.
Cum dentibus punitus non triſtatur.
Hominibus non plus copulatur.
Inanibus verbis non letatur.
Ab omnibus licet expellatur.
A manibus tamen receptatur.
Tegumꝫnibus aureis velatur.
Lumꝫnibus cereis luſtratur.
Cantantibus clericis laudatur.Et
Pulſantibus campanis ſonatur.
Egentibus panis erogatur.
Patentibus templis tumulatur.

¶Iſte enī ſunt ꝺditiōes moꝛtui q̄ ꝓfit bonis moꝛib⁹ applicari.Dicaz ergo q̄ moꝛtu⁹.i.vir perfect⁹ q̄.ſ.eſt de numero illoꝝ de q̄bus ꝺz Roma.vj.Exhibete vos deo tanq̄ ex moꝛtuis viuētes.Et Apocal.xiij.Beati moꝛtui q̄ ī dño moꝛiunk.Nō mḡetak mūdi tumultib⁹.i.mūdi negocijs. Quia.ſ.iſti abnuūt t repudiant negocia huiꝰ mūdi ad modū.ſ.moꝛtui q̄ caret penit⁹ omni motu:qꝛ.ſ.iſti proꝛſus a mūdi motib⁹ reqeſcūt. Eccl.xxij.Modicū ploꝛa ſup moꝛtuū qm̄ reqeuit. Et Apocal.xiij.ꝺz de moꝛtuis q̄ in dño moꝛiunk . Quod amodo iā ꝺicit ſpūs ꝓ reqeſcāt a laboꝛib⁹ ſuis. ¶Itē talis moꝛtu⁹ nō plus infeſtak hoſtis inſultib⁹.i.ꝺyaboli tentationib⁹.Sicut enī hoſtis ꝓſequk inimicuz ſuū vſq; ad moꝛtē.ſed ſi inuenit eū moꝛtuum.dum tñ ſit vir nobilis coꝛdis.nō ſolet eū amplius ledere nec cōtra eū plus ſeuire.Sic ꝺyabol⁹ ꝓſequi ſolet hoīem q̄diu ſentit eū ꝓficiēdo viuū t ſpirantē.q̄m vero inuenit eū ex toto moꝛtuū.i.ꝛ̄tutū plenitudine cōſopitū. t a motu vitioꝝ penitus alienū.tūc ceſſat eū tentare t ſibi amplꝰ inſultare.Sicut enī dicit ſancti . Dyabolus nō libēter tentat hoīem a quo ſunt ſupat⁹.Exēplo leonis.iij.Reg.xiij.De quo ꝺz.Nō tetigit ꝓphetā moꝛtuū nec leſit aſinū.Ad denotandū q̄ leo ꝺyabolus ſpūales, moꝛtuos.ſeu mūdo moꝛtificatos nō pōt ledere.nec aſinos.i.deiectos.humiles ifeſtare Leui. xxij.Moꝛticinū aut captū a beſtia non comedet. Vñ Job.xix.Ut aūt viderūt eū iā moꝛtuū nō fregerūt eiꝰ crura. ¶Itē talis moꝛtu⁹ virtualis nō plus meditak bonis terreſtrib⁹.Quia.ſ.ſicut moꝛtuus totalr eſt ſemot⁹ ab oī cura t appetitu bonoꝝ terrenoꝝ cū āpliꝰ nō idigeat talib⁹.Sic vir pfect⁹ oīa mundi bona abdicat:t ab eis quo ad effectū penit⁹ ſe elongat. Eccl. ix.Moꝛtui aūt nihil nouerūt āpliꝰ.q.ꝺ.Nō amplius cogitāt in terrenis. ¶Itē talis moꝛtuus ſpūalis applicak magis celeſtib⁹ t ēt ſociak magis not⁹ ſpiritibus.Conſtat enim q̄ moꝛtui mole moꝛtalis coꝛporis liberati melius ſolent celeſtia cognoſcere.t etiā ſpiritualem naturam perfectius intelligere.t ſibi famiiares t noti ꝓ antea magis eſſe.Sic ꝛ̄e viri pfecti celeſtibus per contemplationem ſe applicant.t beatis etiam ſpiritibus famulantur ſeruiunt t miniſtrant. Unde Luce.xx.ꝺi.Nō in reſurrectiōe a moꝛtuis neq; nubent neq; nubentur.ſed ſunt ſicut angeli dei . Tales enī ſunt viuētes cū moꝛtuis.De q̄bus dicit Luce xxiij.Quem queritis:viuentem cum moꝛtuis:nō eſt hic.ſurrexit.ſ.ad celeſtia cōtemplanda . ¶Itez talis moꝛtuus non triſtatur pumitus cum dentibus. Quia ſ.ſicut moꝛtuus perdidit oēm ſenſum.ita q̄ ſi percutitur aut pungitur nunq̄ ſolet ſentire.Sic vir perfectus tanta patiētia ſolet eſſe firmat⁹.q̄ oī ſenſu videk eſſe priuatus.Jnḡtū.ſ.nō murmurat nec recalcitrat neq; turbak.ſed ſe �herbꝫ tanq̄ nō ſentiens aut ſicut moꝛtuus.Uñ.ij.Mach.vj.Glorioſam moꝛtem magis q̄ odibilē vitam complectens volūtarie ibat ad ſuppliciuz.i.Pet.iij.Moꝛtificatos in carne viuificatos autē ſpiritu. ¶Itē talis moꝛtuꝰ nō ligatur ſeu copulat viuis hoībus.Sicut enī moꝛtui ſegregank a ſocietate hoīm viuoꝝm.t iungunk cetib⁹ moꝛtuoꝝ. Sic viri pfecti ſolent ſe ab hoībus relegare t a mūdanis cōſoꝛtijs ſegregare:t cum alijs moꝛtuis.i.viris ſanctis t moꝛtificatis perſonalr habitare.pſ.Factus ſum ſicut hō ſine adiutoꝛio inter moꝛtuos liber.t Job.xxj. Ipſe ad ſepulchꝝm ducek t in congerie moꝛtuoꝝm vigilabit.q.ꝺ.Habitabit cū moꝛtuis non cum vinis. ¶Itē talis moꝛtuus nō letak verbis inanibus.Quia ſcz ſicut moꝛtui nec loquūk.nec audiūt etiā loquētes. Sic viri pfecti nō loquuntur.ſ.inaniter verba multiplicando.imo certe ſilent t tacent a vanis locutionibus abſtinendo:q̄nimo t loquentes t ,obloquentes t iniuriantes t blaſphemātes non libēter audiūt ſuis vanis ꝛ̄monib⁹ applaudēdo.Unde Amos.viij.Multi moꝛientur in omni loco proijcietur ſilentiū. ¶Itez talis moꝛtuus cōculcatur ſeu contēnitur a cunctis gētibus ſeu ēt a nunc viuentibus.Sicut enim videmus q̄ vt cōmuniter viui abhominank moꝛtuum. Sic ꝛ̄e peccatoꝛes t mundo viuentes contēnunt t abhominank virū iuſtū.Sicut de Lazaro moꝛtuo legit Joh. xj.Quod ēt ꝓpꝛijs ſoꝛoꝛibus fetebat.Dñe inquit iā fetet:t tñ xps ipſum amicū t moꝛtuū appellabat.Lazarus inḡt amicus noſter dormit.Unde de tali cōtēptu poteſt dici illud.iij.Reg.vij.Cōculcauit eum populus t moꝛtuus eſt.pſ.Obliuioni datus ſum tanq̄ moꝛtuus a coꝛde. ¶Itē talis moꝛtu⁹ receptak a datis manibus.i.ab alijs iuſtis t moꝛtificatis hominibus. Sicut enim inanes t moꝛtui precedentes :ſecum recipiunt alios nouiter moꝛientes.ſic viri iuſti t ſancti libenter recipiunt t aſſociant illos quos mundani fugiunt t euitant quando ipſos ſibi ſimiles t ſpiritualiter moꝛtuos eſſe vident.Act.viij.Sinite moꝛtuos ſepelire moꝛtuos ſuos. ¶Item talis moꝛtuus adoꝛnatur pulcris tegminibus.Quia ſcilicet ſicut moꝛtui ponuntur in feretro pannis aureis oꝛnato . Sic vere ille qui per virtutes ſpiritualiter eſt moꝛtuus.pānis aureis.i.honeſta t exteriori conuerſatione velatur.t bonis actibus moꝛibus t geſtibus adoꝛnatur .Uñ de tali coopertura honeſte cōuerſationis poteſt dici illud.pſ.Cooperuit nos vmbra moꝛtis. ¶Item talis moꝛtuus illuſtratur claris luminibus . Quia reuera ſicut plura lummaria accenduntur erga moꝛtuuz:ſic plura bona exempla t documenta circūſtant t circūeunt virum iuſtum Luce.j.Illuminare bis qui in tenebris t vmbra moꝛtis ſedent ad dirigēdos pedes noſtros in viam pacis. ¶Item talis moꝛtuus circūſtak multis cantantibus.Quia ſcilicet ſicut moꝛtuum ſolent cantantes clerici circūſtare t ꝓpter eum campane ſtrepere t ſonare.Sic veri multi ſunt qui finaliter de vita t perfectione viri iuſti cantant t exultāt, ipſumq; magnificant atq; laudant.Eccl.xlj. Laudaui magis moꝛtuos q̄ viuentes. ¶Item talis moꝛtuus frequentatur a viris egentibus.Quia reuera ſicut pauperes t indigentes ſolent conuenire erga funera moꝛtuoꝝm vt elemoſynas recipiant ꝓ eiſdem. Sic vere ad literam tales ſpirituales moꝛtui ſolent indigentes nutrire t eiſdem elemoſynas diuidere et donare.Eccl.xlj.O moꝛs bonum eſt iudicium tuum homini indigenti. ¶Item finaliter talis moꝛtu⁹ tumulatur templis patentibus.q̄ ſicut moꝛtuus finaliter in loco ſacro:eccleſia vel cimiterio tumulatur t ab humanis vſibus occultatur.Sic vere vir perfect⁹ finaliter in loco ſacro:paradiſi recondik t ſepelik.iij. Regum.xiij.Moꝛtuus eſt igitur helyſeus t ſepelierunt eum.Sic igitur patet q̄ vir iuſtus moꝛtuo comparak.Et ideo bene dicitur q̄ in ſcriptura inuenitur moꝛs virtualis que eſt appetēda. ¶Tertio principaliter dico q̄ eſt moꝛs peccati que eſt precauenda. que

Universidad de Deusto
Biblio

ſ.aiam occidit ⁊ hoiem peccatorē facit mortuū ⁊ infectū. Sicut eñ videm⁹ q̄ mortu⁹ ſe nō mouet nō loq̄ſ. nō videt: nō odorat. nec guſtat. fetet. eſt viuis terribilis. grauis. ⁊ ad portādū difficilis. Sic vere peccator nō mouetur per bonā operationē. vſi Dañ. xiij. Ecce mortuos cū nihil horum fecerim. ¶ Mō loq̄tur p diem laudem ⁊ cōfeſſionē. pſ. Mō mortui laudabūt te dñe. Et Eccle. xvij. A mortuo quaſi nihil pit ꝓfeſſio. ¶ Itē nō videt p diſcretionē. pſ. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos. ¶ Itē nō odorat nec guſtat p deuotionē. Eccles. ix. Mortui nihil nouerūt amplius. ¶ Itē iſti fetent per malam infamiā ⁊ conuerſationem. Et ideo peccatores cōparantur ſepulcris dealbatis que plena ſunt oſſibus mortuor⁹ ⁊ immundicia. Mathei xxiij. Et Exodi. viij. Mortue ſunt rane ⁊ computruit terra. ¶ Itē ſunt viuis. i. ſanctis viris horribiles per cōtemptum ⁊ abhominationē ⁊ p ſue ſocietatis fugā ⁊ vitationez. Et ideo Leui. xxj. dicitur ⁊ precipitur q̄ quilibet ſacerdos: q̄ ſignificat quēlibet virū iuſtum: ad mortuū nō ingredi. ¶ Itē iſti ſunt graues ⁊ onerosi. ſ. aliis p ſuā importabilē tentationē. Eſaie. xiij. In anno quo mortu⁹ eſt rex achas factū eſt on⁹ iſtud. Et ſicut videm⁹ q̄ qñ aliqs morit. Sudario inuoluit. Luminaribus circūcingitur. Panno aureo cooperitur. Ab amicis defletur ⁊ deplangitur. A ſacerdotibus vero circa ipm pſallitur atq; canitur. ⁊ tandez a quatuor ad foueam deportat. vbi in terra abſcondit ⁊ ſepelitur. Sic peculdubio peccatores ſudario male cōſuetudinis inuoluuntur. luminaribus aliquor⁹ bñficior⁹ ⁊ bonorum operū circūcingūtur. Et ſic figurant in alexādro q̄ ſm vaticinia phorū mori debebat ſup pauimētū ferreū: ⁊ ſub velo aureo. ⁊ ſic accidit vt in bello vbi vulnerat⁹ letaliter fuit. ipſe alexāder ſuper loricam cuiuſdā militis iacuit. qō fuit pauimentum ferreū: ſup ſe ꝯo habuit velū aureū. ita q̄ tūc cognouit Alexāder ſe neceſſario moriturū ſic narrat de dictis phor. Spūal⁹ p Alexādrū pñt mortui petōres reputari. q̄ vulnerati vitijs ⁊ pctis iacēt in pauimento ferreo durriſſime obſtinatiōis. ⁊ iacēt ſub velo aureo diuitiaruz ⁊ tpalis poſſeſſionis. Quia ſicut dr. Eccl. viij. Multos pdidit aur⁹ ⁊ argentuz. Et iō Eccl. xxxj. dr. Btūs diues qui poſt aur⁹ nō abijt btūs dr. ⁊ feciſſe mirabilia pclamat. ¶ Itē tales mortui. ſ. pctōres ab amicis. ſ. a bonis pſonis p cōpaſſionem deflent Eccl. xxviij. In mortuū pduc lachrymas. Circa iſtos vero quotidie canit p adulationē. Eccl. iij. Laudam magis mortuos q̄ viuētes. q̄ malꝛ ad foueā inferni portant atq; ferūtur p ſpem finaꝛ venie ⁊ p malā cōſuetudinē ⁊ obſtinatiōem. Luc. xvj. Mortu⁹ eſt diues ⁊ ſepult⁹ eſt in inferno. A malis tegit ⁊ ſepelit p malaz ſuor⁹ criminū excuſatiōez. iij. Regū. xij. Cū mortuus ſepelies me. Et ſic bñ ptz quō varijs ſilitudinib⁹ ⁊ figuris pctōr: mortuo cōparat. De diuerſis eñ generibus mortuis applicādo ad diuerſa vitia ⁊ picula pñt multa dici: ⁊ oia per exēpla nature ⁊ p figuras ⁊ auctoritates ſcripture poſſent pbari. ſz vide i diuerſis locis pticulariꝫ vbi de crimib⁹ multa ſunt dicta. Unde ergō ſupra de Interficere. Et infra de occidere. Et vide ſupra de Dormire: vbi inueries qualr pctōres dormiēdo diuerſimode moriunt. Patet igit q̄ inuenit mors pctor⁹ que eſt fugiēda. De qua et dicitur Ezech. xviij. J cap. Anima q̄ peccauerit ipa morief. ¶ Si tñ vis breuiter tangere cōditiones hominis mortui ⁊ peccatoꝛ homini applicare. dic q̄ ſicut mortuus. videlicet.

Alligatur panni ligamine.
Obumbratur ceca caligine.
Tumulatur ſtricta voragine.
Uiciatur feda putredine.
Deuoratur vermis acredine.
Acclamatur cantus dulcedine.
Deploratur carorum agmine.
Circūſtatur plurimo lumine.
Occultatur a mundi lumine.

¶ Sic vere peccator malis affectionib⁹ inuoluitur.
Cecis dubitationibus obtegitur.
Strictis obſtinationibus includitur.
Fedis diffamationibus inficitur.
Diris cordis remorſibus impingitur.
Falſis hominum laudibus precingitur.
Diris carorum luctibus deplangitur.
Claris rerum luminibus extollitur.
Noſtris tandem obtutibus abducitur.

¶ Dicā ergo q̄ mortu⁹. ſ. peccator alligatur ſudario male delectationis. vnde Joh̄. xj. dr. Mō prodūt inq̄t qui fuerat mortuus ligatis pedibus ⁊ manibus inſtitis. ⁊ facies eius ſudario erat ligata. ¶ Itē talis mortuus obſcurat ſub nubilo cece dubitationis: q̄. ſ. peccator multis ignorātūs ⁊ dubitationib⁹ eſt ſubiectus q̄ ſicut dicitur in pſ. Iſti ſunt ſedentes i tenebris ⁊ in vmbra mortis. vincti in mēdicitate ⁊ ferro. ¶ Itē talis mortuus carceratur tugurio ſtricte obſtinatiōis. Sicut enim mortuus a fouea vbi ponitur numq̄ ſurgit: ſic peccator obſtinatus a peccato nō reſilit. Eccl. xvij. A mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Tales etiā ſunt ſicut mortui dormiētes in ſepulcris quor⁹ nō eſt memor āplius ⁊ ipſi de manu tua repulſi ſunt. ¶ Itē talis mortuus maculatur contagio fede diffamationis: quia ſcilicet ſicut mortuus fetet viuis: ipſe tamē proprium fetorem non ſentit. Sic peccator viuis. i. viris iuſtis fetet ⁊ eſt abhominabilis ⁊ infamis vt dictum eſt. ⁊ tamen fetorem ⁊ horrorem ſuum non percipit ſolus Prouer. xxiij. Vulnerauerunt me ⁊ nō doluj. Vulnerauerunt me ⁊ nō ſenſi. quaſi dicat. ¶ Iſti non ſentiunt obloquutiones ⁊ verbera que fiunt cōtra illos. ij. Regum. xix. Nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum. Et Thiere. iiij. Senſus cordis mei turbati ſunt. Unde de fetore taliū dicitur illud predictū. Lazarus mortuus eſt. Sequitur. Dñe iam fetet. Johānis. xj. Et Eſaie. xxxiij. De cadaueribus eoꝝ aſcēdet fetor. ¶ Itē talis mortuus ſtimulat flagicijs dure remorſionis. Quia ſcilicet ſicut mortuus mordet ⁊ laceratur a vermibus. ſic peccator a continuis conſcientie ſtimulatur remorſibus. vnde Eſa. lxvj. Vermis eorum nō morietur. Unde tales mortui dicūtur a beſtijs lacerari. i. cōſcientie dentibus deuorari. vſi Leui. xxij. Mortuum ⁊ laceratuz a beſtia nō comedet. ¶ Itē talis mortuus cōmēdat eloquio falſe adulatiōis. Quia ſcz ſicut dictum eſt mali hodie magis cōmendant q̄ boni. ſic magis cantatur a ſacerdotibus circa mortuos q̄ circa viuos. ⁊ magis pulſat claſſita pro eiſdem. Unde de puella mortua legitur Mat. ix. Mō circa illam erat turba tumultuās ⁊ tybicines. Quia ſcilicet erga mortuos pctōres marie ſi ſint pncipes vel magnates nūq̄ deficiunt tybicines. i. ſuoꝝ malorum actuum laudatores. Quia ſicut dr. Prouer. xxviij. Qui derelinquunt legem laudant impiū. Unde illud predictum. Laudam magis mortuos q̄ viuentes. ¶ Item talis mortuus illuſtratur ſeu illuminatur faſtigio clare reputatiōis. id eſt mundane glorie ⁊ temporalis poſſeſſionis. Eſa. ix. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. ¶ Itē finaliter talis mortuus. ſcz peccator occultatur ⁊ ſegregatur a conſortio humane habitationis. Quia ſcilicet ſicut mortui ſepeliuntur ⁊ abſcōduntur ita q̄ amplius nō videntur: ſic peccatores ita finaliter pereūt q̄ de ipis memoria non habetur. Pſal. Perijt memoria eoꝝ cum ſonitu. Unde Eccleſiaſtici. x. Cum morietur homo hereditabit ſerpentes ⁊ beſtias ⁊ vermes. Sequitur. Uſq; ad fundamentum arefecit ex ipſis ⁊ diſperdidit eos ⁊ ceſſare fecit memoriam eoꝝ a terra. Sic igitur patet q̄ multis rationibus peccator mortuo comparatur. Et ſic dico q̄ iſta eſt mors criminalis: que eſt fugienda. Et hoc eſt membrum tertium principale. ¶ Quarto principaliter dico q̄ eſt mors tormentorum q̄ eſt metuenda. Et iſta eſt mors pene eterne que peccatoribus perpetuo infligetur. Mors eñ

peccatorū

peccatorum peſſima. Mr ſicut dr. Romanoꝝ. vj. Stipendia peccati mors. Cum eñ mors ſit oīum penaꝝ maxima congrue per mortem fuit illa eterna pena: ſicut oīum maxima deſignata. ¶ Et ideo breuiter notandū eſt. q̄ morte eterna moriunt illi. ſ.

Qui ſunt diuitijs onerati.
Qui ſunt delicijs impinguati.
Qui ſunt ſeuicijs occupati.
Qui ſunt inuidijs maccerati
Qui ſunt iniurijs refrenati
Qui ſunt honoribus eleuati
Qui ſunt rancoribus inſtigati.

